



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Hist. 2658.

*Q. v. d. A.*



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT













# SPICILEGIA ANTIQUITATUM ÆGYPTI

ATQUE  
EIVICINARUM  
GENTIUM

AUCTORE  
GULIELMO JAMESON

*Praefectore Historiarum in Universitate  
GLASGUENSI.*

---

*Quicquid igitur de ordine temporum transactorum indi-  
cat ea quæ appellatur Historia, plurimum nos adju-  
vat ad sanctos Libros intelligendos, etiam si præter  
Ecclesiam puerile eruditione discatur.*

August. de Doct. Christ.

---

GLASGUÆ  
Typis JACOBI & GULIELMI DUNCAN,

MDCCKXX





# P R E F A T I O

A D

## L E C T O R E M.

**P**RODEUNT tandem amice Lector,  
SPICILEGIA mea, qualiacunque sint,  
legere digneris: Caprarum pili, et vel  
duo minuta, non sunt Deo contempta.  
Nam promptitudinem Animi offerentis,  
longe magis quam pretium Doni obla-  
ti, Deus, quae summa ejus bonitas et cle-  
mentia est, respicit. Fretus igitur hac  
benignitate et Indulgentia Divina, offero  
Ecclesiae Dei hoc levidense Munusculum,  
sperans non fore prorsus inutile: Nam  
ex Testimoniis Ethnicorum quae praebent  
S. Literis, et observationibus ex S. Scrip-  
turis, collatis cum Exoticis, pene tota haec  
oppella conflata est. Haec Testimonia,  
atque has observationes digessi, ut potui,  
in certa Capita, Historiae adinstar, quo fa-  
cilis petantur, & Summa eorum retine-  
antur.

atur. Hoc genus Studiorum persuaſeō  
 mihi eſſe utiliſſimum & fructuoſiſſimum  
 omnibus, qui in liberalibus Artibus edu-  
 cati ſunt; praefertim eis qui de Sacro mi-  
 niſterio capeſſendo meditantur. Papae!  
 quot nuper Loca S. Textus illus-  
 trata, quot res et rerum circumſtantiae,  
 quae noſtram fidem egregie corroborant,  
 eruta; quot quae videbantur offendi-  
 cula: remota & penitus ſublata quot quae dura,  
 aſpera et vix interpretationem recipientia,  
 jam laevigata, & plana facta ſunt; evicit hoc  
 Reſormata Gallia, quae proh dolor, jam  
 peſſundata eſt. Evincit idem Belgium,  
 Evincunt Germania, & Anglia: Sed  
 quod ſumme doleo, parum praestitum eſt  
 in Scotia noſtra. Quot Libri, Diatribae,  
 Diſſertationes Philologico-hiſtoricae, prode-  
 unt indies ex Accademiis Germaniae, a-  
 liarumque Europae Regionum, quae plu-  
 rima loca S. Scripturarum egregie illus-  
 trant; resque inibi contentas confirmant.  
 Meditationes igitur has in lucem e-  
 mitto, quia ut ſpero, in iis, pluribus  
 Locis S. Literarum nonnihil lucis praebetur.  
 Plura loca quoque ut mihi videor a  
 Paganorum calumniis et fabulis ea de-  
 turpantibus

turpantibus, vel obscurantibus, vindica-  
vi ; certe ad hunc scopum collimavi:  
an eum attigerimaliorum iudicium esto.  
*Nam quæ ante Scripta sunt, ad nostram  
Doctrinam ante scripta sunt, ut per toleran-  
tiam et consolationem Scripturarum Spem  
habeamus.* Sed certum est nullam veram  
consolationem Scripturas adferre, nisi in  
quantum intelliguntur. Memorabilis est  
sententia Chrysostomi, in illa verba pos-  
ter : *Epist : ad Timotheum, Omnis Scrip-  
tura, divinitus inspirata.* Ὁc. αὐτ' ἐμὲ φησὶ  
τασ γεαφας εχεις εἰ εὐλσι μαθεῖν εκειθεν δυ-  
νησε ' Pro me (inquit Apostolus) Scriptur-  
' as habes, si quid addiscere cupis, hinc po-  
teris. Observanda quoque sunt verba Au-  
thoris *Operis imperfecti* ; in *Matt. XXIV.*  
' Tunc quum videritis Abominationem  
' desolationis stantem in loco sancto :  
' id est, quum videritis Haeresim impiam,  
' quæ est exercitus Antichristi, stantem in  
' locis Sanctis Ecclesiae, in illo tempore  
' qui in Judæa sunt, fugiant ad montes : id  
' est qui sunt in Christianitate conferant  
' se ad Scripturas. Et Optatus Milevita-  
nus Lib. V. *Quid pulsamus ad cælum, cum  
habemus hic in Evangelio Testamentum.*  
Interim



Interim Scripturae quo magis referant Authorem suum, sunt immensi Thesauri e quibus omnis Scriba edoctus in Regno caelorum, profert nova & vetera. Sed ut praetiosa metalla difficilia sunt efossu, sic in Scripturis nonnulla sunt difficilia; quae indocti parumque stabiles detorquent, suo ipsorum exitio. Quare ardentibus precibus, & indefesso studio, & labore verus Scripturae sensus eruendus: Ad haec impetu animi ab ipsa pueritia opus est, ut Historiam et Philologiam aliquis cognitam, et familiarem sibi habeat. Ergo Praeceptorum Officium est, amorem, imo et Rudimenta horum Studiorum in Adolescentium animos instillare. Et si semel Adolescens ad hoc Studiorum genus incitetur, et flagranti animo in illud feratur, non deerit sibi in comparandis subsidiis. Habeto igitur consilium meum qualicumque, ut in Studio Historiarum cognoscendarum profectus fiat. Et inprimis serio optandum est, ut pueri in ipsis Scholis Grammaticalibus imbuerentur rudibus, saltem aliqua cognitione Historiae Universalis: Et proinde praelegendum cenfeo eis a Praeceptoribus aliquod breve compendium quod sit facile et puri Sermonis Latini,

Latini. Certe hoc non minus adjuvaret eos in Latina Lingua acquirenda, quam Erasmi Colloquia, Lodovicus Vivis vel quispiam alius nuperus Author, qui edidit tales lusus, praecipue ut Pueri Latine loqui discerent. Sed Compendium quo ego utendum suadeo, ad alios nobilissimos usus inserviret. Nam in eo ipsis praelecto, docerentur parvuli quo pacto mutationes Regnorum contingerent, & praemia piis darentur, & poenae impiis infligerentur. Sed praecipue inde discerent, quomodo in tanta malorum turba, conservaretur Ecclesia Dei. In summa haberent theatrum Divinae Providentiae, in mundo conservando, et regendo. Verum omnino consulerem, ut compendium illud ab orthodoxo quodam Protestantem fieret. Nam pontificii, qualis est Tursellinus, inficiunt, quaecunque contingunt, instar harpyarum. Longe igitur malle pueritiae praelegi Sleidanum de *quatuor summis Imperiis* vel Howellii *Historiarum Elementa*, vel talem aliquam Epitomen, quae ab Orthodoxis concinnata sit; quam aliquod ejusmodi, quod ab Adversariis conficitur. Jam post

( )  
 post Compendium illud, quod puerum legisse fingo, legat Justinum, seu Trogi epitomen, quae idaeam quandam Historiae universalis ei suppeditabit; & sola est inter Paganorum Historias Latinas quae Universalis audire maeretur; aptior namque multo erit adolescens ad percipiendos Justinii errores, imo pene errores omnium Paganorum, quorum scripta jam terimus. Et porro habebit haud contemnendum verarum Antiquitatum fasciculum; unde in fide S. Literarum confirmari poterit. Succedat Diodorus Siculus, qui quamvis multo post Herodotum scripserit, ante eum tamen legendus est, quoniam Siculus intendit dare Universalem Historiam, quod nequaquam fecit Herodotus. Verum est magnam partem Diodori Librorum injuriam temporis nobis eripuisse, ita ut ex quadraginta libris soli quindecim cum fragmentis nonnullis nobis relicta sunt. Summae tamen sunt hae reliquiae utilitatis: nam imprimis complectuntur multiplicem rerum cognitionem, si qua alia antiqua Historia. Et etiamsi parum noverit de Creatione Mundi deque Authore ejus, atque duratione: tamen adeo alte res repetit, atque Paga-

( )  
Paganismi caecitas permiserit. Ingenius porro est, agnoscitque suos primos Libros, res fabulosas continere. Et haec ipsa confessio in Doctissimis Paganis Christianae reipublicae est utilissima, probatque omnem notitiam verae antiquitatis fuisse ex Judaeis; quemadmodum erat salus. Sed ut alia missa faciam, plurima habet quae evincunt veritatem Scripturarum, & falsitatem religionis Gentium; quorum plura in his *Spicilegiis* exhibeo. Porro est puri sermonis, et ut loquitur Photius. *Stylo utitur perspicuo nec affectato, sed qui Historiam maxime deceat: Neque etiam, ut sic dixerim, nimium atticiſat, aut antiquarius est supra modum, neque contra ad humile dicendi genus se demittit: Sed mediocri forma sermonis delectatur, figuratam Orationem, aliaque vitans; nisi quod de Gentium Diis, et Heroibus, Poetarum more fabulatur.* Nihil his verius; nam omnino planus est, in eo rarae salebrae, rara tesqua: Et proinde ut censeo inter primos Authores Graecos legendus est. Et quod potissimum spectandum est, solus est inter Graecos qui quantum novimus, edidit universa-

( )  
universalem Historiam, sicut Justinus inter  
Latinos. Et persuasum habeo cog-  
nitionem Universalis, & Antiquae Historiae,  
esse maxime necessarium, si S. Literas exci-  
piamus. Jam rationem hujus opuscu-  
li paucis exponam: Per unum alterum-  
ve annum, caeperam cogitare serio, si  
quo pacto, vel paucos granos possem  
addere ingentibus acervis, qui ad scriptu-  
ras confirmandas advehi fuerant. Proinde  
relegi mihi curavi quaedam magnorum  
virorum opera, tum antiquorum, tum re-  
centium. Tandem speravi me posse  
nonnulla eruere, in rem a me destinatam;  
quae haecenus non aparuisse mihi vi-  
dentur. Dum haec meditarer, cum Vi-  
ris longe me majoribus lites habeo, sed  
modestas; nec intercedo, quin eadem li-  
bertate quispiam adversus me utatur.  
In his igitur dissertationibus ut mihi vide-  
or, plures falsas opiniones profligavi, v.  
g. illam quae cum Ctesia, & Diodoro, As-  
syriacum Imperium immodicae fuisse du-  
rationis, Aegytiacum autem multo ma-  
joris fuisse asserit: Has, ut opinor, pluri-  
bus telis confixi. Multis quoque confir-  
mo celebratum illum Sesostrin non esse a-  
lium

lium quam Schisakum contra pereruditum Perizonium, quae sententia mea videtur non solum vera, sed quoque Scripturis consona; cum altera sit, me arbitro, plane falsa & fictitia. eruo praeterea Urbium Aegypti nomina, quae habentur in S. Scripturis, ex Authoribus Exoticis, quod mihi nec injucundum nec inutile videtur. Et evinco, non contemnendis, ut puto Argumentis, Aegyptios Herodoto scribente, nihil pene suarum Antiquitatum cognitum habuisse. Haud pauca ejusmodi habebit Lector in ipso Libello, quae hic non occupabo. Duntaxat repeto summum, imo pene unicum scopum meum esse, ut Scripturas Illustrarem, & vindicem. Nam persuasissimum est mihi hanc esse praecipuam viam & methodum, qua Antichristus omnesque aliae potentiae inimici proculcabuntur. Hac via Christus temporibus Apostolicis grassatus est in Hostes suos, nimirum illuminando, & corroborando servos suos, ut Scripturas mirifice illustrarent & dextere applicarent. Eadem usus est exoriente beatae Reformationis jubare, nam quemadmodum Divinum opus incepit a luce, sic renovatio mundi per Evangelium. Et  
apud

apud me nullum dubium est, quin ap-  
 propinquet tempus quo illud Esaiæ Ab-  
 sorbebit in monte hoc speciem istius veli  
 obvelantis omnes Populos, & istius operti-  
 menti obducti super omnes Gentes; cum  
 similibus Prophetiis longe uberius quam  
 unquam hactenus, implendae sint. Dico nul-  
 lum dubium apud me est, quin faelix illud  
 saeculum valde appropinquet: Censeo,  
 et spero igitur ante casum Antichristi,  
 eaque quae hunc secutura sunt, S. Lite-  
 ras illustrandas esse, majore luce quam  
 unquam hactenus receperunt. Nitantur,  
 igitur moneo, omnes Pastores, imo om-  
 nes boni et docti, suum quadrantem in  
 hanc rem Sacram conferre, precibus pa-  
 riter & studio in id incumbant; imitan-  
 tes Danielelem qui cum studio didicisset  
 Captivitatem brevi posthac finiendam esse  
 sedulo sese ad praeces accinxit. Jam tan-  
 dem Lector Candide

*Des veniam Dapibus nullisque paratibus oro.*

Si meliora suppetiissent, his quoque  
 fruereris. Dimitto te cum Cypriamica sa-  
 lutatione, *Semper opto te bene valere.*

ARGUMENTA



# ARGUMENTA

## *Capitum & Sectionum.*

### CAPUT. I.

Loca quædam *Ægypti*, quæ in Sacris Literis, nec non Exoticis memorantur:

§. I. **N** O M I N I S *Ægypti*, Etymologia.

§. II. *Hebraicorum Nominum Ægypti, eorumque Etymologia.*

§. III. *Etymologia Pharaonis: Josephus, & Lloydus errant, in Etymologia hujus Nominis.*

§. IV. *Situs, & Natura, Regionis: imprimis de Nili Flumine.*

§. V. *Quædam Ægypti loca memorata in Sacris Literis: ac primo de On, idem est cum Heliopolis, & Bethshemesh: Isaie*

\*

XIX.



[ ]  
XIX. 18. & Jerem. XLVIII. 31. explic-  
cantur.

§. VI. Terra Gofchenis, ubi sita. Raamse,  
& Pithom. Exod. I. 11. explicatio.

§. VII. Zoan, Urbs Antiquissima, Re-  
gia, & videtur ea fuisse illius Pharaonis Re-  
gia, in quem Deus decem illas horrendas  
plagas effudit: ejus Etymologia.

§. VIII. Pathros, Isaïæ XI. 11. Jerem.  
XLIV. 1. Exech. XXX. 14. concili-  
antur.

§. IX. Noph, Antiqui Interpretes per  
Noph Memphin intelligunt, Pareus Notatus,  
Origo vocis, & Urbis, incerta.

§. X. Chanës diversimode scribitur, Da-  
phne dicebatur a Gracis Lloydus notatus.  
P. I.

## C A P. I I.

Alia Loca Ægypti, quæ & in Sacris, &  
Exoticis Literis comparent.

§. I. **M**IGDOL, ejus Etymologia, non  
est Magdol Herodoti, ejus Mag-  
dol idem cum Megiddo: Perizonius  
notatus: sensus verbi מִגְדוֹל cum ה & cum נ  
Scripti, non diversus.

§. II. Josephus non opitulatur Perizonio,  
nec Hieronymus.

§. III.

§. III. *Herodoti Cadytin esse Hierosoloy-  
mas multis probatur, Perizonius notatus,  
Malitia Ægyptiorum contra Judæos.*

§. IV. *Herodoti Cadytis non est Kadefsch-  
barnea, ut Perizonius existimat, quod patet  
ex Etymologia Kadefschbarneæ & magnitudine  
Kadytis: Ægyptiorum Ignorantia, & Judæ-  
orum fides in rerum suarum Historiis scribendis.*

§. V. *Obscuritas Herodoti causa erroris Pe-  
rizonii, quæ tamen Historia non est corrupta,  
sed ex falsissimis narratiunculis congesta: Hero-  
dorus ut videtur Cadytin nunquam vidit.*

§. VI. *Cadytis non est Gath ( ut Relandus  
affirmat ) probatur ex ipsissimis Relandi ver-  
bis.*

§. VII. *Gath suis Munitionibus non desti-  
tuta erat ante Uzziæ tempora, & nunquam  
postea readificata.*

§. VIII. *Na seu No Ammon, quo modo  
hæ voces Hebraicæ scribenda sunt, quem  
Ægypti Urbem No Ammon designat, Dios-  
polis idem cum No Ammon.*

§. IX. *No Ammon non idem est cum Alex-  
andria, Judæi & Hieronymus ( qui in hac  
sunt sententia ) refutantur: Fons Erroris.*

§. X. *Tres erant Urbes nomine Diospolis,  
Urbs Thebæ hic intelligitur, probatur ex Stra-  
bone Aristotele, ex ejus Etymologia, & ex  
Bocharto: Perizonius notatus, Varro notatus:  
No Ammon esse eandem Urbem cum Thebis  
Ægyptiis, probatur ex ejus opibus & ex Ho-  
mero, & Solino.*

§. XI. *Quam cladem, vel a quo inflictam, memorat Nachumus III. 10. Bocharti sententia refutata, Perizonii approbata cum restrictione: Ammianus Marcellinus deceptus a quodam Historiographo Africano.*

§. §. XII. XIII. Pi-befeth, ejus Etymologia Ægyptiis aut Græcis Bubastis, apud Ægyptios varia denotabat, imo, magnam urbem ad Nilum, 2do, Ipsam Dianam 3tio, Felem, Fabula Antonii Liberalis.

§. XIV. Syene, memoratur a Solino, & Plinio, &c.

§. XV. Sin secundum Hieronymum Pelusium, ejus Etymologia, Relandus notatus.

§. XVI. *Brevis investigatio, Lib II. Cap. 141. Herodoti ubi mirum in modum detorquet Historiam Judaicam, viz. 2 Reg. XIX. 35. de clade Assyriorum: & 1 Sam. VI. 4. 5. de clade Philisteorum.*

§. XVII. Josephi ennarratio expeditionis Senacherbi, Fabulam Herodoti contemnit: Berofus narrat cladem Assyriorum pene iisdem verbis cum Sacris Scripturis.

XVIII. Herodotus iterum dat nobis Historiam huius cladis Philisteorum sed horrendum in modum larvatum Lib. I. Cap. 105. P. 21.

C A P.

# [     ]

## C A P. III.

### ASSYRIORUM *Fictitium Imperium.*

§. I. **A**SSYRIORUM tantopere jaclata  
*Antiquitates totum suum pondus*  
*ab uno Ctesia derivant.*

§. II. *Compendium Antiquitatum Assyri-*  
*orum ex Diodoro, & Trog.*

§. III. *Auctoritas Ctesiae, qualis apud*  
*Aristotelem, Plutarchum, & Gellium; His-*  
*torica Ctesiae refutatur*

§. §. IV. V. *Continuatio refutationis*  
*Ctesiae, ex Sacris Scripturis, aliisque fide dig-*  
*nissimis Authoribus; Huberus notatur.*

§. §. VI. VII. VIII. IX. X. *Objectiones*  
*Huberi ( magni Ctesiae propugnatoris ) multis*  
*refutantur,*

§. XI. *Prideaux notatus, Herodotus, Dio-*  
*dorus, & Justinus quos citat Vir Doctus, ejus*  
*sententiae contradicunt P. 53.*

## C A P. IV.

### Vera Assyriaca Monarchia.

§. I. **V**ERA Assyriaci Imperii initia,  
*ex sacris potissimum Tabulis sunt*  
*eruenta,*

[ ]  
eruenda, Ninive Metropolis Assyriae.

§. II. Primus Rex in S. Scripturis est Phul, ei successit Tiglathpilneser, qui non idem est cum Arbace, ut Prideaux Affirmat, ejus sententia refutata.

§. III. Marshamus dubitat an Tiglathpilneser idem fuerit cum Phul, an diversus, quod diversus fuerit probatur, ei successit Salmanassar, diversus a Senacheribo, contra Eusebium probatur: Lapsus gravissimus Syncelli: Marshami sententia ex parte falsa.

§. IV. Salmanassarem Regem Assyriae fuisse etiam Regem Mediae multis probatur: Scaliger notatus, Salmanassari successit Senacheribus perfidus Tyrannus, nunquam congressus est cum Tirhaka, Prideaux refutatus.

§. V. Isaiae. C. XX. de Vastatione Aegypti, sub Salmanassare impleta, non sub Senacheribo ut ait Prideaux.

§. VI. Senacheribo successit Esarhaddon: Ezrae VI. 2. Salmanassar debet intelligi. Isaiae C. XX. non debet de Esarhaddone intelligi ut affirmant Marshamus, & Perizonius; Imperium Assyriacum post mortem Senacheribi in duo diractum fuisse, non cum Medico in unum redactum contra Marshamum multis probatur. P. 16.

## C A P. V.

Imperium Babylonicum & Medo-Perficum.

§. I.

[ ]  
§. I. **M**ERODACH seu Berodach Bala-  
dan, *primus Rex Babyloniae*,  
Hezekiae morbum accidisse post fugam Senac-  
heribi, contra D. Prideaux probatur: Af-  
syriorum imperium tunc temporis penitus ever-  
sum vel saltem multum imminutum.

§. II. Efarhaddonem nunquam recuperasse  
Babyloniam contra Marshainum & Perizo-  
nium probatur: Ptolemæi Canon quare non  
altius assurgit: Grotius notatus: Canonis  
Ptolemæi utilitas.

§. III. Ninive eversa sub Nabopolassare,  
vel Nebucbadnetzare.

§. IV. Ninive Prophetarum, semel tantum  
eversa, a quo, disputatur. Fragmentum Po-  
lyhistoris ex Syncello de ejus eversione, cum  
animadversionibus.

§. V. Herodoti Monarchia Assyriaca;  
ficta.

§. VI. Babylonios, non Medos, successisse  
Assyriis, contra omnes Gentium Historiogra-  
phos probatur.

§. VII. Babyloniiis successurunt Medi:  
Imperium Medicum, & Persicum idem:  
Medorum Historiographorum dissentio.

§. VIII. IX. X. XI. Strictura aliquot in He-  
rodoti Imperium Medicum.

§. XII. An immediate post mortem Belscha-  
zaris ulla clades illata est Babyloniiis, sen-  
tentia Hieronymi.

§. XIII. Sententia Xenophontis, Hero-  
doti, & Aristotelis: Prophetia Isaiae XLV.

- [ ]  
 1, 2. & Jerem. LI. 31, 32. *impleta.*  
 §. XIV. *Clades Babylonica accidit sub Belschazare, post cujus cadem Imperium transiit ad Medos: Scaliger notatus.*  
 §. XV. *Medici Imperii Finis, & Perfici Initium, incertum P. 89.*

## C A P. VI. S C Y T H I A.

- §. I. **S**CYTHARUM *Gentes latissime diffusa: Sententia Strabonis, & Diodori*  
 §. II. *Nomen Scytharum incerta originis, Historia eorum fabulosa, Vulgaris Etymologia Scythiæ ex Bocharto.*  
 §. III. *Scytharum Origo juxta Herodotum, Diodorum, & Stephanum.*  
 §. IV. *Justini Historia Scytharum cum stricturis nonnullis.*  
 §. V. *Herodoti & Justini, Historia Scytharum ficta.*  
 §. VI. *Herodoti Expeditio Scytharum, in Ægyptum, falsa.*  
 §. VII. *Argumentum deductum ex nomine Urbis Scythopolis refutatum. P. 123.*

## C A P. VII.]

### De S Y R I A.

- §. I. **S**YRIA *Hebrais דִּין ejus Etymologia*

[ ]  
logia secundum Hieronymum: sub hoc nomine  
innotuit Græcis: Syria, & Assyria idem:  
Syriæ, Assyriæ, & Tyri Etymologia.

§. II. Joppa, secundum Melam Urbs Anti-  
quissima: Historia Diluvii Universalis, &  
Jonæ Preservationis miserrime larvata, &  
deturpata a Gentium Scriptoribus.

§. III. Damascus, Tempore Abrahæ ex-  
stitit: ejus Etymologia, Græca falsa, He-  
braica vera; in Libris Paralipomenon  
legitur Darmasek, quare Autorem latet.

§. IV. In fertilissima planicie sita, a duobus  
nobilissimis Fluminibus Abana, & Parphar  
irrigata, Etymologia eorum juxta Hierony-  
mum: Maundrell horum Fluviorum menti-  
onem non invenit, Lithgow invenit: de Damasc-  
co a tempore Abrahami, ad tempus Davidis  
nihil habemus: Damasceni Davidis, & Solo-  
monis servi: Nicolai Damasceni sententia  
cum stricturis nonnullis.

§. V. Damascenorum Reges graviter Israe-  
litas afflixerunt, præcipuus eorum erat Benhadad;  
a Hazaele interfectus: eorum Rex ultimus  
Rezin a Tiglathpillese occisus: Sehin-  
dlerus notatus.

§. VI. II. Reg. XIV. 28. Explicatio:  
Damascus post Assyriacam Captivitatem Li-  
bertatem nunquam recuperavit, sed sub Babylonis,  
Persis, Græcis, Romanis, Saracenis,  
& Turcis in hodiernum diem gemit.

§. VII. Damasceni Arabibus subjecti A-  
postoli Pauli tempore ex II Cor. XI. 32. pro-  
batur;



[ 1 ]

batur, Cellarii solutio, cum stricturis nonnullis.

§. VIII Justini & Tertulliani ignorantia: Vera solutio. P. 136.

## C A P. VII I.

De Origine, & Rebus Judæorum juxta  
Exoticos.

§. I. **N**OMEN Israelis, in nullo Ethnicorum scripto (vel saltem rarissime) reperitur, Judæorum frequentissime: Gentium Scriptores Judaicarum rerum ignari, eorum origo juxta Tacitum, cum Animadversionibus nonnullis: Judæorum Origo ex Stephano Byzantino.

§. §. II. III. Justini Historia Judæorum partim vera, partim falsa, a quo hauserit incertum: in illius Historiam strictura aliquot Artapanus (scriptor Ægyptius) & Helio-  
politani agnoscunt miraculosum transitum Israëlitarum per Rubrum Mare.

§. §. IV. V. Judæorum Historia juxta Diodorum cum animadversionibus nonnullis.  
P. 153.

## C A P. I X.

Imago Historiæ Judaicæ juxta Exoticos.

§. I. **I**MAGO Historiæ Judaicæ, aliarumque

[ ]  
¶ *omque rerum ad eos spectantium, juxta Strabonem!*

§. II. ( P. 170. l. 13. ) *Observationes nonnullæ in Strabonem: I. Reg. IX. 11. explicatio: Judæorum Religio juxta Dion Cassium, & Tacitum.*

§. III. *Judæorum Deus juxta Strabonem, Diodorum, & Juvenalem: Origo Erroris: eorum Deus, juxta Petronium, & Plutarchum; Tacitus ex parte contradicit Plutarcho, & sibi.*

§. IV. *Origo calumnie Asinolatris, Judæis impecta, Ægypti primi Auctores hujus contumeliæ, sententia Bocharti: in Tacitum strictura aliquot I. Sam. IV. 8. explicatio.*

§. V. ( P. 179. ) *Observationum in Strabonem continuatio, Polybius contra Strabonem, & ipse Strabo: Pagani Scriptores culpandi, quoniam nunquam evolvere dignati sunt, S. Judæorum Tabulas: Balsamum uni Terra Judææ concessum, quod non debet Regina Shebæ contra Josephum probatur: conjectura de Hortis Hierichuntinis.*

§. VI. *Canaan uberrima Palmis; Judæa & Idumæa pro uno & eodem usurpatur apud Romanos Scriptores, ex Palestina provenit optimum Linum.*

§. VII. *Strabo refutatur.*

§. VIII. *Cultus Judæorum cum cultu aliarum Gentium comparatio, cum aliquot observationibus.*

§. IX. *Græcorum, & Latinorum Oraculorum Origo, juxta Plutarchum & Diodorum.*  
P. 167. † 2 CAP.

## CAP. X.

**Historia Judaica utcunque continuata ad  
Transitum Maris Rubri.**

§. I. **B**EROSI & Damasceni, *Historia*  
Abrahami, ex Josepho; cum  
*Animadversionibus nonnullis*: Polyhistoris, et  
Melonis *Historia ejusdem Patriarcha*, ex Eu-  
sebio, cum aliquot *Observationibus*: Sancho-  
niathonis *Historia Abrahami*, ex Eusebio  
*miserrime detorta.*

§. II. *Incendium Sodomorum juxta Stra-  
bonem, Tacitum Solinum, & Ovidium:*  
*Clericus notatus.*

§. III. Polyhistoris *Historia Jacobi Pa-  
triarcha*, ex Eusebio: Artapani *Historia*  
Josephi, ex Eusebio: Judæi, non Phænices  
*Literarum inventores.*

§. IV. *Historia transitus Israelitarum per*  
*Mare Rubrum, juxta Strabonem, Athenæum,*  
*& Diodorum*: *Objectiones ex Plutarcho &*  
*Josepho diluuntur*: *Josephus vindicatur contra*  
*Le-Moyn.* P. 192.

## CAP. XI.

**Judæorum Historia a Transitu Maris Ru-  
bri ad Tempus CHRISTI, nati.**

§. I. **C**RASSA ignorantia Justinii &  
Taciti

[       ]

*Taciti in rebus Judaicis: Taciti Historia itinerum Israelitarum per Desertum: Sabbati Origo juxta Justinum, Plutarchum, Dionem, & Tacitum.*

§. II. *Ratio (juxta Justinum) cur Israelita, cum Peregrinis, se non conjunxerunt; ejus Sententia refutata: Quare Gentium Scriptores Israelitarum rerum post relictam Aegyptum adeo parce meminerint.*

§. III. *Quomodo defendi potest Israelitarum invasio, continuatio Historæ Israelitarum ex Justino, cum Stricturis nonnullis: Elogium Magnum Moſis ex Diodoro.*

§. IV. *Ratio cur Gentium Scriptores fere nihil habent de Judæorum geſſis, a Moſe ad Maccabæorum tempora: Eusebii Sanchoniaton anſi Genuinus dubitatur.*

§. V. VI. *Hirami Epistola ad Solomonem, ex Josepho, amicitia inter Hiramum & Solomonem ex Phœnicum Historiis; Historia Phœnicum ex Dio & Menandro præcipue de Hiram & Solomone cum Multis Observationibus: quis erat iste Abdemon qui Solomoni oppositus erat ut ejus problemata solveret, ratio Nominis. Josephus illustratus: Menandri Historia Siccitatis quæ contigit Achabi tempore ex Josepho.*

§. VII. *Malitia Taciti contra Judæos, in eum observationes aliquot: Justinii ignorantia rerum Judaicarum: Diodorus honorificat de Judæis: Alexandri Magni expeditio*

[ ]  
*ditio Hierosolymitana: silentium Paganorum  
hujus Historia fidem non evertit.*

§. VIII. *Malitia, & oscitantia Scriptorum  
Paganorum, in rebus Judaicis scribendis, pro-  
batur contra Autorem Libri cui Titulus an  
Answer to Dr. Sherlock.*

§. IX. *Alexandri expedito Hierosolymitana  
ex eo probatur, quod Alexander nullum imposu-  
erit iis Praefectum, ut in reliquis devictis factum  
est Gentibus: cur soli Samaritæ, tanto odio  
insurrexerunt in Macedonas: Talmudici, Eu-  
sebius, & Sulpitius Severus hujus Alexandri  
expeditionis Historiam habent; fides negata  
Josepho a Pontificiis, & Quare.*

§. X. *Agatharcidis Historia Judæorum A-  
lexandro Magno Synchronis, ex Josepho  
cum observationibus nonnullis: eorum Historia  
ex Appiano & Josepho.*

§. XI. (P. 241.) *An Biblia Sacra (vel  
ulla ejus pars) in Linguam Græcam erat trans-  
lata ante Ptolomæi Philadelphitempora: Pri-  
deaux notatus.*

§. XII. (242) *Justini Historia Judæo-  
rum cum nonnullis Striçturis: Societas Ro-  
manorum Judæis infasta ut observat Bailius:  
Tacitus Justino contradicit.*

§. XIII. (244) *Hasmonæorum defensio  
contra calumnias D. Basnage: eorum poster-  
i quidem impii, & vçcordia sua Judæam perdi-  
derunt, ut ait Strabo, Tacitus, & Florus.*

§. XIV. (249) *Judæa in Provinciam  
redacta a Romanis, ejus rei Historia ex Jose-  
pho: Cicero notatus.*

§,

§. XV. (P. 251.) *Vaticinium Jacobi de Sceptro tollendo a Juda; Hujus ablationis quatuor gradus: Judæi Magia infecti inter quos ut videtur erat Josephus, quæ scribit de Magia Solomonis sunt falsissima Israelitæ in Idololatriam proni, quam semper comitatur Magia: Post Captivitatem Babylonicam, Diabolus decepit Israelitas per Sensum Cabbalisticum, Traditiones orales, & Bathcol.*

§. XVI. (255.) *Josepho Scribente extabant nonnulla scripta de Magia sub Solomonis nomine: Possessiones Diaboli erant sub. V. Testamento, sed crebriores post exortam sectam Sadducæorum, & adventum CHRISTI, Quare.*

§. XVII. (256.) *Urbe & Templo subversis Judæi in omnibus sceleribus progressus fecerunt, & in hunc Diem ut monumenta iræ Divinæ conservati sunt.*

§. XVIII. (256.) *Gentium vocatio & Messiae adventus ex Prophetis, Judæi ipsi circa tempora nati Sosпитatoris expectarunt Messiam, imo id Romanos Scriptores non latuit ut patet ex Suetonio, & Tacito.*

§. XIX. (258) *Falsum est quod Judæi dicunt de duobus Messijs, Messia Regnum describitur a Daniele II. & Jerem. XXX. II. cum observationibus nonnullis; Mina Amosi in multas gentes, propter ipsorum rabiem in Israelitas, effusam; quomodo impleta: ac primo in Damascum, per Tiglathpilnesarem.*

§. XX. (260) *In Gazam Amos I. 6, 7. per Hezekiam, Persas & Alexandrum; sententia*

[ ]  
*tentia Arriani, & Hieronymi, tandem Ecclesia Christi in Gaza est fundata.*

§. XXI. (P. 262.) Amos I. 8. *in Ashdodum, per Psammitichum ejus Historia ex Herodoto Marshamus notatus: Ashdod a Jonathane Hasmonæo combusta.*

§. XXII. (264.) Amos I. 9. *In Tyrum per Nebuchadnezare: oscitantia Hieronymi: ab Alexandro M. funditus deleta.*

§. XXIII. (P. 265.) Amos I. 11, 12. *In Idumæam 16. Obadiæ explicatio; Idumæa a Babylonis vastata: a Juda Maccabæo percussa: & ab Hyrcano Circumcisionem teci percoacta.*

§. XXIV. (P. 267.) *Anrécie Hyrcanus, Idumæos ad Circumcisionem adegit; Saliani, Augustini & aliorum sententiæ: Idumæa Moab & Ammon a Nebuchadnetzare pene simul subacta erant: Moab, & Ammon rarissime in Exoticis Authoribus memorantur.*

§. XXV. (269.) Herodes Idumæus, Judæorum Rex a Romanis constitutus est, Vir erat fortis & magnificus, Judæa a Romanis Scriptoribus sub Idumæ nomine veniebat: Herodes Romanis admodum utilis.

§. XXVI. (270.) *Non discessit Sceptrum a Juda Herodis tempore; ultimum complementum non accepit hæc Prophetia donec Hierosolyma per Titum solo æquata fuit.*

§. §. XXVII. XXVIII. XXIX. (272.)  
**JESUS CHRISTUS** *Sospitator noster, natus sub finem Regni Herodis: Strages Infantium*

[ 1 ]

Infantium Bethlemiticorum, ex Macrobio? Whitbaeus notatus: cades Bethlemiticorum Infantium atque Antiputari, non confundit Macrobius; Josephi silentium non evertit fidem hujus Historiæ, multa enim omittit majoris momenti.

§. XXX. (276.) Christo Nato senescebat Ecclesia Judaica, Deus in sevit Gentes in eorum locum & radicem, de Ecclesia Judaica & Christiana loquitur Jerem. XXX. 11. Ægyptii funditus extirpati.

§. XXXI. (277.) Assyrii, Judaorum hostes acerbissimi jamdudum subruti, ut & Babylonii Persæ Græci & Romani qui etiam aspere tractarunt Christianam Ecclesiam; donec tandem in Christianam fidem convertebantur postea vero in Antichristianismum degenerarunt. P. 212.

## C A P. XII.

De Ægypti immensis Antiquitatibus quas fingunt.

§. I. **Æ**GYPTI Regnum Antiquissimum, attamen nimium jactant falsis & fictis Antiquitatibus: eorum Argumenta pro Antiquitate sua frivola.

§. II. Æthiopes Ægyptiis vicini non minorem



norem jaſtant *Antiquitatem*; eorum *Argumenta* ex *Diodoro*.

§. III. *Duplices* fuere *Æthiopes*, *Aſiatici*, & *Africani*; probatur ex *Herodoto* & *Homero*: *Æthiopiæ* nomen *Hebraicum*, ejus ſignificatio

§. IV. *Lepida concertatio* inter *Ægyptios*, & *Scythas* de ſuis *Originibus*, & *Antiquitate* ex *Juſtino*: *Ægyptii* non erant *Literarum* inventores, veriſimile eſt inventas fuiſſe ante *Diluvium*, a quo incertum.

§. V. Quæ habet *Herodotus*, de *Ægyptiis*, ſunt *Mutila*, *hiulca*, vel meræ *nugæ*; ejus rei ſpecimen.

§. VI. VII. *Ægyptiorum* immenſæ *Antiquitates* ex *Herodoto* *Diodoro*, & *Macrobio*.

§. VIII. *Ægyptii* & *Chaldæi* de *Antiquitate* contendentes, alii alios mentiendo ſuperare ſtuderunt: immenſæ *Antiquitates* quas ſibi vendicant *Chaldæi* ex *Cicerone*, & *Diodoro*.

§. IX. *Chaldæi* credebant *Mundum* nunquam inciſiſſe, ut & *Ariſtoteles*; *Cenſorinus* de hac re ambigue loquitur: *Varronis* diſcrimina temporum ex *Cenſorino* in αθηλον, μυθικον, & ιſτορικον: Ex *Dogmate* de æternitate *Mundi*, fluxerunt immania adeo mendacia apud tum *Chaldæos*, & *Ægyptios* in *Originibus* ſuis enarrandis; ſententia *Auguſtini*.

§. X. *Concordia calculi* *Varronis*, cum *Verſione* LXX. *Diogenis* ſententia paulo modèſior:

*defior : Scriptorum Gentilium contradictiones, in Antiquitatibus suis enarrandis quomodo inserviunt ad S. Scripturarum fidem stabiliendam: Literas duplices utebantur Ægyptii.*

§. XI. Ægyptii ascribunt Literarum inventionem cuidam Theuth, ejus Historia ex Platone; sub nomine Theuth ut probabile est latet Josephus.

§. XII. Quem intellexerunt Ethnici per Thamuz; Thamuz erat unus ex nominibus Solis; Josephus primus erat qui induxit Literas in Ægyptum, magnopere confirmat hanc Opinionem Diodorus.

§. XIII. Antiqua traditio ex Syncello Noachum divisisse totam terram inter tres filios suos: Japhetus Ethnicis Neptunus; Schemus judice Bocharto Pluto dictus est, & quare: Chamus Jupiter Hammon.

## C A P. X I I I.

De Sesostre an Schisakus fuerit.

§. I. **M**ANETHO, & Eratosthenes, apud Syncellum nihil fere habent de Ægyptiis nisi nuda nomina Regum: Marshamus notatus; Ægyptiorum Anni juxta Plutarchum, & Censorinum: Ægyptiorum Origines, & Dynastiæ, ex Africano & Eusebio, juxta Petavium falsæ: quod plura debe-

[ ]

*mus Herodoto, & Diodoro, in Ægyptiorum rebus, quam Syncello, contra Marthamum probatur.*

§. II. Schifakum idem esse cum Sesoistre contra Perizonium asseritur; Josephus non adstipulatur sententiæ Perizonii.

§. III. Perizonii argumenta refutata; Perizonius ipse probat sententiam adversariorum.

§. §. IV. V. Sesoistis, quando vixerit juxta Perizonium; non subjugavit Israelitas: Justinus contra Perizonium.

§. VI. Vexoris, seu Sesoistis Perizonii, a Scythis fugatus: Idumæi & Philistæi ingruente Sesoistride erexerunt cristas; Jehosaphato & Populo supplicante erant pœssundati: Responso objectioni I. Reg. XXII, 47.

§. VII. Conringii Argumentum, contra Perizonium defenditur.

§. §. VIII. IX. Omnes Antiquos Authores non assentire sententiæ Perizonii, contra illum multis probatur.

§. X. Perizonii argumentum a silentio Homeri ductum, refutatur.

§. XI. Manetho ( ut fere omnes alii Authores quos citat Perizonius ) ipsius causam plane jugulat.

C A P. -

[     ]

## CAP. XIV.

### Sententia Herodoti de SESOSTRE excutitur.

§. I. **S**ESOSTRIDIS *expeditio per continentem, juxta Herodotum cum stricturis nonnullis. Fabula ex Herodoto de Dario Hystaspe.*

§. II. *Quid contigerit Sestostri ad Phasin Fluvium, Herodotus nescit; juxta Flaccum, Plinium, Justinum, Jornandem, & Orofium, illic victus erat: hac expedito Ægyptiorum in Scythiam ficta.*

§. III. *Colchorum Origo juxta Herodotum; Circumcisionis origo Herodoto incerta: Colchi & Judæi juxta Diodorum acceperunt Circumcisionis ritum ab Ægyptiis: idem affirmat Strabo de Judæis; in hac re Strabo sibi repugnat: Abrahamus primus erat Mortalium qui circumcisus erat, ut affirmat Origines contra Celsum.*

§. §. IV. V. *Herodoti Syri, Josepho Judæi omnium qui habitabant Palaestinam, Herodoti tempore soli Judæi circumcidebantur, secundum Josephum ejus sententia defenditur contra Gronovium quid moverit Paganos, ut dicerent Ægyptios ab initio fuisse circumcisos, & Judæos ab eis hunc ritum mutuatos: Judæorum origo juxta Diogenem Laertium, Judæi primo circumcidebantur.*

bantur secundum Tacitum: ejusdem argumenti Fragmentum Sanchoniathonis ex Eusebio.

§. VI. Quo pacto Circumcisio primum in Ægyptum introducta sit: Bocharti & Witfii, sententia: Sententia Authoris: Josh. V. 8. explicatur: Herodoti causa circumcisionis ridicula: Vulgus Ægyptiorum circumcidebatur juxta Herodotum, & Diodorum; juxta Thaletem, & Originem, Sacerdotes tantum.

§. §. VII. VIII. IX. Colchos non idem esse cum Caslucheis ut Bochartus affirmat nec Ægyptiacæ originis contra Bochartum, Groenovium, & Herodotum, multis probatur.

§. X. Occidentales Æthiopes habuerunt ritum Circumcisionis ab Orientalibus, seu Arabibus, quorum plurimi descenderant ex Abrahamo, multi procedente tempore ejus usum deseruerunt: Judæi non sunt Ægyptiacæ Originis, Manetho Ægyptius meminit eorum ingressus & egressus, ex Ægypto: quales sunt illi peregrini Pastores (apud Manethonem) Ægyptum invadentes.

§. XI. Historia Israelitarum in Ægypto, eorumque plagis ex Manethone, & Artapano cum observationibus nonnullis: ritus qui tempore Patriarcharum obtinuerunt apud Ægyptios non sunt æstimandi ex eis ritibus, qui Herodoti vel Diodori tempore apud Ægyptios in præritio fuerunt.

§. XII. Ægyptii ab ipsis fere Regni initiis horrendi Idololatra, causa cur Fælem colunt ex Diodo:

[       ]

Diodoro: Ægyptiorum *superstitio*, ex Herodoto, Strabone, & Juvenale: *quare erant Pastores Ovium, & Caprarum abominabiles Ægyptiis: insana eorum superstitio*, ex Athenæo, Juvenale, Virgilio, & Cicerone, *eorum crudelitates in dissentientes, ejus rei exemplum ex Diodoro.*

## C A P. XV.

### De Aliis Ægypti Regibus.

§. I. **Æ**GYPTIORUM *Fabula de* Deorum regno in Ægypto, ex Diodoro *per similis est Fabula Berosi, ex Syncello, de Chaldæorum Regibus: Berofus & Manetho contendunt de Antiquitatibus Ægypti & Babylonis, uter duorum sit major mendax queritur?*

§. II. Unus Ægypti Regum erat Osiris, qui teste Diodoro, *expeditionem per totam orbem habitabilem fecit: idem est cum Sesoistre.*

§. III. Osymanduas Ægyptiorum Rex, *descriptio mirifici ejus Sepulchri, ex Diodoro: ille quoque idem cum Sesoistre est.*

§. IV. Primus Rex Ægyptiorum, juxta Herodotum erat Meines; Diodoro, & Syncello Mines: *ejus Historia ex prædictis Authoribus cum stricturis nonnullis: Mines non est Chamus, ut Marshamus affirmat, haviolationes ista similes sunt eis quas Eusebius habet de*

[ 1 ]

*de Sicyoniæ Regibus, quorum primus floruit tempora Tharræ, patris Abrahami.*

§. V. *Hujus Historia incredibilitas, patet ex Thucydide, & Plutarcho; Græci agnoscunt nihil pene se certum scrivisse, ante Olympiadas: Olympiadum incertitudo juxta Plutarchum; Meines juxta Herodotum Memphin condidit: Diodorus hoc opus adscribit Uchoreo.*

§. VI. *Nihil fere habemus de successoribus Meines, usque ad Sesostrin, in Herodoto, vel Diodoro: Sesostris successor, Diodoro est Sesostris; Herodoto Pheron, ejus successor Herodoto est Proteus qui vixit tempore Belli Trojani.*

§. VII. *Paris, & Helena juxta Herodotum erant in Ægypto dum Troja obsessa, & capta erat, in hac re contradicit Homero; Homeri Poema est sine fundamento.*

§. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. *Diodorus contradicit Herodoto, in Historia Sesostris Successorum: Historia Bocchoris, & Sabaconis ex Diodoro; Syncellus ei contradicit: Herodotus in Historia Sabaconis, ab omnibus dissentit: qualis erat ille Sabaco; an idem erat cum Taraco, ut contendit Perizonius; Diodorus, & Josephus, contradicunt Perizonio: Perizonii argumenta pro sua sententia refutantur. Taraci Historia obscurissima, Strabo ejus meminit, in eum observationes aliquot; an unquam penetraverit, Nebuchadnetzar*

[ . ]  
zar in Hispaniam incertum, Responditur ob-  
jectioni, ex Dan. II. 38. Tirhacus fortasse ex-  
peditionem fecit in Hispaniam, quasi gratia,  
aliqui existimant Iberiam Europæam, pont  
pro Iberia Asiatica, in horum regum historiis  
enarrandis.

§. XIV. Sethon successit Sabaconi juxta  
Herodotum, an ab alio memoretur auctori in-  
certum: Diodorus post Sethonem introducit  
Dodecarchiam; juxta Syncellum, Sevechus,  
successit Sabaconi: sub Sevechi nomine, aliqui  
intelligunt Soum. II. Reg. XVII. 4. alii  
eum eundem esse cum Sabbacone existimant:  
videntur Ægyptii nulla certa monumenta ha-  
buisset.

§. XV. Rationes cur credendi sunt Ægyptii,  
nulla monumenta antiqua apud se habuisse tem-  
pore Herodoti, & Diodori

§. XVI. Herodotus post Sethonem habet  
Dodecarchiam; post Dodecarchiam, Hero-  
dotus & Diodorus habent Psammitichum,  
ejus Historia ex Herodoto, cum Animadversi-  
onibus nonnullis: Ægyptiorum Annales quos  
ostendebant Herodoto, & Diodoro confecti.

§. XVII. XVIII. Ægyptiorum mo-  
numenta juxta Manethonem, cum multis stric-  
turis.

§. XIX. Psammitichi obsidio Azoti, ex  
Herodoto: Nechus successit Psammiticho,  
juxta Herodotum: ejus non meminit Diodorus:  
Nechaonis secundi Historia, ex Syncello.

§. XX. Ægyptios habuisse admodum pau-  
ciora



*rerum suarum monumenta tempore Herodoti, longe autem pauciora tempore Diodori, confirmat Strabo: Herodoti Diodori & Syncelli contradictiones, in annis Regni Regum Ægyptiacorum enarrandis.*

§. §. XXI. XXII. Necaüs Princeps potens ei successit filius ejus Psammis, juxta Herodotum; Diodorus ejus non meminit: ei successit Apries princeps potens, juxta Herodotum, & Diodorum, de ejus exitu sacra *Litera* atque *Exotica* contraria continent; ejus exitus *Historia* ex Herodoto cum *stricturnis* nonnullis.

§. XXIII. Cur Amasis bellum intulerit Ægyptiis, ex Herodoto cum *Animadversionibus* nonnullis.

§. §. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. *Incredibilia*, sunt quæ tradit Diodorus de Ægyptiorum Legibus. *Lepida*. *Fabula* ex Herodoto: Ægyptiorum annos olim caruisse bisextili ex Herodoto & Cenforino probatur: falso vendicant sibi Ægyptii primam inventionem *Anni*, *Immortalitatisque Animæ Humanæ*. eorum doctrina de *Animarum transmigratione* ex Herodoto: *Bacchi Saturni*, & *Cereris nomina Latina, Græca, & Hebraica*: *Lucretius, Epicurum secutus*, contendit *Animam esse Mortalem*, sed *argumentis plane stramineis*: Ægyptios non esse *primos Inventores Immortalitatis Animæ Humanæ*, evidentibus *Argumentis contra Mar- shamum*,

[ ]  
shamum, & Grotium probatur: quid moverit  
Ægyptios ut revolutionem Animarum, de  
Corpore, in Corpora assererent. P. 355.

## C A P. XVI.

De quibusdam Ægypti Regibus & aliis iis  
vicinis

§. I. **T**O T A Ægyptus aliquando sub  
uno Rege, aliquando divisa in plura  
Regna: qui intelligantur per Reges Chit-  
thæorum, II, Reg. VII. 6.

§. II. Primus Ægypti Rex quem inveni-  
mus & in S. Scripturis, & in Exoticis, est  
Pharao Necho, Prostravit atque occidit Jo-  
siam, a Nebuchadnetzare victus; Jeremiæ  
vaticinium, de hac Nebuchadnetzaris vic-  
toria; ejus rei Historia, ex Josepho, quis e  
Pharaonibus percussit Gazam Perizonius no-  
tatus.

§. III. Quis erat ille Pharao qui a Baby-  
loniæ victus erat, quando suppetias adducebat  
ad Zedekiam.

§. IV. Quomodo computemus tempus a Jo-  
sifiæ morte, Marshamus notatus, Berosi Frag-  
menta magnopere illustrant, & confirmant S.  
Scripturis: Ordo Expeditionum a duobus Re-  
gibus Ægyptio & Babylonio adornatarum:

[ 1 ]  
 Jerem. XXII. 19. impletur, conciliatur hæc  
 Prophetia cum II. Paralip XXXVI. 6. His-  
 toria expeditionis Nebuchadnetzaris contra  
 Hierosolymas, & quid illic fecerit juxta  
 Josephum.

§. V. Memorabilis locus Josephi, de Se-  
 dechiæ incredulitate, & ejus causa, cum obser-  
 vationibus nonnullis.

§. §. VI. VII. VIII. IX. X. XI. Ne-  
 buchadnetzar Dei servus ad puniendum multas  
 gentes: ac primo de Tyriis, eorum & aliarum  
 Phænicie Urbium Origo juxta Herodotum;  
 Tyriorum origo juxta Justinum, cum stric-  
 turis nonnullis: Stratonis Tyri Regis (juxta  
 Justinum) Historia; Tyrus ut verissimile  
 est non Regnum erat, sed Respublica cum ex-  
 pugnaretur ab Alexandro M. Urbs habebat ur-  
 vetustissima, ut patet ex Dionysio Periegeti:  
 ejus Urbis Historia ex Plinio, cum observati-  
 onibus nonnullis; duplex erat Tyrus: ejus  
 Colonia juxta Curtium: Tyri veteris Clades,  
 per Nebuchadnetzarem, ex Josepho cum ani-  
 madversionibus nonnullis: In Prophetia Ezech-  
 ielis C. XXVI. XXVII. XXVIII. prædici-  
 tur destructio Tyri clare & aperte: Ezech.  
 XXVI. 14. Explicatio Hieronymi, & Auto-  
 ris: Nebuchadnetzar non destruxit Tyrum  
 Insularem, ut Hieronymus videtur sen-  
 tire.

§. XII. Josephi Historia Ægypti subver-  
 sionis per Nebuchadnetzarem cum aliquot ob-  
 servationibus.

§. XIII. Nebuchadnetzar dubius *utrum* Ammonitida, an Judæam prius invaderet usque est Divinatione ut patet ex Ezech. XXI. 26. Hieronymus in locum: ita dirigebatur ad Hierosolyma expugnanda; postea invasit Ammonitida, dein Moabitida, postea Ægyptum, hostiliter est ingressus; Josephi odiosa brevitatis in hac Historia sua parte.

§. XIV. Ezech. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. & Jeremiæ XLIX. tristissima habentur vaticinia de Ægypto, imprimis ingens fore prælum inter Babylonios, & Ægyptios; ubi terrarum contigerit hoc prælum: postea Nebuchadnetzar invasit Africam: Junii explicatio. 13. XXIX. Ezech. post Nebuchadnetzarem Ægypti Regnum humile admodum.

§. XV. Ira Divina in Ægyptios effusa causa, 1. horrenda Idololatria, ejus rei exempla nonnulla ex Herodoto, Strabone, & Virgilio.

§. XVI. XVII. XVIII. XIX. Sensus horum verborum Herodoti Cambyse Memphin regresso Apis Ægyptiis apparuit; Josephus vindicatus contra Marthamum: Apidis ejusque cultus origo juxta Græcos & Latinos ex Augustino aliter Ægyptii rem representant ut patet ex Diodoro: Augustus recusavit Apin videre: Vossius existimat Josephum providendo frumentum Ægyptiis, occasionem dedisse huic honori qui dabatur isti Animalis; Autor fere in eadem sententia: ejus origo juxta Tacitum: Pagani prætendunt Vespasianum,

[ ]  
pasianum virtute hujus idoli curasse Cæcum  
Hominem, atque alium manu ægrum, ejus rei  
historia ex Tacito, & Suetonio, cum stricturis  
nonnullis.

§. XX. Ira Divina in Ægyptios effusa  
causa 2. Eorum contemptus miraculorum qua  
Deus inter eos præstitit dum Israelitæ in Ægypto  
pergrinarentur. 3. causa eorum jactantia de  
sua Antiquitate, 4. Abominanda Magia; in  
Plinium strictura aliquot: Numenii Historia  
Jannes & Jambres ex Eusebio.

§. §. XXI. XXII. Ægyptiorum con-  
suetudines juxta Herodotum, in aliquibus con-  
sentiunt cum Judæis & Græcis.

§. §. XXIII. XXIV XXV. XXVI.  
Ægyptiorum ritus & consuetudines aliquot,  
juxta Diodorum, cum animadversionibus nonnul-  
lis: Doctrina de Immortalitate Animæ &  
Præmiis aut Pænis post mortem, Hominum  
mentibus incisa; Orpheus has opiniones non ad-  
duxit ex Ægypto nec unquam extitit juxta Cice-  
ronem: quod de his habet Homerus non debet  
Ægyptiis, fortasse nunquam in Ægypto erat;  
Homerum credidisse animas Hominum non cum  
corporibus extingui probatur, receptaculum harum  
animarum juxta Homerum.

§. XXVII. Barbarorum Elysium, ut de-  
scribitur a Plutarcho, convenit cum Insulis Ca-  
nariæ; Rueus notatus.

§. XXVIII. Hebdomadam circuitus Æ-  
gyptiorum inventum juxta Dion-Cassium &c.  
Judæorum

[ 1 ]  
Judæorum juxta Horatium, Juvenalem, Ovidium, & Rutilium Numatianum, &c.

§. XXIX. Rutilii calumnia contra Judæos, refutantur: Gentes semper supra modum proni ad cultum idolorum ut patet ex Zosimo: Pagani offendebantur otiosa vita, & stolidam morositate, Monachorum ut patet ex Rutilio; Pagani accerbabantur & a Christiana Ecclesia deterrebantur avaritia, & Hypocrisi, Monachorum ejus rei Historia ex Zosimo: Ethnicis scandalizabantur Christiani Plebis vita, conspurcata Idololatria; ut patet ex Claudiano.

§. XXX. Sanctorum cultus acriter angebat Paganos Rutilius, & ceteri Pagani immaniter fremebant & maledicta, et scommata jaciebant, in Judæorum & Christianorum Deum Rutilius videtur respicere Exod. XXXI. 17. P: 401.

§. XXXI. EPILOGUS.

ADDENDA.

---

**SPICILEGIA**

ADDITIONAL

ADDITIONAL

# SPICILEGIA

ANTIQUITATUM ÆGYPTIORUM  
atque his vicinarum Gentium.

## CAPUT I.

LOC A quædam *Ægypti*, quæ in Sa-  
cris Literis, nec non exoticis memorantur.



ATURO mihi quæ-  
dam Spicilegia, Æ-  
gyptiacarum Anti-  
quitatum visum est,  
incipere a Nomine.  
ΑΙΓΥΠΤΟΣ seu *Æ-*  
*gyptus*, in veteri Testa-  
mento non reperitur;  
deducunt Græci ut *Ste-*

*phanus* & *Eustathius*, a quodam *Ægypto Be-*  
*li* filio & *Danai* fratre: qui *Argis* regnavit.  
Sed solebant isti ad fictitios Reges & Princi-  
pes confugere; cum veras origines ignorarent.  
Derivatur ut nonnullis placet a voce *Coptos*,  
quæ erat nomen celebris urbis in *Thebaide*;  
et N quæ *Insulam* apud *Hæbreos* denotat:  
quam etymologiam nec probo nec resfello.  
Sed cum vox videatur omnino esse Græca, &  
nunquam ab orientalibus usurpata: Ratio e-  
jus potius petenda est ex Græcia. Eruditus  
*Perizonius*, in *Originibus Ægyptiacis* Cap. I. di-  
cit venire a nigredine terræ & Γύπαξ i. e. vul-  
A tures



tures esse nigri coloris : sed unde derivat Γύψ? Desidero igitur aliquid nomen concretum huius significationis, quasi Γύπτος vel Γύψας, sed nullum invenio. Sed quum Ἀιγύπτιον exponunt Μελαν *nigrum*, Ἀιγυπτιάσαι ἐσκηῶσαι *adurere* in veteribus scholiis, ut ipse vir doctus observat: mallet ab alterutra derivasset, quam a τῇ Γύψ, nam videtur ipsa vox Γύψ ab his vel aliqua simili descendere.

§. II. Nomen ejus in veteri Testamento est מצראים *Mitzraim*, Gen. Cap. X. Com. 12. a radice מצ; quæ inter alia significat *coarctare, custodire, munire*; atque dicunt eruditi ita vocari, quia Ægyptus a mari, Rubibus & Paludibus munitur. Orientales, Arabes, & Turcæ, dicuntur eam appellari hodie *Mizri* vestigia antiqui nominis conservantes satis manifesta: A Cedrenomestra dicitur. Et hic minime prætereunda sunt verba Stephani, in voce Αἴγυπτος ἐκλήθη ὁ δὲ Μύαρος ἢ χωρὶς ὑπο Φοινικῶν. ubi pro Μύαρος *Mizra, Mizara, vel Mestraia* legendum esse non dubito. Est etiam מצראים *Mitzraim* proprium nomen Viri, filii Chami, Gen. Cap. X. Com. 6. & Patris variarum Gentium Com. 13. & 14. Putat clarissimus Bochartus, quod Com. 13. subintelligenda sit vox אב *Pater*, quia nomen est in duali forma; verbum autem, in singulari numero מצראים: מצראים *Mitzraim genuit Ludim*. Verum observantur ab eruditis alia nomina ejusdem formæ, quæ tamen sunt omnino singularis

singularis numeri ut Gen. Cap. XLI. Com. 52. **עֲפְרַיִם** *Ephraim* : An hæc responsio difficultatem solvat, non jam disputo : Sed transeo ad aliud nomen istius Regionis, nimirum **חַם** *Cham*, id reperitur *Psal.* LXXVIII. com. 51 : & CV. commat. 23. 27 & CVI. Com. 22. quæ vox deducitur a **חָמַם** *calefactus fuit incaluit* : hinc **חָמָה** *Fuscum*, **חֶמֶד** *Calor*. Quare videtur nomen Chami, & nomen Mitzraim, iis Hominibus indita per Spiritum prophetiæ, indicantem qualem Regionem habitaturi essent ipsorum posterii : illius quoque nominis Chami in Ægypto, & locis vicinis sunt clarissima vestigia : Ægyptus enim **χῆμα** vocatur a Plutarcho, & **Ἐρυθρίμος** a Stephano Byzantino ; & oppidum ibi **χέμυς** ab eodem : & tandem Gentilium oraculum, haud procul ab Ægypto Jovis Hammonis nuncupatur. Tertium nomen **רָבָה** *Rabab Robur, Superbia*, reperitur *Psal.* LXXXVII. com. 4. & LXXXIX. com. 10. & alibi. Vocem derivat præstantissimus Bochartus, a duabus Ægyptiacis nimirum **ἄρ** vel **ῥρ**, id est *Cor*, & **πῦρ** vel **πῦρ** *Pyrum* : *Phaleg. Lib.* IV. Cap. 24 alia nomina apud profanos Authores reperta, sponte transilimus.

§ III. Ad nomen Regum pergimus, nimirum **פַּרְעֹה** *Pharaoh* quod iis communcerat, usque ad Babylonici Imperii tempus : vocem ni fallor fat commodè ab Hebræa **פָּרַע** deducere ; quæ inter alia ex usu Chaldæo significat *ultus est*, **פָּרַע** *in ulciscendo*. *Jud. Cap.*

V. com. 2. פֶּרַץ ultio; & in Arabica lingua, quæ procul dubio Hebrææ dialectus est; Faragna; Et ut illius linguæ periti affirmant, in prima conjugatione significat *in summo fuit summumque cepit, vel tenuit, superavit alios Nobilitate Pulchritudine, sic etiam adscendit montem; unde nomen Fargnon summum & vertex rei, caput, & princeps familia; Populi.* Atque jure hic rogabis, cur voces Ægyptiacas conemur afferre ex Hebræa, Ægyptiis plane peregrina: ut liquet Gen Cap. XLII com 23. & Psal. LXXXI. com. 5. & CXIV. com. 1. Responsio in promptu est, Linguam Ægyptiacam ab initio solummodo Hebrææ fuisse Dialectum; sed postea magis magisque ab ea discessisse: donec tandem Hebræi & Ægyptii nequaquam se invicem intelligerent: quod mihi conferenti 18. & 19. commata XII. Gen. cum 23. com. 42 ejusdem, patere videtur; nam in posteriore loco videmus necessitatem Interpretis, in priore loco nil tale apparet. Ο' Φαραὼν inquit Josephus L. 8 C2 κατ' Αἰγυπτίους Βασιλέα σημαίνει Pharao Regem Ægyptiis sonat Sed non potest hoc ( formaliter ut loquuntur Scholæ ) significare, alioquin foret manifesta tautologia; cum sæpissime dicitur Pharao Rex Ægypti: utcunque grande aliquid sonabat apud Ægyptios, ut & ratio & etymologia probat. Impositum fuit hoc nomen procul dubio alicui ex primis Regibus, Meni forsan vel Minæo ut habet Josephus ante Abrahami tempora:

ob insigne aliquod beneficium Ægyptiis præstitum. Id nomen, ut dictum datum est his Regibus usque ad tempora Nebuhadnezaris; proinde insigne est Sphalma Josephi l. c. asserentis illud nomen, non usurpatum ab eis post Solomonis Socerum. Restat jam ut quæramus an ulla mentio sit illius nominis apud exoticos? et quidem autumamus esse, obscuram quamvis, in insula Pharo *Alexandria* adjacenti conservatam, & hoc innuit Stephanus, in voce Pharos: eam ita vocari, ait, quod Pharos Menelai Proreta ibi sepultus sit. λῆροι! Sunt qui hoc nomen illam esse adeptam, ob ingentem turrinam a Sostrato Cnidio Philadelphi tempore structam: quod non minus falsum est, cum Cæsar in fine Lib. III. de bello civili expresse dicat turrem ab insula nomen accepisse. *Confestimque* (inquit) *ad Pharum navibus milites exposuit. Pharus est in Insula turris, magna altitudine, mirificis operibus extructa, quæ nomen ab insula accepit.* Porro ita vocata est Homeri tempore, cum Ægyptii nihil commercii habuere cum Græcis: nam Odyss. Δ ita canit L. 354. 355.

Νῆσος ἔπειτα τις ἐσὶ πολυχλύσῳ ἐνὶ ὄντῳ,  
 Αἰγυπτὸς προπάρειδε Φάρον δὲ ἐ Κικλήσησσι  
 His adde, apud celeberrimos Authores dici ipsam Ægyptum Phariam: & Reges Pharios. ut illud Lucani Libro IX. v. 1.

*At non in Pharia manes jacuere favilla,*  
 & Lib. II. v. 636.

*Redde mari Cilicas: Pharios hinc concute reges,*  
 A. 4. nullus

Nullus igitur dubito, quin non solum sit *Ægyptiacæ* originis, sed etiam a quodam *Pharaonibus* ita appellata sit; sicut a *Cæsare Cæsarea*. Graviter igitur errat *Lloydus*, qui in voce *Pharos* hæc habet: *Quoniam* *græcum sit vocabulum, nullus dubito; ut enim a Φαίω est Φαίος & deinde Φαειρός, sic quoque a Φάω & Φαός est, Φαειρός & hinc Φάρος.*

§. IV. Sequitur jam ut *Regionis Situm, & Ingenium*, paucis describamus: *Ægyptus* ad Occasum habet *Deserta Lybiæ*, quibus dividitur a *Cyrinaica Regione*; ad austrum cataractas *Nili*, & montes quibus dividitur ab *Æthiopia*, seu *Lybia interiori*; ad ortum mare rubrum, quo dividitur ab *Arabia*, & *Syriam Palestinam*; ad septemtrionem, mare mediterraneum: *Alexandria* quæ sita est in parte maxima boreali, habet juxta *Ptolemæum* illius urbis Civem, latitud 31 grad. longitud, 60. 2, A mari mediterraneo ad cataractas *Nili*, quingenta & sexaginta millia passuum esse dicuntur Hæc est *Regionis* longitudo; at in ejus latitudine assignanda, nec consensum *Authorum* invenio, nec perspicuitatem. Dividi potest *Ægyptus* quodammodo in 4 partes, viz. Orientalem, jacentem inter *Nilum* & mare rubrum: & deltam, quæ est inter extrema ostia *Nili*, 3tio eam quæ est inter occidentale *Nili* ostium, & *Cyrinaicam* Et 4to *Thebaicam*, quæ maxime australis est Terra est *Authore Mela L, I, Cap. 9. expers imbrum,*  
• mire

*mire tamen fertilis, & Hominum aliorumque animalium perfœcunda generatrix. Tantæ fertilitatis Nilus præcipua causa est; de cujus nomine, fonte & causis incrementorum: acerrimæ vigent lites. Primum quod spectat, multi quæsivere Græcas etymologias; & inter alias derivant vocem, a νέε & ἰλυσ, quoniam νέαν ἰλὺν φέρει novum adfert limum. Sed ridiculum est, vocis Ægyptiacæ quærere Græcas etymologias. Placet igitur sententia Fulgeri derivantis a Hebraica voce לַנִּי quæ Fluvium significat. Secundum quod attinet, non minus dissensere Antiqui, aliis a Mauritania, aliis ab India, aliis denique ab altero orbe nobis opposito, eum adferentibus. Oritur tamen ut compertum est, in montibus Lybiæ interioris, ultra Æquatorem. De 3tio Denique non minus acriter disputatum est: nonnulli enim etefias sc. ventos; ( qui statis temporibus a boreali flant plaga ) horum incrementorum causas esse dixerunt: alii nivem, & alii imbres. Dubito tamen an adhuc vera causa deprehensa sit. Interim certum est ab hoc flumine provenire, ingentem Ægypti ubertatem; de qua testatur Moses Gen. XIII. com. 10. testantur etiam idem Gentium Scriptores; ut ex Mela mox audivimus; & Virgilius his carminibus Georg Lib. IV, Lin 287*

*Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi  
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.  
Et circum pictis vebitur sua rura Phaselis*

*quaque;*

*Quaque pharetrata vicinia Persidis urget,  
Et viridem Ægyptum nigra sacundat arena  
Et diversa ruens septem discurret in Ora  
Usque coloratis Amnis devexus ab Indis;  
Omnis in hac certam Regio jacet arte salutem;*

Frustra se torquent Interpretes, in his explicandis: in quibus *Vossius* & *Emmenesius*; qui *Virgilium* sequutum ( dicunt ) opinionem eorum qui putant Nilum iisdem quibus Indus & *Arceines* concipi fontibus; ac deinceps per multas vastasque fluere solitudines, donec *Æthiopiam* contingat, ac demum Nilum vocari Sed non adeo bardus erat *Virgilius*. Difficultas plane nulla est, si hæc duo observemus: imo per viciniam *Persidis*, *Arabiam* intelligamus, quæ media est inter *Persidem* & *Ægyptum*: & *Indorum* nomine *Æthiops* Africanos ut ex alio loco *Virgilii* constat, nimirum *Æneid. VI. Lin. 794.*

— Super & garramantes & indos  
Proferet Imperium:

Ubi totus contextus clamat de *Africanis Indis*, non *Afiaticis* intelligendum esse, *Virgilianis* consentiunt illa *Lucani, Lib. VIII L. 446*

*Terra suis contenta bonis, non indiga mercis  
Nec Fovis, in solo tanta est fiducia Nilo.*

Si *Melam* audiamus *Lib. I. Cap. 9. 20* millia urbium habuerunt *Ægyptii* regnante *Amase*. Si *Theocritum*, ultra triginta tria millia regnante *Philadelpho*; Hæc quamvis longe supra verum augeantur: Evincunt tamen Regionem fuisse populosissimam. Atque hæc

de situ & natura Regionis dixisse fufficit; nam immorari enarrandis eis quæ apud Geographorum vulgus habentur, nec libet nec convenit.

§. V. Quare hærebimus paulisper in vifendis eis Ægypti locis, faltem quibusdam eorum quæ commemorantur in facris literis; idque eo faciemus ordine quo inibi ea inveniemus. Atque primus eorum est *Ἰν On*, Gen. Cap. XLI. com. 45. & vox plura significata habet, & inter alia significat *Robur* ut Gen. Cap. XLIX. com. 3. *Hof. Cap. XII. commat. 4. 9. & alibi*. Hæc procul dubio fuit una ex primariis Ægypti Urbibus, verum ubi fita, quodque nomen in gentium habeat Scriptoribus; jam indagandum est. Eadem ut vulgo creditur est cum *Ἰν aven* Ezek. XXX. com. 17 & a feptuaginta interpretibus, & Authore vulgatæ *Heliopolis*, interpretatur. Quare aut ea urbs habuit plura nomina, ut mox apparebit, aut plures erant urbes ejufdem nominis: atque ita rem fe habere Ptolemæus Author eft; ita enim fcribit in *Tab. IV Africa Cap. 5. Heliopolites nomus & metropolis Onii, & in finibus Arabia & Aphroditæ Civitate, Babylon Heliopolis, Heroum civitas*. Sed an plures, vel una tantum fuerit in Ægypto *Heliopolis* amplius non difquiro. Pro certo pono *ON* five *Aven* fuiffe *Heliopolin*, in Arabicolatre Nili fitam; quam fufe defcribant & celebrant Herodotus, Strabo & alii. Sacræ literæ fub pluribus indigant



gitant nominibus duo audivimus; tertium est  
 בית שמש *Beth-saemesb* quod etiam *Domum*  
*Solis* significat *Jer. Cap. XLIII. com. 13.*  
 Quartum est עיר החרס *Isa. XIX com. 18*  
 quæ vox est ejusdem significationis cum pri-  
 ori; verba sunt עיר החרס יאמר לאחת *Civi-*  
*tas hares vel destructionis dicitur uni interprete*  
*Pagnino; Civitas destructionis dicitur unaqua-*  
*que, Interprete Junio, One shall be called the*  
*City of destruction ut vertunt Angli, Sed ju-*  
*xta omnes has versiones Sensus mihi videtur*  
*difficillimus, quod animadvertisse videntur*  
*Anglicani interpretes; proinde ponunt in mar-*  
*gine Heres, or of the Sun. Et revera si in vo-*  
*ce החרס heres pro בית legas בית nulla erit dif-*  
*ficultas, nam hæc vox plane Solem significat*  
*Jud. Cap. VIII, com. 13. atque sic sensus*  
*erit facillimus. Et revera cum בית non cum בית*  
*legit hieronimus: nam ita reddit civitas solis vo-*  
*cabitur una, eadem verba habent vulgata Biblia*  
 τὸν *LXX. versio ut nos eam habemus, habet*  
 Πολις ἀσέδεν quæ nescio an ullum fundat  
 sensum; certe ab hebraica quomocunque le-  
 gatur toto cælo distat. Exemplar quo usi sunt  
 Complutenses, habuit ἀχέρης quod probat eos  
 qui illud exemplar adornarunt, si consulerint  
 Hebræum textum, legisse חרס: & si non, re-  
 perisse in aliqua antiqua exemplari χέρης non  
 ἑρής. Symmachus antiquissimus interpres ha-  
 bet πολὺς ἡλίου. Eodem quoque modo exponen-  
 dam putant docti Viri phrasin illam *Jer.*  
*Cap. XLVIII. com, 41 quam Anglicani non*  
 explicant

explicant; *mine heart shall mourn*, scribunt, *for the men of Kirheres*: jam קִרְהֵרִים eadem est cum illa *Isaia*, nisi quod pro קִרְהֵרִים & קִרְהֵרִים hic legantur: sed literæ unius organi facile inter se commutantur. Ut quæ diximus clariora fiant, observandum a pluribus gentibus, præcipue orientalibus, divinis honoribus cultum fuisse Solem; & proinde præcipuas Urbes ei dicatas, atque ab eo nominatas. Quare minus dubitandum per Kirheres Heliopolin Moabiticam, sive solis Urbem intelligendum esse: notandum porro Heliopolin Ægyptiacam fuisse urbem clarissimam, & superbissimam, atque turpissimæ idololatriæ deditissimam, atque ipsius sedem: nam non solum magnificentissimum templum soli dicatum habuerunt; sed Mneuin bovem pro deo coluerunt. Loquatur Strabo Lib. XVII pag. 805 ἡ ἑλισπολίτις ὁ ἡλιοπολίτης νομός, Ἐνταῦθα δὲ ἐστὶν ἡ τῆς ἡλίου πόλις, ἐπὶ χῶματός ἀξιολόγως κειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τῆς ἡλίου καὶ τοῦ βοῦς τοῦ Μνεῦν ἐν ἑκῇ τινὶ τρεφόμενον ὃς παρ' αὐτοῖς νενομισαὶ Θεός, *Supra eam est Heliopolitana, ubi Solis Urbs est Aggeri magno imposita, Solis Templum habet, & Mneuin Bovem, qui in Septo quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro Deo habetur*, Et Herodotus Lib. II. Cap. 59. τέταρτα δὲ ἡλίου πόλιν τῷ ἡλίῳ *Ægyptii celebrant, conventum publicum ad Heliopolin, in honorem Solis*. His præstratis clarus emergit sensus *Isaia* verborum in hunc modum; quinque *i. e.* multæ Urbes Ægypti

gypti, loquentur sermone Cananaeo: hoc est laetissimum Evangelii clangorem audient & sequentur: juratae, five jurantes hoc est sese totas consecrantes **JEHOVAE** exercituum. Et Heliopolis quamvis prae multis aliis Aegypti Urbibus sit sceleribus cooperta, & turpissimo idololatriae genere putrefacta, vocabitur tamen, id est erit una harum Aegyptiacarum Urbium, quae se Deo vero vovebunt. Continent igitur verba amplissimam promissionem, gratiae Dei effundendae in Aegypti loca vel scelestissima, quod divinae misericordiae illustrissimum est documentum, quae promissio impleta est praevallente Evangelio. Equidem gens ea nunc *luc. Ma-bumetica* infecta est, conservavit tamen Deus inibi multos Christianos, ut sanctum semen, unde olim ut speramus florentissima ecclesia nascitura est. Jam vidimus varia habuisse nomina Heliopolin, quaeri potest quoniam eorum inter ipsos Aegyptios vulgo nota sit: Respondebo quod mihi verum apparet, nam fateor dubium solutu haud facile: ea civitas in initio **ἸΝ** *On* dicebatur quae vox aliquid magnificum, vel boni ominis significabat: ut mox audivimus. Nam dum **ἸΝ** ab *Ezek.* Cap XXX. com. 17. agnominatur, allusio est paronomastica ob vocum similitudinem: postea Aegypto in idololatriam prolapsa, urbs dedicata erat soli: & proinde vocabatur *Kirheres* atque ingens Templum in ea eidem planetae consecratum est: quod  
Templum

Templum dictum est בֵּית שֶׁם שֶׁן *Bethsheb* domus Solis, quod nomen tandem ad Urbem ipsam translatum est: procedente autem tempore, multi Græci venerunt in Ægyptum invitante Psammeticho ut ait Herodotus lib. II. Cap. 152. qui pater erat Pharaonis nechonis: hi cum eum in expellendis aemulis adjuvissent: eorum linguae suavitate capti Ægyptii, nam Ægyptiorum lingua (sicut aliae orientales admodum aspera erat) eam addiscere cæperunt, atque suis urbibus indere Graeca nomina, ut patet ex Herodoto; nam in eo Heliopolis, Pelusium, aliaque Graeca urbium nomina habentur: quae forsitan inter ipsos Ægyptios usurpata audivit, sic mutata sunt nomina retenta significatione priore. Nam idem significat Heliopolis quod Kirheres, idem Pelusium quod Sin.

§. VI, Et hætenus de *ON* five *Aven*, secundus ex eis Locis qui visendi erant est *Gosben*; occurrit primum *Gen. XLV. com. 10* ut *habites*, inquit *Josephus in terra Goschenis*; vocem hanc quod spectat גֹּשְׁכֵן *Geshem* non גֹּשְׁבֵן *Gosben*; legerunt Septuaginta κατωκήσεις scribunt ἐν γῇ Γεσημ atque derivari videtur vox a גֹּשְׁ *Pluvia*, Hieronymus in *Traditionibus Hebraicis in Gen.* de hac voce sic loquitur. *Si. ut in nostris codicibus est, per extremum m scribitur Gossem quod mihi nequaquam placet; Terram significat complutam* גֹּשְׁ *Gosben enim in Imbrem vertitur, Ita Patrum doctissimus* sed

sed rêvera videtur eadem esse vox, five lê-  
gatur cum □ five cum √. Porro ipse Hiero-  
nymus, de locis Hebraicis m, non n, scribit:  
*Giessem, ait Regio Aegypti, quam inhabita-  
vit Jacob cum Liberis suis. Eadem est igitur  
vox Goshem & Goshen, & aqua copiam seu  
Fertilitatem significat: Quærendum deinceps  
est in qua parte Aegypti, illa Regio Go-  
shen invenienda sit? Quæ quaestio admo-  
dum difficilis est, propter silentium externo-  
rum authorum: Nam apud nullum horum ta-  
le nomen, Aegyptiacae alicujus Regionis hac  
tenus comperi; & proinde putassem vocem  
hanc appellative in modum, & instar adjecti-  
vi a Patriarcha Josepho intelligi; ac si dice-  
ret ut habites in terra irrigua: nî Genes.  
Cap. XLII. com, 28. & XLVII. com. 27.  
aliisque Scripturae locis, certam & particu-  
larem quampiam Regionem, dubio procul  
designasset. Sed Regionem ut dictum est inve-  
nire labor haud levis est, insuperabilis tamen  
non est, 70 illi senes qui in Aegypto Scrip-  
turas transfulerunt, atque nonnunquam unam  
aut alteram vocem elucidationis gratia addi-  
dere, ponunt in eis Aegypti locis quæ Arabiae  
proxima sunt. Κατοικήσεις αὐτῶν, ἐν γῇ Γεσέμ  
'Αραβίας & com. 28. Cap 46 Genesios sic ha-  
bent τὸν δὲ Ἰσὼφ ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ  
πρὸς Ἰωσήφ συναντῆσαι αὐτῷ καὶ Ἡρώ-  
ων πόλιν, εἰς γῆν 'Ραμεσσῇ & com. 34. habent  
rursus Γεσέμ 'Αραβίας Ex his apparet vene-  
randos hos interpretes, atque Aegypti loco-  
rum*

rum probe gnaros; Gofchenis nomine ea loca intellexisse quae Palaestinae, & Arabiae proxima sunt. Atque hunc locum ita *παλαιά φράσις* reddidisse, eo fine ut omnibus Gentibus innotesceret, ille locus Aegypti ubi *Δεῖλαος περιεσσιος* peregrinatus fuisset: nam constat ex Strabone *Lib. XVII. pag. 836.* aliisque Authoribus Heroum urbem fuisse prope sinum Elaniticum rubri maris: qui locus erat in ipso Arabiae confinio. Idem quoque ex Josepho contra App. *Lib. I.* colligere haud arduum est. Nam Manethonis regii pastores sive captivi pastores, qui non alii sunt quam Israelitae larvati: condidisse dicuntur munitam Civitatem in praefectura Saite: quae Authore Plinio *Lib. V. Cap. 9, inter Aegypti loca Arabiae proxima numeratur, Josephus Lib. II. Cap. 4. Antiq.* scribit Pharaonem concessisse Jacobo cum Filiis habitare in *Heliopole*; *Ἐνεχώρησεν αὐτῷ Ἰὼν μετὰ τῶν τέκνων ἐν Ἡλιεπόλει*. Sed Heliopolis & Sais teste quoque Plinio, non erant longe ab invicem remotae, & ambae ad Arabicas Aegypti partes pertinebant. In hac terra Goshen erat Rammesses, cujus meminit Moses *Genes: Cap. XII. com. 37.* Sed nec eam urbem quantum memini, memorant scriptores exotici. *Exod. Cap. I. com. 11.* duas habemus urbes Aegyptiacas, totidem Aegyptiacae crudelitatis testes *Pithom, & Raamses: Pithomum, πατὲρμον Patumon* est Herodoto *Lib. II. 158.* Arabiae

Arabiae adscribitur minore errore cum urbs fuerit limitanea: Ptolemaeus quoque meminit Nili ostii ejusdem nominis, altera ex eis Urbibus Raamses ab exoticis tacetur, quantum noverim. Hae Urbes vocantur 'TY מִסְכֶּנוֹת at quid *Miskenoth* significat, ambigitur nam 'LXX πόλεις ὀχυράς interpretantur, καὶ ὠκοδομησαν (aiunt) πόλεις ὀχυράς τῷ Φαραῶ, τὴν τε Πειθῶ Codex Alex. Πιθωμ 'Ραμεσσῇ καὶ ὧν ἡ 'Εἰς Ἡλιόπολιν, *Urbes tabernaculorum vulgata versio: urbeis Armamentorum Junius, Anglicani Treasure Cities; Josephus Lib. II. Cap. 5. ad hunc locum respiciens, dicit Israelitas jussos fuisse τείχη τε οἰκοδομησάι τῶν πόλεων nam ἔ Flumen in multas fossas diducere sunt jussi ἔ mania exaedificare. ἔ aggeres extruere. Par est igitur credere genuinum hujus loci sensum hunc esse, sc. quod jussi sunt Israelitæ magnum laborem subire: dum Ægyptiis duas ingentes munitiones limitaneas ædificarent.*

§. VII. Sed insignior ambabus est 'Y' צֶזַע an, atque sæpenumero in Scripturis memorata & primum Num. XIII. com. 22 'Y' venit a radice 'Y' translatus siue disruptus fuit; LXX τὰνν rediderunt; quæ vox est ex Heb-Literis 'Y & 'N permutatis eliso 'Y celeberrima est illa Urbs, inter tum sacros tum profanos Scriptores; estque inter antiquissimas condita: nimirum septenio, Numer, Cap, XIII com 22 post Hebronem, civitatem Gigantum Palestinorum, atque unum ex ostiis  
Nili

Nili, a se nominatum habuit; & etiam præfecturam sive Nomum quendam Ægypti: Regia porro erat Civitas, ubi plures ex Regibus Ægypti habitaverunt: & videtur ea fuisse illius Pharaonis Regia, in quem Deus decem illas horrendas plagas effudit ex 12 Com. *Psal LXXVIII.* fecerat miracula in terra Ægypti, *Agro Tanitico* Interprete *Junio* *ὁ ἀγὼς τανέως* juxta LXX, *The Field of Zoan* ut *Anglicani*, in *Campo Taneos* *Vulgata*. Per Campum quidem Taneos, tota forsitan Ægyptus intelligitur: nam per integram illam Regionem miracula illa viscebantur. Probat tamen Locus Tanim, inter Ægypti Urbes fuisse maxime conspicuam. Similis Locus est apud *Isaiam* Cap. XIX Com. 11. *Principes Tyobanis sive Taneos sunt Stulti*: ubi sub nomine Principum Taneos omnes Ægypti Proceres intelliguntur. Atque ea Civitas videtur Tzognan appellata fuisse, ex eo quod Terræ motu, seu Alluvione fuerit exhausta & absorpta: & postea translata in alteram Fluvii Ripam, Securitatis gratia.

§. VIII. *Isaia* Cap XI. Com. 11. memoratur *Pathros*, ubi tamen videtur distinguui ab Ægypto; at *Jerem.* CAP. XLIV. Com. 1. & *Ezek.* Cap. XXX. Com. 14. Ægypti locis adnumeratur. Hæc ut concilientur, sciendum Thebaidis Regionem, nomine *Pathros* a Prophetis insigniri: Nam

B.

inter



ter Thebaidis Nomos *Phanturites* ( *Faturites* rectius ) reperitur apud Plinium Lib. V. Cap. 9. Thebais autem sita est extra Del-  
tam, quæ Delta subinde Ægyptus appella-  
tur: nam Vox Ægyptus, aliquando latius,  
aliquando strictius, accipitur.

§ IX In ejusdem Prophetiæ Cap. XIX  
Com. 13 occurrit נֹפֶח *Noph* Quæ vox *Psal*  
XLVIII Com 3 & alibi reperitur & habe-  
tur pro radicali, & *Clima*, *Tractum*, *Regi-*  
*onem*, *Provinciam* denotat, LXX. Hieronimus  
in locum, Vulgata versio; & omnes Antiqui  
quoad sciam, per *Noph*, *Memphin* intelligunt;  
quæ erat ingens Civitas, in nobilissimo tractu  
sive Provincia Ægypti condita. Et proin-  
de Nomine ( נֹפֶח *Noph* ) sive *Provincia* κατ'  
ἐξοχήν nuncupata est. Eadem Urbs *Hosea* Cap.  
IX. Com. 6 מֹפֶח *Moph* appellatur, mutato  
J nun in D mem nam omnes hi Interpretes  
*Memphin* in illo *Hosea* loco interpretantur.  
Pareus, aliique putant *Moph* dictam a מֶפֶח  
Monte ei vicino, sed aliter se Res habet. He-  
rodotus quidem Lib. II. Cap. 28. ait duos  
Montes מֶפֶח & קֶפֶח, esse inter Thebas  
& Syenen; sed hos Montes longe distare  
*Memphi* nescit nemo. Vocem igitur (*Moph*)  
Hebraicam esse certum est, quanquam non  
adeo certum quid significet, quum quantum  
noverim cum appellative sumatur; in S.  
Scripturis sit ἀπὸ τοῦ λεγομένου: ex (*Moph*)  
Græci facile fecerunt *Memphim*, ut ipso-  
rum

rum delicatioribus Auribus suavius sonaret. Ut origo vocis satis est obscura, nihilo notior est Origo ipsius Urbis; nam Herodotus in *Euterpe* Cap. 99. conditam Scribit a Mene primo Ægypti Rege. Diodorus autem Lib. I. dicit *conditam fuisse a quodam Rege, UCHOREO, qui floruit longe post Menem;* sed quando floruerit, prorsus incertum est. Alii ab Osiride, alii ut Hyginus Fab. 149. ab *Epapbo conditam perhibent:* sed de his nihil certi constat: constat interim Memphin fuisse aliquando Urbem regiam, Opibus inclytam; & cultu Apidis infamem.

§. X. Sed pergimus ad (תַּפְנִי) *Cbanes* Isa. XXX. Com. 4. LXX, Τάφνι (תַּפְנִי) *Tachpanches, Jer. Cap. XLIV. Com. 1. & alibi, ἐν τοῖς LXX. Ταφνάς. Hieronymus in XXX. Cap. Ezek. habet Taphnis; Vulgata idem habet, atque in ea verba quæ habentur Com. 18. In Taphnis tenebrescet Dies, sic Περὰ Θράζῃ Hieronymus 'Taphnæ interpretantur cedentes Ori: subauditur Diaboli. Quam vocem Hebraicam præ Oculis habuerit Stridonensis ita commentans, divinare haud facile est: certum est autem mihi Hebraicæ esse Originis. Certum est porro derivari a Radice quapiam quæ Pulchritudinem, aut Voluptatem denotat; nam easdem Literas Consonas excepto 'Jod habet, ut scribitur Jer. Cap. II. Com. 16. quas Tahpenes, Nomen Ægypti Reginæ I. Reg. Cap. XI. Com. 20.*

Et Parentes non solent dare Liberis Nomina, nisi ea quæ sunt boni Ominis. Ea autem Civitas Ægypti fuit haud procul a Pelusio, ad ipsum Regni Limitem; & (Π *Tbau*) mutato in Δ *Delta*, Daphnæ dicebatur a Græcis. Nam ita Herodotus *Euterpe* Cap. 30. Ε'ὼι ψαμμητιχῆ βασιλέως φυλακῇ κατεστῆσαν ἐν τε Ε'λεφαντινῇ ὡς εἰ πρὸς Αἰθιοπῶν, ἢ ἐν Δάφνησι τῇσι Πηλεσι-  
*ησι. Sub Rege Psammeticho fuerant in Præsidiiis collocati alii in Urbe Elephantina adversus Æthiopas, & ad Daphnas Pelusias. Haud dubie erat & Locus magnæ amenitatis & voluptatis; hujusmodi erant omnes Urbes & villæ quæ Daphnæ vocabantur; & præ aliis illud famosissimum Suburbium Orientale Antiochiæ, cujus cum meminisset Stephanus, atque Lycii Castellum ita nominati, sic pergit Ἔστι ἢ ἄλλη ὠλησιὸν Πηλεσιῶν, ὅτι πλεονάζει τῶν ἐκεί πολλῶν φυομένων δαφνῶν. Invenitur etiam alia prope Pelusium, quæ ex Laurorum ibi crescentium Κοψία nomen invenit. Laurorum autem nobilitatem & præstantiam describit Plinius Lib. XVI. Cap. 30. Nat. Histor. atque sunt ejusdem Naturæ & Genii cum Cedris. Daphnen seu Taphnen perdoctus Lloyd confundit cum Tani in Stephano suo. Tanis, ait, Tanitis Præfectura Plinio, Taphnis Ezechieli, at longe aliter est. Tanis enim & plurimum distat a Daphne, ad aliud Nili Ostium; sibi Cognomine: & Nomina harum Urbium in Hebræo nihil habent commune.* CAP.

## CAPUT. II.

*Alia Loca Ægypti, quæ & in Sacris & Exoticis Literis comparent.*

**I**N eodem XLIV. Cap. & Com. 1. *Jerem.* (legitur,) מִגְדוֹל *Migdol*; Nomen est alterius Civitatis Ægypti, atque Hebraicæ Originis; venit enim a Voce מִגְדָּל & appellative sumpta, *Turrem* vel *Munitionem* significat: Sed hic est Nomen proprium, ut & *Exodi* Cap. XIV. Com. 2. ubi dicuntur Israelitæ ad eam pervenisse in Egressu suo ex Ægypto; & sita erit in ipso pene Regni Ingressu. Meminit ejus Stephanus Byzantinus. Μαγδωλὸς inquit πόλις Αἰγύπτου, Ἐκταῖος περιηγήσει, τὸ ἑθνικὸν Μαγδολιτης, διὰ τοῦ Αἰγυπτίου τυποῦ. *Magdulus, Urbs Ægypti, Auctore Hecatæo in Periegesi, Gentile Magdolita, propter Ægyptiam Formam.* Meminit Magdoli Herodotus *Euterpe* Cap. 159. ubi *Necæus*, seu *Necho*, magno conflictu Syros; hoc est *Judæos* profligavit: Sed an istud Magdol, sit nostrum Migdol, inter doctos quæritur. Eruditus Perizonius hæsitat, *Ægypt. Origin.* Cap. 23. ubi Magdolum illum locandum sit in Ægypto nimirum, quod asserere vix audet; an in Finibus *Judææ* prope Ægyptum; in quam Senten-

tiam pronior est. Sed nullum Oppidum ejus similiſve Nominis in iis Judææ Partibus reperitur. Quare reſtat ut Megiddo, ſub Magdoli Herodotæi Nomine lateat; & fatetur Vir Doctus in tali mutatione Literarum nihil eſſe inſolens. Cenſemus igitur intelligendum eſſe Megiddunta, quæ *Joſhua* Cap. XVII. Com. 11. Tribui Manaſſæ data eſt. Aſt illa Regio & Urbs (excipit vir doctiſſimus) ſita fuit non in Regno Judaico, ſed Iſraelitico, ſupra non Judæam modo, ſed & Samariam ac Ephraim ad Fluvium Kiſon. Non potuit ergo iſtic occuſſe Joſias Nechaoni ex Ægypto in Syriam tendenti. nec enim illud occurrere eſt, ſed potius jam prætergreſſum perſequi & aſſequi. Et tamen diſerte dicitur in Libris Regum & Chronic. d.l. iſſe, exiſſe, לקרא in Occuſum ejus, ut qui, voluerit eum Tranſitu per ſuum Regnum prohibere, ut diſerte ait Joſephus X. 6. Hæc Vir doctiſſimus. Sed Reſponſio ut opinamur facilis eſt; Certum eſt ex poſteriori Reg. Cap. XXIII. Comat. 15. ———. 19. & Paralipom. poſter. Cap XXXIII. Comat. 6. & 7. Joſiam in omnes Terras quæ Iſraelitis a Deo datæ fuerant, Jus habuiſſe, (abſolutum, an feudatarium non determinamus) Regno igitur Joſiæ Jure accenſeri poterant. Verbum לקרא quod ſpectat cum נ ſcriptum ſignificat *vocare, provocare*, & Joſias ſectus eſt Nechonem; eumque ad Pugnam provocavit

vocavit: Ægyptius namque studiosissime declinans Judæum, Copias duxit juxta Mare, Septentrionem versus; vel Vi, vel Præmiis, Philistæorum & Phænicum Urbibus, in Amicitiam suam pertractis. Tandem deflexit Cæciam versus, ut citius ad Euphratem perveniret. At Josias, qui se non satis paratum forsan putavit, cum Ægyptius Palæstinam ingrederetur; tandem collectis Copiis, ut ratus est satis firmis, cum secutus est: sperans ut credi par est, Babylonium affore in Palæstina, in Tempore satis opportuno: ut conjunctis Copiis Ægyptium oppugnarent. At concedamus το ἰϣῳ *kara* cum ἰ scriptum non significare *provocat*, sed *occurrit*, nil plane damni patitur Sententia nostra. Nam quamvis Josias egrediens Hierosolymis, secutus sit Nechonem, in Itinere tamen ad Euphratem ei occurrit, sibi sese objecit, eumque ibi ad pugnandum provocavit: Nam Princeps Sanctissimus, malluit Vitæ discrimen adire, quam Assyrio Regi Confæderato suo, ( *Chinladano* ut *Marshamo* placet ) datam Fidem fallere. Sed non opus est hac Concessione; nam si magno Buxtorio credimus, sæpe pro ἡ *He*, habet א *Aleph*. Eruditus Schindlerus, dicit quod אἰϣ, idem sit quod ἰϣῳ.

¶ II. Josephum autem quod spectat, haudquaquam opitulatur Viro doctissimo; en verba γενομένης δὲ αὐτῆς κατὰ Μενδην ( *Recle mon-*

net

net Vir magnus Μεγδην non Μενδην scrip-  
 fisse Josephum ) πολιν ἥν δὲ ἀετῇ τῆς Ἰω-  
 σιᾶς Βασίλειος μετὰ δυνάμειν εἰργεν ἀετὸν διὰ  
 τῆς ἰδίας ποίεισθαι χώρας τὴν ἐπὶ τῆς Μηδίας  
 ἐλασιν, *Cumque processisset usque Menden, Op-  
 pidum Ditionis Josia, opposuit se ei, vetans  
 per sui Juris Regionem Iter contra Medos fa-  
 cere.* Ubi Josephus abunde cavet summonet-  
 que Lectores, ne ex ipsius verbis Josiam in-  
 tra Judææ proprie dictæ Fines; Nechoni oc-  
 currisse inferrent. His adde Hieronymi do-  
 ctissimi Patris verba, in Cap. XII Zech. com.  
 II. הַדַּדְרִמּוֹן Hadadrimmon, pro quo LXX trans-  
 tulerunt ἑσδωνος, Urbs est juxta Hiezraelem (le-  
 ge Jezrelem) qua hoc olim vocabulo nuncupa-  
 ta est, & hodie vocatur Maximianopolis in cam-  
 po Mageddon: In quo Josias Rex justus a Pha-  
 raone Cognomento Nechad vulneratus est: su-  
 per quo Lamentationes scripsit Hieremias. Por-  
 ro dicitur Math. Cap. XV. Com. 39 Sospi-  
 tatorem venisse εἰς τὰ ὄρια Μαγδαλά, Sy-  
 rus hic habet Magedu, Vulgata Mageddan,  
 Non dubitandum igitur, quin hic Oppidum  
 in Tribu Manassæ, prope quod cecidit Josi-  
 as justus, intelligendum sit: Cum Dominus  
 noster e Mari Galilæo in ejus Fines descen-  
 derit

§ III Sed cum Locus Herodoti, qui hu-  
 ic Quæstioni ventilandæ occasionem præ-  
 buit, Lucem etiam aliis Dubiis sænera-  
 bitur: Eum hic quoque diseutiemus. Verba  
 sunt

sunt Euterpe Cap 159 Καὶ Σύροισι περὶ ὃ  
 Νεκρῶς Συμβαλῶν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε μετὰ  
 δὲ τῇ μάχῃ, Κάδουτι πόλιν τῆς Συρίας ἐ-  
 ἔσαν μεγάλην εἰλε. *Necos congressus cum Syris  
 in Magdolo, Victoria potitus est, & post Præ-  
 lium Cadyti, magna Syriæ Urbe. Omnes quoad  
 scio, sub Cadytis nomine intellexerunt Hie-  
 rosolymam: quam Necho brevi post Victo-  
 riam Magedunticam cepit, atque Regem  
 fustulit, suffecto in ejus Locum Fratrem, at-  
 que Tributo Regno imposito. Cadytis porro  
 derivatur a Ὅρ καὶ Ὅρ sanctus, vel separatus fuit,  
 unde Kadesb vel Kedesb; quæ separatam vel  
 sanctum significat: Opponit se rursus Clarif-  
 simus Perizonius Antiq AEgypt Cap 23  
 Neutiquam (inquit) verisimile est, Hie-  
 rosolymam a Gentibus finitimis & inimi-  
 cis, Nomine, quod sanctam notet, tanquam  
 proprio maxime, insignitam, quum neque  
 Judæi eam isto Nomine, tanquam proprio  
 ornasse reperiuntur; satis etiam ex eo Re-  
 jicula videtur hæc Sententia, quod nus-  
 quam alibi Hierosolyma legatur Κάδουτις  
 dicta. Sed Pace tanti Viri, non ita est,  
 Nam multoties in S. Scripturis, Hierosoly-  
 ma Ὅρ καὶ Ὅρ Civitas sancta vocitata est,  
 ut Neh. XI. com. 18. Isa. Cap. XLVIII.  
 Com. 2. Dan. Cap. IX. Com. 24. Math.  
 Cap. IV. Com. 5. & Cap. XXVII. Com. 53.  
 Rev. Cap. XXI. Com. 2. Et quamvis vide-  
 rur Ὅρ καὶ Ὅρ ut Epitheton additum τῷ Ὅρ.  
 Par est tamen credere Judæos, quum extor-  
 res*



res facti sunt, ob Amorem Templi & Civitatis tunc amissæ, neglecto τὸ ἅγιον solummodo *Kadesb sanctum vel sanctitatem* vocasse Hierosolyma, quo magis Affectus Animi & Dolorem exprimerent: vel quamvis utrumque vocabulum efferrent, Ægyptios tamen altera Vocem neglecta; per Alteram Hierosolymam nuncupasse: Et Græci, qui habitabant in Ægypto, & Herodoto erant Interpretes, in Morem Græcum flectere potuerunt. Ad hæc, omnino consentaneum est Rationi, Ægyptios Malitia & Odio Vatiniano plenos, sumpsisse Vocem *Kadesb* in malam, immo pessimam Partem, ut sæpe solet in S. Scripturis I. Reg. Cap. XV. com. 12 dicitur Aza sustulisse חַקְדָּשִׁים hoc est Interprete Junio, *Pueros meritorios*, juxta Vulgatam *Effeminatos*, in nostra Versione *Sodomites*.

§. IV. Vir Eruditissimus ex Lib III. Cap. 5. Herodoti, qui Locus perobscurus est, Discursum habet, nobis Arbitris non minus obscurum; & addit, *Putem itaque fuisse Urbem, quæ Kadesb, vel plenius Kadesbbarnea, passim in S. Scripturis dicitur*. Sed hoc a vero abhorret longissime; קַדְשִׁבָּרְנֵא *Kadesbbarneang*, compositum est ex tribus Vocibus קַדְשׁ, quæ inter alia, *secedentem* vel *se se segregantem* significat: בָּרְנֵא quod denotat *Filium* נֵא quod a נָע, quæ vox *fugere* vel *exulare* denotat. *Kadesb Barneang* igitur proprie

prie significat *Secessum Filii fugientis, seu ex-  
ulsi*. Quare fatis multo Tempore mirabar,  
quis esset ille Filius, vel quam Historiam  
illa Vox occulte contineret: tandem inve-  
ni in ea comprehensam *Historiam Isbmaelis  
Exilii*. Nam dicitur *Gen. XXI Com. 21.*  
habuisse in deserto *Paran*: Sed illud de-  
sertum est prorsus idem cum *Kadesbbar-  
nea*, ut patet ex *Num. Cap. XIII. Comat.*  
*3. 26. & Cap. XXXII. Com. 8. Deut. Cap.*  
*I. Com. 19. Cap. II. Com. 14. & Cap. IX.*  
*Com. 23.* His positis, firmissimum Argumen-  
tum est in promptu, *Kadesh Barneam*, *Pa-  
ran* seu *Terram Ismaelitarum*, non intra  
*Fines Teræ sanctæ* fuisse; quod Res ipsa  
clamat. ‘*Cadesbarnea* (sunt Verba Hiero-  
nymi de *Locis Hebraicis*) in Deserto, quæ  
‘conjungitur Civitati *Petræ* in Arabia: Sed  
*Josias* nullum habuit Dominium in Arabia;  
ne vel tentavit Vir Doctissimus hoc osten-  
dere; sed videtur id præsupponere, quod  
minime debuit. Scriptura, fateor, aliquan-  
do loquitur, ac si *Kadesh Barnea* esset in  
*Terra promissa*, alias tamen aperte distin-  
guuntur: utcunque sit, Rex victor Regem  
victum, quam primum licuerit secutus est  
ad primariam ipsius Civitatem: quod omni-  
no fecit *Necho*. Ergo *Καδύτις* Nomine,  
*Hierosolyma* intelligenda est. Porro *Ka-  
dytis* (*Herodoto Lib. III. Cap. 5. Judice*) est  
*Magna Civitas Sardibus prope equalis*; sed  
certum est *Kadesh Barnea*, nihil fuisse un-  
quam

quam nisi contemptibile Oppidulum : Sed Perizonius innuit magnam fuisse Civitatem quia limitaneam ; sed sine Teste, præter nudam Assertionem. Ex Herodoti Verbis jam vindicatis, sponte fuit hoc Confectarium ; nimirum Ægyptios, Herodoto inter eos peregrinante, nulla habuisse Monumenta vel modicæ Antiquitatis : alioquin Res magnificentissimas, nuper a se gestas, longe prolixius, gloriosiusque enarrassent. Nam a Pugna Mageduntica, ad Herodoti Peregrinationem, non intercesserant 200 Anni ; cum Ægyptii magnæ partis Rerum tantarum a se gestarum, prorsus obliti sunt. Nam Pharao Necho, non solum profligavit Josiæ Copias, ipsumque occidit, sed insuper Carchemiscum aut expugnavit aut defendit : fugato potentissimo Assyriorum Rege. Porro cum reversus fuisset in Palæstinam, de Solio deturbavit Josiæ Successorem, & suffecit Fratrem in ejus Locum ; Regnumque Judææ ex libero tributarium, & servile, reddidit. Sed quota Pars harum Rerum narratur ab Ægyptiis Sacerdotibus Herodoto ? immo pene nihil ; *Pugnavit* (inquiunt) *& quandam Urbem cepit*. Ex adverso, quanta cum Cura, quanta cum Fide, Judæi Res gestas, quamvis magnopere, in suæ Gentis dedecus cedentes, perscripserint : nemo non cernit clarissime.

§. V Sed ad clarissimum Perizonium revertamur. Quod impulit Virum magnum

num in Errorem, fuit ingens obscuritas Herodoti verborum Lib III Cap: 5: ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι ἔρων τῶν Καδύτιος πολίος, ἥ ἐστὶ Συρῶν τῶν Παλαιστίνων Καλεσμένων: &c: ‘ Nam a Phænice usque ad Montes Cadytis, Urbis Syrorum, qui Palæstini vocantur: ab Urbe Cadyti, non multo minore, ut mea fert Opinio, quam Sardes, ab hac, inquam, Emporia ab Mari usque ad Urbem Jenysum Arabicæ Ditionis sunt. Ab Urbe Jenyso rursus Syriacæ, usque ad Paludem Serbonidem, juxta quam Casius Mons pertinet ad Mare. A Serbonide Palude in qua Typho fertur occultatus, ab illa plane Ægyptus est: Hoc tamen Intercapedinis quod est inter Urbem Jenysum & Montem Casium & Paludem Serbonidem, non exiguus Tractus est, sed Itineris instar trium Dierum, vehementer aridus. Contendit Perizonius Locum esse corruptum, sed frustra me Arbitro. Nam firmissime mihi persuadeo, scripsisse Herodotum prima quinque integra illius III: Libri Capita, ex falsissimis aut pessime intellectis narratiunculis. Nam tota hæc Historia, quæ innuit Cambysem fuisse primum Regem Persarum; qui invasit & subegit Ægyptum; Fidem mereri non videtur. Constat enim tum ex Sacris, tum Profanis scriptis, Nebuchadnezzarem late dominatum; & inter cætera Regna, Moabitidem, Idumæam, & reliqua Arabiæ Loca;

Loca: per quæ Iter patebat in Ægyptum, tenuisse: Persæ autem Chaldæis succedentes, putabant procul dubio Chaldæorum Imperium totum ad se jure Victoriæ pertinere. Et proinde Xenophon de *Institutione Cyri* Lib. VIII. aliique Fide digni Authores; Persas Cyro Regnante non solum ea Loca, sed etiam ipsam Ægyptum subjugem habuisse, innuunt. Non opus erat igitur ut mitteret Cambyfes oratum Arabum Regem, tutum Iter Copiis suis præbere, ut Cap: 4: perhibet Herodotus: quum & Arabiam, & Ægyptum Jure paterno possideret. Credo equidem Cambysem fecisse Expeditionem in Ægyptum, sed non ut eum primo subigerit; sed ut deficientem a Persarum Imperio reduceret. Et hæc est Ratio, ni fallor, cur tantum Crudelitatis, non solum in Amasin, sed etiam in reliquos Ægyptios exerceret. Nam hunc Amasin solummodo Præfectum, vel a Cambyse vel a Cyro constitutum; affirmare non dubito. Hæc atque alia ejusmodi, quæ habentur in hisce capitibus, quidem vel ignari vel mendaces Herodoto narrarunt. Et inter alia effutierunt Verba, jam præ Manibus: quæ sunt adeo jejuna, adeo exfensa, ut nec Pes nec Caput uni reddatur Formæ: aut ego valde fallor. Porro videtur Herodotus Cadytin nunquam Oculis vidisse: Sed Relatu habuisse quodcunque de illa habet. Certissimum est tamen eum hic æque ac in altero Loco

Loco, jam vindicato; Hierosolymam intelligere: quamquam turbidissime hic loquatur.

§. VI. Opponit se Doctissimus Relandus, *Palæstina illustrata* Pag. 669. ‘ Num ( inquit )  
 ‘ neglexisset mentionem Templi & tot stupendorum Operum, quibus illa Urbs præ  
 ‘ aliis eminuit, quum ipse Rerum quas vidit in Urbibus minus nobilibus Mentionem  
 ‘ faciat accuratam. Sed meminisse debebat Vir doctus, admodum exilia fuisse, tum ædificia, tum ornamenta Templi atque Urbis Hierosolymitanæ; eo Tempore quo Herodotus Ægyptum lustrabat: ut constat ex *Ezra* Cap. IV. & *Hag.* Cap. II. atque in satis humili Conditione jacebat & Templum, & reliqua ædificia; uique donec, quidam ex Principibus Hasmonæis, & tandem Herodes magnus, superbis Constructionibus Templum atque Urbem cohonestarunt. Et revera Gloria, de qua *Hagg.* Cap. II. non in externis ornamentis, sed in Præsentia Messiae consistebat. Propendet igitur Relandus, ad Gath sub Nomine Kadytios intelligendum: ‘ Ego ( inquit ) Urbem Gath hoc  
 ‘ Nomine dictam intelligerem quæ Καδτις  
 ‘ aut Καδυτις nuncupata fuerit, si qui sint  
 ‘ Montes ὄρη Καδυτιος liqueret. Dicitur  
 ‘ Urbem in colle edito sitam fuisse, sed hoc  
 ‘ non sufficit ut ὄρη Καδυτιος memorentur. Qædam hic quæ dicit, non sunt admodum clara. Utcunque si Cadytis in Colle sita fuerit; omnino nequit esse Gath. Quoniam  
 certum

certum est ex multis Sacrae Scripturae Locis, Gath sitam esse in Loco humili & plano: v. g. *Amos* Cap. VI. Com. 2. וְיָרֵדוּ מִן־גֹּתִי *descendite Gath.* Et Hieronymus, ad h. l. dicit *Palæstinos commoratos fuisse in Campesribus Locis.* Porro certo certius est apud me, ante Josiæ Tempora Gath destructam fuisse, & proinde nullam Munitionem habuisse; quod Vir doctus ipse pluribus probat Pag. 786. Et tandem hæc ait, ‘ Huc quoque facit quod Gath, uti Urbs quidem olim sed destructa postea recenseri videatur ab Amoso Cap. VI. Com. 1. *Descendite ad Gath Palæstinorum.* Jam qui potuit Gath capi a Neco Tempore Josiæ; quæ everfa fuerat Tempore Uzziæ, & non posthac ædificata? ut Vir doctus agnoscere omnino videtur.

§. VII. Jam ut Animi sensa libere proferam. Opinor Gath non suis Munitionibus destitutam fuisse, ante Uzziæ Tempora *Paralip.* poster. Cap. XXVI. Com. 6. Et affirmare neutiquam dubito, ex quo subventus fuerit murus Gath per Uzziam; nunquam fuisse reædificatum: Nam in nulla vel Sacra vel Profana Historia, post illud Tempus memoratur ut Urbs munita, vel ut una Pentapolews Philistinorum. Observandumque est, nequaquam nominari a Zecharia Cap. IX. Com. 4. & 5. cum omnium quatuor reliquarum sigillatim meminit. Meminit

nit quidem Hieronymus ejus ut Vici maximi, ut Vici tamen tantummodo. Quare concludo Gath non potuisse capi a Necao, & proinde nec memorari ab Herodoto. Ad-  
do, quum Vir doctus agnoscat Megiddunta esse Herodoti Magdolum, eum debere agnoscere Hierosolymam esse ejus Cadytin; quoniam ex contextu Herodoti, collato cum Sacris Literis hoc maxime congruum, & consentaneum est. Notandum tandem sub Arabiæ nomine, Palæstinam intelligi ab Herodoto: & id Relandus concedit. Nam Gath, procul dubio erat intra fines Palæstinæ; & Diodorus Lib. II. Pag. 92. Herodotum secutus; manifeste Palæstinam cum Arabia confundit.

§. VIII. Sed tandem relicto Migdolo, progrediamur juxta Instituti Rationem; ad No seu No Amon; quæ Urbs, ter nominatur in S. Literis, *Jer. Cap. XLVI. Com. 25.* נֹנֹא אֲמוֹן *Amon de No, Ezek. Cap. XXX. Comat. 14. 16. simpliciter נֹנֹא No, & Nabum. Cap. III. Com. 8. אֲמוֹן נֹנֹא No Amon.* At jam de No-Amon, duo quærentur primo quo modo hæ voces Hebraicæ scribendæ sunt? Deinde quam Ægypti Urbem No-Amon designet? Et rursus Quæstio prior in duas dispesci potest, de Voce No & Voce Amon; ad Vocem No quod spectat, in impressis Exemplaribus Hebraicis, quæ licuit perpendere scribitur נֹנֹא No, cum Puncto

C

*Ghole<sup>m</sup>*



*Cholem* supra  $\aleph$  *Aleph*. Sed olim legebatur  $\aleph$ . Ita legit Hieronymus *Nab.* Cap. III. Com. 8. eumque secutus Vatablus in *Jerem.* Cap. XLVI. Com. 25. & Gerardus Vossius de *Idololatria*, Lib. I. Cap. 32. Pag. 122: Et ante hos omnes ut mox patebit,  $\aleph$  LXX. *Ezek.* Cap. XXX. Comat. 14. 16. Porro Literam,  $\aleph$  *Vau*, pertinere ad Essentiam  $\tau$  *No* suadet ratio efficacissima: alioquin nihil significabit. Nam certum est omnia propria Nomina primitus esse appellativa, & determinatam significationem habere. Derivatur igitur a Verbo  $\aleph$  quod significat, *mansit habitavit*, & alia; & est pars componens  $\tau$  *Niniveh*: significat ergo *No Mansionem, Habitationem, Urbem*. Adstipulatur Hieronymus, qui in *Ezek.* Cap. XXX. dicit, quod *No* interpretatur *Requies*; quod idem est ac si Stridonensis diceret *Habitaculum* aut *Urbs*. Sequitur altera Vox compositiva hujus Nominis, nimirum  $\aleph$  *Ammon*, & accipit vulgus Interpretum quasi  $\aleph$  *Hammon*, *Multitudo* & aiunt,  $\aleph$  *Aleph*, &  $\aleph$  *He*, sæpe inter se permutari. His tamen non obstantibus, omnino censemus *Ammon*, non esse aliud quam *Cham* Ægyptiorum Patrem; cujus Nomen ejus posterì Ægyptii emolientes, *Ammoun* extulerunt: juxta illud Herodoti Lib. II. Cap. 42. Ἀμμών γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Hebræi dum efferrent aut scriberent Nomina Ægyptiaca, quamvis essent Hæbraicæ Originis: Non tam

tam attenderunt ad Orthographiam & Etymologias Hebraicas, quam ad eum modum & rationem, qua ipsi Ægyptii pronuntiabant; eo ipso Tempore quo Hebræi de Ægyptiis scribebant. Quare ut ad alteram Quæstionem veniamus, salvo doctiorum iudicio, *No Ammon Jovis habitationem* ieu *Diospolin* omnino putamus; secuti τοὺς LXX. venerandos Senes qui *Ezek.* Cap. XXX. Comat. 14. 16. Διοσπολιν interpretantur. Sed obijcitur, non *No-ammon* ibi, sed *No* simpliciter legi. Respondetur, constat apud vulgus Græcorum Constantinopolin sæpe Nomine πολεως vel τῆς πολεως efferi; & Romam apud Latinos simpliciter Urbem dici.

§. IX. Sed gravior objectio sequitur, nam affirmant Judæi Antiquissimi, & cum eis Hieronymus per *No-ammon*; intelligendam esse *Alexandriam*: Nam huic soli aiunt convenit Nahumi descriptio paraphrastica, Sed Pace tantorum Virorum, dicimus hanc esse absurdam, & indignam Scripturarum elusionem; quum per plura sæcula post Nahumi tempora, minime condita erat Alexandria: & nihil antea nisi pertenuē Oppidulum *Racotis* fuisset; quod constat ex Strabone, Arriano Curtio & aliis. Parum igitur consuluit Honori suo Patrum doctissimus, commodando Fidem in Rebus Historicis Judæis; qui ex quo Terra Sancta expulsi sunt, nihil nisi Fabulas & Ignorantiam

C. 2. Rerum

Rerum bonarum spirant. Descriptionem *Nahumi* quod spectat, asserimus eam non minus alii *Ægypti* Urbi quam *Alexandriæ* competere: Et etiamsi *Alexandriæ* soli convenire nobis videretur; hærendum esset in Difficultate: Cum certe constat, Tempore *Nahumi* nullam *Alexandriam*, nil nisi exile Oppidulum ibi fuisse. Excipit Hieronymus in *Ezek.* Cap. XXX. ‘ Nos autem pro No, *Alexandriam* posuimus, per Anticipationem, quæ Græce *prolepsis* appellatur, juxta illud Virgilianum: Lavinæque venit, littora: non quod eo tempore quando venit *Æneas* in Latium, Lavinia dicerentur, sed quæ postea Lavinia nuncupata sunt, ut manifestior Locus fieret Lectoris Intelligentiæ. Sed pace tanti Viri non sic se res habet, nam Virgilius dat nomen Loco quod suo Tempore obtinebat ut Lectores intelligerent sermonem ipsius; An Nahum, posito quod Urbem *Alexandriam* intelligat, sic facit aut loquitur? minime Gentium. Nam το No vel Prophetis loquentibus, denotabat aliquem Locum distinctum ab eo in quo postea *Alexandria* condita erat, & tunc fallitur Patrum optimus, vel denotabat eundem; Sed hoc Scripturæ silent, & profani Scriptores, mox citati contrarium asserunt. Porro, quis eo Tempore in Vivis intelligeret, quid Prophetæ loquerentur, vel in quam Urbem impletam Dei Iræ referrent: vel Minas detonarent

detonarent? Sed Fons Erroris monstrandus est. Ex quo Alexandria condita est mirum in modum crevit, tum quia Reges Lagidæ Sedem ibi fixerunt; tum quia Lingua Græca, quæ tum cæpit innotescere Gentibus Orientalibus Vernacula erat multis Ægyptiis, Alexandrinis præsertim. Et quantum illa crevit, tantum reliquæ Urbes Ægypti emarcuerunt, & subsiderunt Jam Judæi qui Annos haud multos ante Christum natum, Scripturas paraphrastice in Linguam Chaldaicam vertere cæperunt; capti Magnitudine & Splendore Alexandria, & comparantes illam cum descriptione *No-Ammonis Nah. Cap. III. com. 3.* oscitanter omnino & stupide inferebant Alexandriam esse Urbem a Nahumo indigitatam. Judæi autem alii, & Christiani quoque eos Paraphrastes, nullo adhibito Judicio secuti sunt. Afferimus igitur per horum trium Prophetarum No five No-ammon, Diospolin intelligendum esse.

§. X. Sed cum tres Urbes ejus Nominis extiterint, nimirum duæ in *Thebarde*, & tertia in *Delta*. Quæritur quamnam ex his Prophetæ nostri præ Oculis habuerunt? Respondemus, Prophetas intendisse Oculos in magnam illam Diospolin, Thebas nominatam: & huic totam Nahumi Descriptionem aptissime accommodari. Nam dicitur *No-ammon sita inter Rivos aquis circumdata, cui*  
*Præmunio*

*Præmunitione erat Mare.* Sic Thebæ quæ & Dioſpolis, nam utroque nomine a Strabone intelligitur illa Urbs, ſita erat ad ripas Nili, eodem Strabone teſte Lib. XVII in paluſtri Loco, ut colligi poteſt ex Ariſtotele *Meteorolog* Lib. I. Cap. 14. Et ex vi Vocis *𐤕𐤁𐤕 Tebetz*, nam deducitur ut obſervavit ingens Bochartus a *𐤕𐤁𐤕 Canum Lutum; Palus* &c. Et probat idem Bochartus *Canaan* Lib. I. Cap. 16. Pag. 463 ex Dicæarcho, Thebas Bæoticas, quæ Nomen videntur habuiſſe ab Ægyptiis, ſitas fuiſſe in Loco admodum paluſtri. Quare omnino credi par eſt Thebas Ægyptias, in paluſtri quoque Loco ſitas fuiſſe; & ex adverſa parte Paludem habuiſſe, quæ juxta Morem Scripturæ *𐤓* id eſt *Mare* vocatur. Quare fruſtra perdoctus Perizonius *Antiq. Ægypt.* Pag. 90. contendit *No-ammon eſſe Dioſpolin in Delta*: hac nixus ratione quod Strabone & Suida Authoribus; prope Paludes ſita eſt, ſed ſatis Paludum circa Thebas jam vidimus. Præterea nunquam inter inſignes Ægypti Urbes hæc Deltica Dioſpolis memoratur. Reſtat igitur, ut Ægyptiæ Thebæ ſint Prophetarum No-ammon quam ab Ægyptiis Dioſpolin, ſive Jovis Urbem vocatam, ſcribit Diodorus Lib. I. Pag. 9. *καὶς χρυτῆς* ( inquit ) *δὺο διός, τὸν μὲν μείζονα τῷ ἔρανι, τὸν δὲ ἐλαττονα τῷ ἑρακλειευκότῳ ἢ πατρὸς αὐτῶν, ὃν τινες Αὐμῶνα καλεῖσσι* ‘Fanaque inſuper duo Jovis aurea

‘ aurea, majus cælesti, minus qui regnavit  
 ‘ illic Patri suo, quem Ammonem vocant,  
 ‘ dedicasse ipsum ierunt. Porro, ut (ait He-  
 ‘ rodotus Lib. II. Cap. 15. ) olim Thebæ  
 ‘ Ægyptus vocabatur. Hac de causa ita  
 vocari autumo, quod cum tota Ægyptus pa-  
 lustris est, ut ait Plinius Lib. XVIII. Cap.  
 18. Thebæ & Loca circumjacentia max-  
 ime palustria sunt, & Munitionem suam  
 præcipuam in aquis & paludibus habent.  
 Alia quoque causa esse poterat hujus ap-  
 pellationis; nimirum Magnitudo & Potentia  
 Urbis Thebarum; ut contigit Babylonii,  
 sub cujus nomine sæpius in S. Scripturis  
 Chaldæa intelligitur. His opponuntur Var-  
 ronis verba de *Re Rustica* Lib. III. Cap.  
 1. *Nec minus Oppidi quoque nomen Thebæ in-  
 dicant antiquiorem esse Agrum, quod ab Agri  
 Genere, non a Conditore ei Nomen est impo-  
 situm. Nam Lingua prisca & in Græcia ÆE-  
 oleis Baotii sine afflatu vocant Collis Tebas.*  
 Respondeo Varronem peritum fuisse Lati-  
 næ, rudiorum tamen Græcæ, aliarumque Lin-  
 guarum; ut vel ex his ejus Verbis constat:  
 Atque ei Sciolus quispiam imposuit. Nam  
 quis præter eum dixit Tebas esse Vocem  
 Græcam? Quis dixit collem significare?  
 Nam si hoc verum esset, quæcunque Urbs  
 in Græcia super collem sita, Thebæ dici  
 posset. Sed constat Thebas, ut dictum est  
 sitas esse in humili Loco juxta Asopum &  
 Ismenum Fluvios. Quidam deducunt ab  
 Hebraica

Hebræa Voce נַחֲוֶה *Nave*, in qua Cadmus in Græciam venit; insulse, ac si nullus alius Vir insignis eo quoque Nave venisset. Si quæ sunt aliæ etymologiæ, non sunt melioris notæ. Mox sacer Vates immensas Opes & Auxilia civitatis No-ammon, patris enarrat; at hæc convenire Thebis Ægyptiis, sive Diospolei maximæ, abunde probant illa Homeri *Iliad* I. Ver. 381. &c.

Οὐδ' ὃς ἐς Ὀρχομενον ὠπτινισσέται, ἄδ' ὅσα  
Θήβας

Ἀιγυπτίας, ὅθι ὠλεῖσα δόμοις ἐν κτήματα  
κείται.

Αἱ δ' ἑκατόμυλοι εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἐ-  
καστήν

Ἄνδρες ἑξοιχνεῦσι σὺν ἰώποισι καὶ ὁ χερσφιν.

*Nec quot Orchomenon advehuntur nec quot Thebas  
Ægyptias, ubi multa in Domibus Opes re-  
condita jacent*

*Quæ centum Portarum sunt, ducenti autem  
per unamquamque*

*Viri egrediuntur cum Equis & Curribus;*

Mela Lib. I. cap. 9. quasi in hæc Ho-  
meri Verba paraphrazων ita scribit *Theba-  
utique ( ut Homero dictum est ) centum Por-  
tas sive ( ut alii aiunt ) centum Aulas habent  
totidem olim Principum Domos: solitasque sin-  
gulas, ubi Negotium exegerat, decem Armato-  
rum millia effundere. Ubi ingens cubat  
Menda*

Menda, multiplicat enim ducenos in dena millia: Sed hoc Sphalma a pluribus hætenus observatum fuit. Interim abunde declarat quam magnifica, quamque Dives & potens Urbs Ægyptiæ Thebæ fuerunt. Quibus adde ista Solini Cap. 35. *Inter Ægyptias Urbes numero Portarum Thebæ nobiles, ad quas Commercia Arabes undique Gentium subvehunt.* Confer hæc cum Nahumi Verbis *Cush* sive *Arabia* Robori erat, & Thebas ab eo designatas clare perspicies.

§. XI. Superest jam quærendum, quam Cladem vel a quo inflictam *Nachumus* memoret? Clarissimus Bochartus scribit *Phaleg*. Lib. IV. Cap. 27. *Primæ Vastationis Author fuit Nabuchadnosor, cujus graphicam Descriptionem (pergit Vir summus) Ninivitis exhibet Nabum.* Sed qui potuit Nebuchadnetzar esse primus Urbis ejus Vastator, quum summo omnium consensu, Nahumus prophetavit vel Tempore *Ezekiæ* vel *Manassæ*; omnino ante natum *Nebuchadnetzarem*? Et profecto de Tempore & Authore Cladis a Nahumo memoratæ: Conjecturas duntaxat & Suspiciones habemus. Constat tamen ante *Nebuchadnezaris* Tempora, quamdiu autem nescimus, hanc cladem contigisse. *Vastata videtur* (inquit Eruditissimus *Perrizonius* *Ægypt. Antiq.* Pag. 90) ' ab *Sabæ* cone *Æthiope*, qui vixit & floruit paulo ante *Nahumi* Prophetiam, ac *Ægyptum* inferiorem



inferiorem occupavit, ejusque tunc Regem  
 ‘prorsus celebrem Bocchorim, vivum ce-  
 ‘pit & concrenavit. Hæc vera esse posse non  
 inficiamur si demamus ejus Hypothesin; ni-  
 mirum quod No-ammon, sit Diospolis in  
 Delta: quam falsam esse jam evicimus. Sed  
 ut redeamus ad Bochartum, certum est *Je-  
 remiam* & *Ezekielem*, qui prophetarunt post  
*Nabumum*, vaticinatos fuisse de No-ammo-  
 nis excidio per Nebuchadnetzarem ut re-  
 futura: ergo non potuit is esse primus No-  
 ammonis Vastator *Triplici deinceps Clade* (*per-  
 git Vir Polymathestatos*) *tandem obtrita est* &  
*Solo prorsus afflicta. Primam intulere Pani Se-  
 cundam Cambyfes Cyri Filius. Tertiam sub*  
*Augusto, Cornelius Gallus.* Citatque verba  
 Amniani Marcellini Lib. XVII. scilicet  
*Hanc inter Exordia pendentis se late Car-  
 thaginis, improvise Excursu Duces oppressere*  
*Panorum:* Atque equidem olim credidi hanc  
 historiam esse veram, nunc autem omnino  
 aliter sentio. Nam *imo* nunquam leguntur  
 Carthagenenses emerfisse, vel suum Impe-  
 rium extendisse; donec post everfam Persi-  
 cam Monarchiam. Deinde non videntur  
 potuisse penetrare in Ægyptum, nisi sub-  
 actis Cyrenensibus; quod tamen nunquam  
 egisse perhibentur. Dilatarunt quidem Im-  
 perium, in occiduas & australes partes A-  
 fricæ; & transmearunt in Hispaniam; &  
 tandem tentarunt Italiam: Sed eos invasisse  
 orientales Africæ Partes, nemo scribit.

3tio In Dominio Ægypti, Chaldæis succedere Persæ; Sed utervis Populus potentior erat, quam ut Pænorum Duces, qui tunc Temporis nullius nominis erant, eam invadere temere auderent. Censuerim igitur deceptum fuisse Marcellinum, a Juba vel quopiam alio Historiographo Africano, qui nequâquam adeo exacti erant, atque Græci & Latini.

§. XII. Alius Ægypti Locus est פִּי בֶּסֶת *Pi-beseth*, & habetur *Ezek. Cap. XXX. Com, 17.* In qua Voce censemus □ *Samech* foni Loco טז *Schin*, Nam ut observat doctissimus Schindlerus, hæ Literæ inter se commutantur: & proinde Nomen hoc *Pi-beseth*, derivari non a פִּי, sed a פִּישׁ quod *erubescere*, *pudescere*, & alia id Genus significat: & פה id est Os: & ni fallat memoria favet Hieronymus, qui in quodam Loco *Pi-beseth* *Impudentiam oris* interpretatur. Dicit quidem in *Ezek. Cap. XXX.* quod sit oris Experimentum: sed ibid. Oris *Factantiam* exponit. Non igitur invito Hieronymo, ex duobus jam dictis vocabulis conficitur. Confirmatur ex eo quod פִּי בֶּשֶׁת extra Compositionem sæpius in sacris Literis inveniatur, פִּי בֶּשֶׁת autem, nisi fallat Scrutinium nunquam. Et Ægyptiace vel Græce potius *Bubastis*, effertur levi Deflectione, ab Hebræa; apud Ægyptios autem varia denotabat.

6. XIII. Primo magnam Urbem ad Nilum sitam inter Deltam, ut ait Strabo Lib. XVII. Non procul a Pelusio ut Plinius Lib. V. Cap. 19. & nefanda Luxuria, & Ebrietate immergebatur; ut constat ex Herodoto Lib. II. Cap. 59. & 60. & cultrix Dianæ, quæ ibi memorabile Templum habuit Cap. 137.

2da. Significabat ipsam Dianam ἡ δὲ Βούβαστις, (inquit Herodotus Cap. 138. κατ' Ἑλλάδα γλώσσαι ἐστὶ Ἀρτεμις. *Bubastis autem in Sermone Græco est Artemis, Diana.* At Dianam & Lunam esse eandem testatur Cicero de *Natura Deorum* Lib. II. *Diana* (inquit) dicta, quia Noctu quasi Diem efficeret. Testatur & Virgilius, nam ita Lunam alloquitur Nisus *Æneid* IX. Lin. 404. 405.

*Tu Dea, tu prasens nostro succurre Labori,  
Astrorum Decus, & Nemorum Latonia Custos.*

Jam notum est Lunam ante Procellas, vel post Eclipseis rubicundam apparere; quod nonnunquam Lamiis imputarunt: hinc illud Horatii *Satyr.* Lib. I. *Satyra* 8.

————— atque videres

*Infernas errare Canes; Lunamque rubentem.*

Ab illo Lunæ sive Dianæ Rubore, fingebant eam esse castam & verecundam Virginem. Proinde nuncupabant Dianam & Urbem ei dicatam *Phibeseth*, ut quasi Fæminam verecundi Oris. Nam *Besbeth*, ut in aliis Linguis, voces ejusdem significa-

tionis, in bonam Partem æque ac Malam sumitur. Vocata est, ut audivimus *Astrorum Decus*, & similiter ab Idololatriis Hebræis aliisque Orientalibus Regina Cælorum. Hinc dicuntur facere Placentas תבלין דבש *Regina Calorum*: Serviebant igitur propriæ cupiditati Apostatæ Judæi, quum *Jeremia* Cap. XLIV. adeo proni erant ad petendam præ Aliis Regionibus Ægyptum. Quia Bubastis Civitas, haud procul a Judææ Terminis sita erat; atque Judæi, æque ac Ægyptii insaniebant in idem genus Idololatriæ.

3tio. Denotabat Bubastus Felem. Αἰγύπτιοι (inquit Stephanus de Urbibus) Βεβάστον, τὸν αἰλαλέον φασι. Cujus Rei hæc fabulosa redditur Ratio apud Antonium Liberalem *Fab.* 28. Typhone Imperium Jovis affectante, omnes Dii habitu in Bestias mutato in Ægyptum Fugam paravere: Αἰώλων μὲν ἐγένετο ἰεῖαξ, Εὔμης δὲ ἰβίς, Ἀρης δὲ λεωνιδωτός ιχθύς, Ἀρτεμις δὲ αἰλῆρος. Appollo in Accipitrem, Mercurius in Ibin Mars in squamosum Piscem, Diana in *Ælurum*. Similia habet Plutarchus de *Iside* & *Osride*. Imaginati sunt igitur Gentiles, Deastros suos irrepsisse Bestiis ejus naturæ; quam ipsius suis Numinibus affingebant. Sol v. g. habebatur celerrimus, igitur factus est ἰεῖαξ sive Falco, Luna seu Diana facta est Felis, quoniam illud Animal plerumque sicut Luna, noctu vagatur, & Prædam venatur.

natur. Vide plura hac de re apud Plutarchum l. c. Solum hic notandum, nonnullos distinguere Lunam a Bubasto five Diana: quod facit Ovidius Lib. IX. *Metam.* Fab. 12. vulgo tamen confunduntur.

§. XIV. Alius Locus est Syene, cujus plures e Prophetis meminerunt: v. g. memoratur *Ezek.* Cap. XXIX. Com. 10. מִגְדֹּל סֵנָה וְעַד נְבִיל כּוֹשׁ, ad Verbum a *Migdol* five *Turre Syena*, & ad *Terminum Cush Æthiopiam seu Arabiam*; ubi Litera *Vau* significat usque, & per *Cush* Arabia intelligitur. Nam Syene locus est in extremitate Australi Ægypti, Æthiopiæ proximus. Ejus quoque meminerunt exotici, ut *Solinus* Cap. 35. ‘Ditionis Ægyptiæ (inquit) esse incipit a Syene, in qua Fines Æthiopum, & inde usquedum Mari intimatur, Nili Nomen tenet. Et *Plinius* Lib. V. Cap. 9. ‘Ditionis Aegypti esse incipit a fine Aethiopiæ Syene: Memoratur quoque ab *Herodoto*, *Strabone*, *Mela*; & aliis.

§. XV. Superest alius Aegypti locus oblivionis culpa neglectus, nempe יְבֵט *Sin*; quod *Hieronymus* in *Ezek.* Cap. XXX. interpretatur *Pelusum*. Jam יְבֵט est idem apud Hebræos, quod σηλὸς apud Græcos; & significat *Lutum* scilicet aut *Canum*. Et constat *Pelusium* in Loco admodum palustri &

& lutoſo ſitam fuiſſe, & proinde ex Natura Loci *Sin* fuiſſe appellatam. Jam ut antea notatum eſt, cum multi Græci invitati eſſent a Pſammeticho ad habitandum in Aegypto; & multis Privilegiis ab eo donati, Urbibus & aliis Locis indi cæperunt Græca Nomina; retenta tamen eadem ſignificatione, quam Aegyptia Nomina habuerant: Et proinde pro *Πύ Sin*, ea Urbs *Πήλῆσιον* dicta eſt. Nam ut ait Strabo Lib. XVII. Pag. 802. *ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τῆς Πηλῆς, καὶ τῶν τελευμάτων.* *A Luto Nomen habet, quod Græcis eſt Pelus.* Doctiſſimus Relandus occurrit, ‘Quamvis (inquit *Paleſt. illuſt.* Pag. 75.) ‘autem concedam Nomen Peluſii ἀπὸ τῆς Πηλῆς apte duci poſſe, & ſatis convenire ‘cum Genio Soli in quo condita fuit, inde ‘tamen non ſequitur hanc eſſe veram Nominis Originem. Sed eſto, Conſequentiam quam negat non eſſe firmam; ut ille Enthymema ſuum proponit. Tamen cum Vir eruditus agnoſcere videtur Pag. 117. *Πύ Sin* eſſe Peluſii Nomen; & doctiſſimi Græcorum affirmant *Πήλῆσιον* ἀπὸ τῆς Πηλῆς correfpondente Græca voce deduci; omnino rationi conſentaneum eſt, non aliunde petendam eſſe Vocis originem. Nam aliæ etymologiæ, qualis eſt illa cujus Relandus meminit, nimirum quod Urbs ita dicta ſit a quodam *Peleo*; ſunt ex ineptiſſimorum Græculorum cerebellis profectæ, & proinde ſuſque deque habendæ. Porro ea Urbs in toto

V.

V. Testamento nunquam Pelusium, sed semper Sin vocatur: quemadmodum Heliopolis, & aliæ Ægypti Urbes quæ in Gentium Scriptis, Græcis Nominibus insigniuntur, in V. Testamento appellantur eis Nominibus quæ Hebraicæ Originis sunt manifestissime. Quare miror Verba hæc sequentia excidisse Viro doctissimo Pag. 74. viz. *Nec profecto aliunde Vocem סִנַּי Pelistim ducendam suspicor quam a Pelusio, vel Pelusium a Pelistais.*

§. XVI. Jam cum Thema nostrum præsens sit Pelusium, haud abs Re erit inquirere in celebrem Herodoti Locum qui habetur Lib. II Cap 141. ubi legitur Sethonem Regem Ægypti, qui quoque Vulcani Sacerdos erat, contempsisse Milites, & vicissim ab eis desertum fuisse; & postea invadente Ægyptum Senacharibo Arabum & Assyriorum Rege, complorasse apud Simulacrum Dei sui suas Misérias: Vulcanum autem monuisse per somnium, ut obviam hosti iret se enim missurum Auxiliarios. Tunc Sethonem cum Operariis tantum & Institutoribus Castra ad Pelusium posuisse. Eo quum pervenissent, noctu infusam in ipsos Hostes vim agrestium Murium, qui illorum tum Pharetras, tum Arcus ambederunt, ita ut postera die Hostes Armis exuti Fugam fecerint, multis amissis. *Eoque nunc (pergit Herodotus) iste Rex in Templo Vulcani lapideus*

deus stat, Manu Murem tenens, atque hæc per  
 Literas dicens, **IN ME QUIS INTU-  
 ENS PIUS ESTO.** Quid audio! Vul-  
 canus fortior erat quam Nisroch? Immo  
 nec fortior nec imbecillior: Nam Idolum  
 nihil est in mundo. Porro longe aliter sese  
 hæc habuisse, declarant Judæorum Scrip-  
 turæ exaratæ sub idem tempus; quo Se-  
 nacheribus Ægyptum invasit: Et antea e-  
 vicimus, Ægyptii nihil pene suarum Anti-  
 quitatum, Herodoto inter eos peregrinante,  
 cognitum habuerint. Sed quod deerat in  
 historica cognitione, mendaciis suppleve-  
 runt. Veruntamen mihi firmissime persua-  
 deo, hanc fabulam, ut plerasque alias præ-  
 fertim Orientales, Historiæ cuiquam rerum  
 Judaicarum fædissime corruptæ & detortæ;  
 debere originem. Et plerique autumant;  
 refferi hic historiam cladis Assyriorum sub  
 Senacheribo, malitiose depravatam: atque  
 id non nego. Verum omnino suspicor, Lo-  
 cum I. *Samuelis* Cap. VI. Comat. 4. & 5.  
 non minus nequiter transformatum nobis re-  
 præsentari. Nam עֲבָרִים הַשְּׂחִיתָם  
 יְהוֹנָתָן sunt apud Herodotum *agrestes  
 mures τοῖσι ἑναυτίοις* (inquit) αὐτοῖσι εἰσχυ-  
 θέντας νυκτὸς μὲν ἀβελαίς, &c. Sed dices,  
 quid hoc ad Ægyptios? Nam Miraculum  
 a Samuele memoratum, editum erat ad de-  
 clarandum gloriam Dei Israelis; & ad osten-  
 dendum favorem ejus erga suum populum.  
 Hoc autem ab Herodoto relatum, perpetra-

D

tum



tum erat a Vulcano ad propulsandum ab Ægyptiis, non ab Israele, Hostem. Sed hæc nequaquam premunt, cum certum sit quod Gentiles Authores, præsertim Ægyptii, miracula quæ a Deo Israelis facta erant, ad veritatem religionis Israelitarum demonstrandam, malitiose ita mutaverint & detorserint, ut si eos audias, videantur totidem demonstrationes Paganismi: v. g. propter Ægyptiorum iniquitatem & crudelitatem in Israelitas, multis gravibusque plagis a Deo percussi sunt. Ideoque Pharaon & reliqui Ægyptii, tot & tantis plagis territi, serio egerunt cum Mose & Israelitis, ut quavis conditione Ægyptum relinquerint. Et tamen mentiti sunt Israelitas propter Leporam qua afficiebantur, Ægypto fuisse pulsos. Et illud grande mendacium, mille diversis, immo contrariis modis in crustatum, ediderunt; ut hæcenus attigimus, & luculentissime in sequentibus demonstrabitur.

6. XVII. Josephus Lib. X. Cap. 1. enarrans hanc Senacheribi Expeditionem, sic scribit; *Multum Temporis contrivit in apparanda oppugnatione Pelusii: jamque Aggerem tene Menibus æquaverat, & videbatur Assaultum propediem faciurus, cum audit advenire Tarsicem Regem Æthiopum, Ægyptiis laturum suppetias, & per Desertum Coptas ducere, ut improvisus adoriatur Assyrios. Territus igitur hoc rumore Senacheribus propere inde cum suis*

*Suis abiit.* Fabulæ Herodoti quæ præ manibus est, meminit, & prouti meretur contemnit: nam ne verbo refutationis eam dignatur. Notanda quoque Flavii sequentia verba: *οὐκ ἔστιν ἔτι καὶ τὸ τοιοῦτον ἡροδοτος ἐκ Ἀσσυρίων λέγων τὸν Βασιλέα ἀλλ' Ἀράβων.* Sed hodierna exemplaria Herodoti, vocant Senacheribum *Βασιλέα Ἀράβων τε καὶ Ἀσσυρίων;* utra lectio sit verior periti iudicent, utrovis modo tamen legatur, erravit Herodotus. Nam Senacheribus, Arabas proprie dictos, nunquam rexit. In sequenti Capite citat Josephus verba Berosi, narrantis cladem exercitus Assyrii, atque ipsius Senacheribi cædem iisdem pene verbis, cum Sacris Scripturis. Videtur autem hoc discrimen interesse, quod Berosus scribit Assyrios peste sublatos: Sacri Scriptores ab Angelo interfectos; sed hæc non sunt contraria, confer II. *Sam.* Cap. XXIV. *Comat.* 13. 15. 16. & I. *Chronic.* Cap. XXI. *Comat.* 14. 15. Denique solus Herodotus habet hanc Fabulam, omnes alii qui de Aegypto scripserunt, vel eam non audierunt, vel non crediderunt.

§. XVIII. Verum non in hoc loco solo Herodoti, Historiam hanc Philistæorum cladis, deturpatam, mutilatam, & horrendum in modum larvatam legimus. Fallor, aut hanc reperiēs Lib. I. Cap. 105. nam loquens de expeditione *Scythiarum adversus Ægyptum*, eorumque reditu, *Scythia ubi retrocedentes*

(inquit) in Urbe essent Palaestina Ascalone, bo-  
 naque parte Scytharum nullam injuriam inferen-  
 te. ολιγοι τινες αυτων υπολειφθεντες, εσθηθη-  
 σαν της Ουρανιης Α'Φροδιτης το Ιερον, —  
 — τοιςι δε των Σκυθων σφαηρασε  
 το ιερον το εν Α'σκαλωνι, και τοιςι τετων αιει  
 εκγονοιςι ενεσκηψε ο θεος (lege η θεος) Θηλε-  
 ιαν νeson. Pauci aliquot eorum reliqui  
 Veneris Cælestis Fanum despoliarunt. —  
 — Ac vero Scythis Templi Ascalon-  
 ensis spoliatoribus eorumque semper poste-  
 ris Numen immisit morbum fæmineum.  
 Hic ut mihi persuadeo, habes larvatas Che-  
 morhoidas Philistinorum: Sed objici po-  
 test morbum fæmineum non esse Chemor-  
 hoidas, nam solent his affligi Viri pariter,  
 ac Fæminæ. Verum opinor ego non vo-  
 cari ab Historicographo morbum fæmineum,  
 quod non contingit maribus æque ac fæ-  
 mellis; sed propter similitudinem quam is  
 morbus, cum morbo qui fæminis proprius  
 est, habet. Nam uterque in secretis locis  
 est, & uterque sanguinem profundit: □'7Dy  
 ut notant Hebræi significat morbum gravissi-  
 mum, in quo egreditur sanguis multus,  
 maxime vero quando a Deo extraordina-  
 rie immixtus est: Et hinc nomen Herbæ *Gnap-  
 halion* apud Plin. Lib. XXVII. Cap. 10. *qua  
 sistit mulierum menses.* Sed secundo loco op-  
 pones *Samuelem* loqui de morbo immisso in  
 ipsos Philistæos, propter offensas eorum ad-  
 versus, Deum Israëlis; Herodotum de Mor-  
 bo

bo immisso Scythis, propter offensam Philistæorum Deam. Verum 1<sup>mo</sup>. recolat Lector quod antea dictum est, scilicet Paganos & in specie Aegyptios, ab quibus Herodotus hanc Historiam accepit, solitos esse mala sibi inflicta, aliis falso imputare. 2<sup>do</sup>. Agnoscitur hoc sæminæo morbo Homines Aiscaloni existentes affici, & iste morbus habebatur ab omnibus infamis; & Scriptura *Psal. LXXVIII. Com. 65.* de Philistæis hoc morbo afflictis loquens; dicit *Deum opprobrium perpetuum indidisse eis.* Jam autem cum Philistæi, ab omnibus vicinis, (nam omnibus his notum erat) ex hac causa ludibrio haberentur: ut ab se amolirentur dedecus, in Scythas, Homines sat longe remotos, derivarunt. 3<sup>tio</sup>. Constat Gentiles sub Veneris Uraniæ nomine, vel Lunam, vel Aerem intellexisse: quæ sunt creaturæ inanimæ, & proinde eos falso iis adscripsisse vel bonum vel malum, cum neutrum præstare possent.

### C A P U T III.

#### *ASSYRIORUM Fictitium Imperium*

§. I. **H**ACTENUS de Nominibus Ægypti, atque nomine Regis, nec non de nominibus Urbium aliorumque locorum Ægypti, quæ in Scriptura pariter & exoticis Autheribus memorantur

rantur. Atque jam aggredienda foret eorum ἀρχαιολογία: ni nos paululum remoratae essent, quarundam aliarum Gentium antiquitates, quas carptim perstringemus: quo magis nobis iter in Ægyptum pateat. Atque imprimis lustrabimus Assyriam, quoniam Regnum istud præ omnibus Gentibus antiquissimum, & longissimæ durationis; a multis prædicatur esse. Sed si hæ Assyriorum tantopere jactatae antiquitates, in veritatis trutina examinentur; leviores ipsa vanitate deprehendentur. Nam totum suum pondus & certitudinem ab uno Ctesia Authore, ut postea patebit levissimo, derivant. Diodorus eum secutus est, & omnia sua hac de re, ut ipse fatetur, ab eo haurit. Et Trogus Pompeius, Velleius Paternulus, & pene tota Natio Historicorum, Ctesiam cum Diodoro secuti sunt: Et quod magis mirandum est, multos Christianos Scriptores, in errorem secum abripuerunt.

§. II. Priusquam igitur ad has Assyriorum antiquitates expendendas accedamus, breviusculum earum compendium ex Diodoro & Trogo, tradere proderit. 'In Asia priscis temporibus ( inquit Diodorus Lib. II. ex Ctesia ) regnare Indigenæ, quorum gesta nomenque vetustas abolevit. Primus Rex Assyriorum Scriptores nactus est Ninus, qui ejus gesta literis traderent. Is natura bellicosus. & virtutis appetens, cum robustissimos Juvenum plurimo tempore armorum

armorum usu ad omnem laborum patientiam; & belli pericula exercuisset; coacto exercitu, societatem iniit cum Arico Arabum Rege, quorum opes ea tempestate ut res erant, plurimum vi atque armis præstabant. Ninus igitur Arabum Rege assumpto, exercitum duxit adversus Babylonios Arabiæ conterminos: Nondum enim condita erat Babylonia, sed aliæ circa urbes nobiles incolebantur; quibus propter armorum defuetudinem facile superatis, tributoque imposito, Regem eorum cum Filiis captum interimit. Deinde quibusdam Armeniæ urbibus in potestatem reductis, Barzanes Rex Nino viribus impar; cum multis donis occurrens, & se & Regnum ejus potestati permisit. Deinde ut refert, subacta Media & præfide ex amicis quodam ei imposito: ipse ad reliquam subjiciendam Asiam profectus, omnem annis decem & septem, præter Indos & Bactrianos, in potestatem redegit. Et ut mox narrat, pluribus gentibus, atque in his Ægypto subjugatis; Ninus a tanta expeditione reversus, supra Euphraten urbem condidit, quem a nomine suo *Ninum* appellavit. Deinde ut scribit Diodorus ex Ctesia, Ninus captus amore cujusdam Ascalonitidis exposititiæ, sed formosissimæ ac bellicosissimæ Foeminæ, eam in uxorem duxit: Marito præ amore præreptæ conjugis, se laqueo suffocante. Tandem genito ex Semiramide (nam id nomen ejus erat) Filio Ninia, Ninus excessit

excessit e vita. Quo defuncto uxor Semiramis, ut gloria eum antecelleret Babyloniam condidit; & multa & magnifica sui monumenta reliquit: & tandem Ægypto, Æthiopia, & Libya peragrata, adversus Staurobotem Indiæ Regem bella movit, sed infœlici successu, & post hoc disparuit, Ninia Filio successore relicto. Is ut quoque ejus successores triginta plane Epicuræi, atque voluptuarii Principes erant. Conservatum, ut scribunt, tamen est Imperium in hac familia mille trecentos sexaginta annos: tandem occiso Sardanapalo ultimo Rege, & destructa Nino sive Ninive per Arbacem, Imperium ad Medos translatum est. Hæc summa est eorum quæ de hoc Imperio dicunt.

§. III. Jam videndum an illa quæ scribunt, cum veritate consistent. Et *imo*. De autoritate Ctesiae, pene omnes qui ejus meminerunt, agnoscunt eum levissimum esse Scriptorem. Aristoteles Lib. VIII. *Hist. Animal* Capite 28. *eum testem non fide dignum appellat*. Et Plutarchus in *vita Artaxerxis sapius mendacem eum vocat*. Et Gellius Lib. IX. Cap. 4. *eum inter fabularum scriptores numerat*. 2do. Omnino prodit ignorantiam suam, dum Niniven ad Euphratem sitam esse affirmat: ut ait Diodorus, ex eo Lib. II. *Sed aiunt, agnoscitur & ostenditur a Bocharto, Ninum sitam fuisse ad Euphratem*. Sed certum est *imo*. Etiam si sita fu-

it

it urbs nomine Ninus, in partibus Euphratis occidentalibus; tamen non prope eum fluvium, sed in loco aliquot Schoenis distante. 2do. Non minus certum est famosam illam Ninum, ad Tigridos ripas sitam fuisse.

§. IV. Tertio. Falsissimum est, toti Asiæ hos effeminatos Reges præfuisse. Constat non solum ex sacris Scripturis, sed etiam ex exoticis Authoribus, plures Reges Asiaticos omnino *αυτονομης* fuisse, quod patet ex tota historia Veteris Testamenti; nec minus ex profanis: nam legimus inibi Ægypti Reges, omnino fuisse sui juris ut ex Herodoto, Strabone, & ipso Diodoro liquet. Porro demonstrari potest ex ipso Homero, Priamum Trojanum Regem nemini subditum fuisse: Alioquin cur non Theutamus magnus si Diis placet, Assyriorum Monarcha, cum omnibus copiis & potentia in Græcos incubuisset, postquam subditum suum Regulum oppressissent, & Regnum ejus delevissent. Præterea incredibile est hos Reges, ut describuntur, nam imbecilliores ipsis foeminis representantur, potuisse tanto terrarum spatio tantum temporis imperare.

§. V, Quarto. Sed inquires hi anni a diluvio conveniunt, cum annis memoratis in Scriptura, usque ad illud tempus in quo constat Niniviticum Imperium esse deletum: esto



esto, omnino contingat hæc convenientia & concordia; Nam Scriptores isti nihil dicunt ejusmodi, sed contrarium. Nam mox audivimus ipsum Diodorum innuentem, plures ante Ninum regnasse indigenas. Et Justinus Lib. II, Cap. 3. habet hæc ipsa verba. 'His ( nimirum Scythis ) igitur Asia per mille quingentos annos vestigalis fuit. 'Pendendi tributi finem Ninus Rex Assyriorum imposuit. Et porro ex fide dignis Scriptoribus, audimus florentia Regna extitisse, Lydium, Phænicum, Ægyptiacum, & Græcas multas Respublicas; sed omnino de hoc vasto Assyriaco, nihil plane 5to Ctesias vel Diodorus, tradunt Assyriis statim successisse Medos; sed hoc nihil falsius. Nam constat ex Strabone, Megasthene, aliisque, Babylonios successisse Assyriis; & speciatim Nebuchadnetzarem nominant cujus vastissimum Dominium per Asiam, Europam, & Africam, memorant. 6to Alii optimæ notæ Authores plane repugnant Ctesiae. Herodotus Lib. I. Cap. 95 scribit Assyrios annos quingentos & viginti, duntaxat superiorem Asiam obtinuisse. Sed respondet Huberus, Vir quidem doctus & summus Ctesiae propugnator: atque hæc inquit ( *In institutionibus historia Tom. I. Pag. 69.* ) 'Sed viderint doctissimi viri, ne sic ipse Herodotus periculum adeat; nam quinque ejus sæcula, quocunque utantur calculo, in tempora Judicium incidunt; quod si tunc Assyrii

Assyrii rerum non sint potiti, ut Herodotus ipse affirmat, nec Davidis quoque aut Solomonis ætate, oportet uno alteroque sæculo Herodotum castrari. Atque ita hæc objectio elegantissime sese habet, cum non mendacissimum modo Ctesiam, sed veracissimum quoque Herodotum evertat.

Cui respondemus, Herodotum utcunque repugnare Ctesiae; quod satis est ad ostendendum bellum esse ἀπρονδον inter antiquissimos scriptores, de hoc Imperio. Porro Dionysius Halicarnasseus Lib. 1. *Rom. Antiq.* hæc habet *Antiquum illud Assyriorum Imperium retro ad fabulosa usque pertingens tempora, modicam quandam Asiae partem obtinuit.* Et Appianus Alexandrinus Præfat. operis *Assyriorum, Medorum, Persarum; tria maxima Imperia simul congesta ne tempus quidem non-gentorum annorum æquare possunt.* 7mo Multa nomina in isto catalogo, ut observavit Hornius in *Arca Noë* Pag. 96. ex Persia, Ægypto, Græcia petita sunt; qualia sunt Xerxes, Armamithres, Orus, Sparteus, Amyntas Atossa, & id genus reliqua. Quod probat catalogum huncce, omnino ad placitum vanorum hominum confictum. 8vo Qui de Sardanapalo scribunt, (nam de reliquis nihil pene nisi nuda nomina habent) acerrime sibi invicem contradicunt. Nam Justinus Lib. I. Cap. 3. cum retulisset Arbaetum aliosque duces Sardanapali, contra eum conspirasse; & bellum intulisse hæc subdit.

Quo

' Quo ille audite, non ut vir Regnum defen-  
 ' surus, sed ut metu mortis Mulieres solent  
 ' primo latebras circumspicit: Mox deinde  
 ' cum paucis & incompositis in bellum progre-  
 ' ditur. Victus, in Regiam se recipit; & extrac-  
 ' ta incensaue pyra, & se & divitias suas in  
 ' incendium mittit: hoc solo imitatus virum.  
 ' Post hunc constituitur interfecto ejus Ar-  
 ' baces. Vel ut Diodorus & alii Arbaces,  
 Athenæus Abraces. Diodorus tamen ipse ex  
 Ctesia præcipuo authore illius historiæ,  
 scribit Sardanapalum fortissime repugnasse,  
 & Rebellibus non uno prælio fufis, tandem  
 in Urbem ægre compulsum, sese una cum  
 Uxoribus, & divitiis, concremassæ. Cli-  
 tarchus tamen apud Athenæum Lib. XII.  
 Cap. 12. Sardanapalum scribit senectute,  
 confectum interiisse; post Syrorum Imperi-  
 everfionem. Dices tamen utut hac de re  
 variant Authores, omnes asserunt Arba-  
 cem destruxisse Niniven, atque Assyria-  
 cum Imperium; illudque ad Medos transtu-  
 lisse, respondeo, minime gentium. Nam A-  
 thenæus l. c. quum dixisset omnes Reges  
 Asiæ fuisse deliciarum studiosos, hæc sub-  
 dit. ' Hujusmodi fuit etiam Sardanapalus,  
 ' — cum Abraces unus ex suis Ducibus,  
 ' qui genere erat Medus, per unum ex Eunu-  
 ' chis Paramezum impetrasset, ut Sardana-  
 ' palum videret: atque id vix effectum es-  
 ' set illo volente, ingressus est Medus. Tum  
 ' vero illum fucatum, moreque muliebri  
 ornatum

ornatum vidit, unaque cum Pellicibus  
purpuram tondentem, ac pedibus expositis  
cum illis sedentem, vestemque habentem  
muliebrem, & mentum habere abrasum,  
ac leve: erat enim lacte candidior, oculos-  
que habebat pictos. Hic ubi Abracem vi-  
dit, Album oculis superinduxit. Narrant  
complures, inter quos est Duris, ab hoc,  
cum rem eam graviter tulisset, quod Rex  
hujusmodi imperaret, percussum periisse.

§. VI. Jam ad objectiones Huberi respon-  
dendum. Ille Pag. 51. introducit adversarios  
ita loquentes: 'Justinus Diluvium Noachi  
ignorât & ignorât Historiam ante Ninum;  
ergo & hujus initium & Assyricum tempus  
ignorât? Imo hæc, regeat, non Justinus  
sed omnes Ethnici ignorarunt, nullumne  
igitur Historiæ suæ Principium reperire  
potuerunt? Nullam plane inquam, ante  
Olympiades; (quarum initium incidunt in  
tempus Azariæ vel Joatham) ut ipse Cen-  
sorinus sequutus doctissimum Varronem,  
agnoscit. Nam si quid de fabulosis  
illis temporibus inter Diluvium & Olym-  
piadas, vere narraverint: Hariolatores po-  
tius, quam Historici dicendi sunt. *Præte-  
rea* (pergit Huberus) *Justinus* *vexorin* & *Ta-  
naum* *Reges mille quingentis Annis Nino ve-  
tustiores facit, & hoc portentum debent admit-  
tere qui Ctesiam non rejiciant.* Sed ni fallor,  
sua vineta cædit Huberus; meminisse debe-  
bat

bat verborum Diodori sui, hoc est Ctesia's Lib. II. Pag. 63 τὸ βαλαῖον τοίνυν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπερχον ἐγχώριοι βασιλεῖς ὦν ἔτε περὶ αὐτοῦ ἐπίσημος, ἔτε ὄνομα μνημονεύεται &c. *Antiquitus Reges indigenas quorum nec facta inclaruere nec nominis memoria durat Asia habebat. Primus inter eos quorum Historia memoriam propagarunt. Ninus Assyriorum Rex, magnas res peregit. Jam quod discrimen sit inter hæc Diodori, & verba Justinī, licet prior nullum numerum Annorum verbo tenus referat: me nescire fateor. Et post aliqua ejusdem commatis, ita subdit Huberus. Nos Justinum tribuentem Assyriis mille trecentos Annos comprobamus, quia cum Ctesia & Diodoro & Sura atque Velleio aliisque innumeris convenit. Vexorin & Tanaum tot Saculis Nino præponentem rejicimus, quia cum potioribus & antiquioribus aliis omnibus pugnat. Immo pariter tenetur Huberus comprobare Justinum, etiam de Vexori & Tanao scribentem; quoniam is cum Diodoro, eadem revera narrante consentit: quæ haud dubie Diodorus a Ctesia didicit. Sed an Ctesias tribuens mille trecentos Annos Assyriis consentit cum omnibus antiquis? Nequaquam. Herodotus qui omnino Ctesia's præponendus est, aliter sentit. Et ex uno Ctesia, Sura, Velleius, & reliqui sua hauserunt. At citatur Josephus Lib. I. Cap. 10. scribens Assyrios Abrahā tempore obtinuisse Asiam. Sed liquet ex Dionysio Halicar. aliisque jam productis per*

per Aſiam, tantummodo Tranſeuphratenſes Regiones intelligendas eſſe: Nec aliter intelligo Joſephum, nam probe norat Palæſtinos, atque Syros Reges, fuiſſe αὐτονόμους: ut ex toto contextu operis palam eſt.

§. VII. Pergit Huberus ad Chriſtianos Authores, ſuæ ſententiæ fautores recensendos; & citatis Auguſtino, Oroſio, & Euſebio, tandem in hæc verba erumpit Pag. 53. *Quanquam certum eſt, Euſebium præter Cteſiam Caſtorem quoque alioſque veterum hic omiſſos ſecutum fuiſſe; quorum omnium fidem rejicere & mendacii arguere, eſt fundamentum Hiſtoriæ tollere & quicquid a veteribus memoria proditum eſt evertere.* Respondetur Huberi præmiſſa nequaquam ferre ejus concluſionem; niſi Cteſiæ Mendacia pro Hiſtoriæ unico Fundamento admittamus: Nam nemo ante eum ita ſcripſit, ſed plane contrarium; quum Nini aut Sémiramidos meminerint. Porro certum eſt ſententiam Cteſianam, Hiſtoriæ tum Sacræ, tum Prophanæ, fundamenta prorfus ſubruere: Ad quod probandum paucis omnino opus eſt. Et ut exordiamur a Sacra, producimus Gen. Cap. XIV. Com. 1. &c. Respondet Huberus Pag. 70. *Prorſus nihil eſt quod impediatur, illos Reges in clientela Aſſyriorum vel tributo fuiſſe obnoxios, quod peculiariter de Rege Elam ſive Armeniæ teſtatur Diodorus Lib. II. in Princip.* Sed revera palam eſt ex toto contextu, hos  
Reges

**Reges** paris fuisse Potestatis : vel si cui nonnulli eorum fuerint subditi, eum non fuisse **Assyriæ Regem**. Et si qua erat ὁπρωτὴ in-  
ter hos Reges, videtur ea pertinuisse ad **Chedarlomerem Regem Elam**, ut patet ex **Com. 4.** Et revera clarissimum est ex Sacris Scripturis, per ea, immo & posteriora tempora; nullum in Asia insignem Monarcham regnasse. De re hac tota ita statuendum mihi videtur; hos quatuor Regulos vel Reges, quales ea tempora & loca admittebant: iniisse pactionem, inter se ut longe lateque vagarentur, atque spoliarent; atque divisisse Regiones inter se, ut spolia quarundam Terrarum & Urbium ad hunc, aliarum ad alium eorum Regum pertinerent: & forte contigisse ad Chedarlaomerem habere spolia & tributa Pentapolews. Venit igitur ille Chedarlaomer semel atque iterum, suffultus reliquis tribus Regibus ad Pentapolin, ea lege, ut ille vicissim adjuvaret illos; in aliis Terris depopulandis. Cujus rei argumentum haud leve est, quod nullum præsidium in vel priori, vel posteriori expeditione, his Civitatibus imposuerint. Sed solummodo quum prælio tumultuario, profligassent incolas: ceperint omnes facultates & commeatum illorum, cum nonnullis Captivis, וְלָבִי & abiverint vel ut ego interpretor *fugerint*: ne, scilicet a Palæstinæ incolis excitis, de improvviso opprimerentur. Videntur igitur fuisse **Duces vel Reguli Euphraten-  
tensium**

tenſium latronum, qui ob predam & latrocinium, non ut ſtabile Dominium acquirerent: eam partem Paleſtinæ invaſerant. Porro ſi reſpiciamus Paleſtinam, tribus Patriarchis ibi peregrinantibus, deprehendimus Reges & Principes licet exiguæ ditionis, nulli tamen ſuperiori Regi obnoxioſi. Et ſi ſequamur Iſraelitas in Ægyptum, videmus illius Regionis Reges; ab ullius alterius Regis dominio, prorfus ſolutos. Si cum Iſraelitis tranſfretemus in deſertum, & Chananæam; ibi apparent multa Bella geſta, aliæque res a Regibus & Populis tranſactæ: nullum tamen ſignum alicujus Monarchiæ ſuper Aſiam dominantis: Sed omnia plane contrarium clamant.

§. VIII. Sed poſt κληρονομία Iſraelitis Reſerant, cum multis Populis & Regibus. Sed nec horum nec illorum ſubjectionis, huic fictitio Monarchæ, nec vōla nec veſtigium eſt. Saul & poſt eum David potiti ſunt Palæſtina: Et hic poſterior, plurimis præter eam Regionibus, tota Syria & Euphraten uſque, ſi non ultra. An David amabo, ſubjectus erat ſummo huic imaginario Regi? Si cuiſpiam mortali obnoxius erat, eripitur nobis contra Sociniſtas argumentum inviſiſſimum; ex *Pſal. CX. Com. 1. Dominus dixit Domino meo &c.* quæ concludimus Chriſtum eſſe verum Deum, ſuffulti hoc tubicine, quod David nec Homini nec Angelo ſubditus



ditus esset. Sed Socinistæ possunt respondere cum Huberistis, eum paruisse fungo Ninive sedenti; & inter lanam & scorta versanti. Davidem secutus est Salomon, regnavit in omnes Reges qui erant citra ipsum flumen: Ecquis quæso adeo prodigus est famæ suæ, ut dicat Salomonem ulli mortali subditum fuisse? Mortuo Salomone, & scissis tribubus; erexit Cristas Syrus seu Damascenus: & diu prævaluit, & vexavit omnes vicinos. Et unus eorum Regum Benhadadus, 32 Regulos seu Reges sub se habuit. Ecquis dicet hunc paruisse stipiti Ninivetico? Benhadado successit Hazael percussor Domini sui: verum ille ut quoque Filius, alter Benhadadus, potentiam suam longe extenderunt. Retzin secutus est Benhadadum secundum, an immediate non constat: Constat tamen cum eo penitus abolitum fuisse Syrorum Regnum, per Tiglathpileserem, Ahazo Judæo Assyrium incitante. Antehac Assyrius Phulinceperat per Palæstinam expandere alas suas aquilinas, & ungues: Sed videtur is aliis Bellis occupatus, non faceffisse negotium Syris: sed ejus successor, an proximus, nescimus, Tiglathpileser ab Ahazo sollicitatus, ut diximus, Regnum Syrorum destruxit, & plures tribus ex decem Captivas duxit. Et Judæam a cujus Rege vocatus erat, miserum in modum vexavit; atque pene servam reddidit. Tiglathpilesari successit Salmanassar, qui Samariam cepit

cepit & reliquas decem Tribuum duxit in servitutem. Constat igitur (nisi in gratiam Ctesiae & Huberi, Sacras Literas falsas esse pronunciemus) eorum Imperium nunquam extitisse. Et revera si Scripturas audiamus Ninive & Assyria nunquam floruerunt, donec Ctesiana Ninive fictitia plane deleta, vel statim delenda fuerit. Verum excipit Huberus, *se non multum refragari, si quis contendit inertia & imbellia Regum Nini Successorum, multas se Nationes subinde eorum obsequio subtraxisse, adeo ut non raro exiguam Asia Partem obtinuerint*. At ista Exceptio est per similes ei Pontificiorum ad argumentum ductum, a perpetuo silentio Pauli de Petri Episcopatu Romano; cum plurimas occasiones habuerit Petri mentionem faciendi: Respondent nimirum Petrum semper fuisse peregre profectum, ad curanda negotia Ecclesiae. Profecto ne ovum ovo similis, quam sunt hæ Papistarum & Huberi exceptiones: ambæ pariter ridiculæ, ambæ pariter inverecundæ.

§. IX. Ab Authoribus Sacris descendimus ad Exoticos, unde adversarii longe plus expectant præsidii. Exordiamur ab Homero, Assyriacum Imperium fervente bello Trojano præcipue florebat, & Hellepontum usque se porrigebat; si adversariis fides. Rogo igitur eos omnes, quibus mens & frons; num putandus sit Homerus potuisse filere.

filere de hoc Assyriaco Imperio si extitisset; magis quam Æschylus, Thucydides, Hecrates, Demosthenes, alique Græci filuerunt de Imperio Persico: quod ipsis florentibus florebat. Nam Assyriacum adeo prope contingebat Græciam, quam Persicum. Dicitur quoque Troja, cum qua Græcia habuit decennale bellum; fuisse portio Assyriaci Imperii. Impossibile igitur videbitur cuivis rationi prædito, Homerum, de eo non locuturum fuisse: si vel ipse vel belli Trojani tempore extitisset. Sed objici possunt verba Platonis, de *Legibus Dialog. 3.* ‘Assyriorum (inquit) principatus particula quædam Trojæ potentia fuit. Sed respondetur ex ipso Platone, *Dialog* eodem nam loquens, de eis qui ante se vixerant, inter alia ad rem nostram, hæc habet. ‘Innumerabilis quædam multitudo annorum ignorabatur ab illis, mille autem anni vel duo millia intercessere, ex quo quicquam dicitur; partim Dædalo, partim Orpheo, partim Palamedi inventum. Platoni igitur nequaquam fides habenda, cum tantum ignorantia de rebus ante se gestis spirat: Quinimo evinci poterit ex Herodoto, qui Platone antiquior est, Trojam nullius Imperio fuisse obnoxiam, nisi proprii Regis Priami, cum decennale illud bellum gereretur. Homerus, porro in utroque opere variorum Regum & Principum meminit, eorum autem quempiam esse obnoxium Assyrio: apud  
eum

cum nec vola nec vestigium est. Sed quod rem plane conficit, Strabone teste Lib. XV. Pag. 735. Ὅμηρος γοῦν οὕτως τῇ τῶν Σύρων, οὕτως τὴν Μήδων ἀρχὴν οἶδεν. οὐδὲ γὰρ ἂν Θήβας Αἰγυπτίας ὀνομάζων, καὶ τὸν ἔκει, καὶ τὸν ἐν Φοῖνικῃ πλούτου, τὸν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Νινῶ, καὶ Εκβατανοῖς παρесиῶπῃσε. ‘ Non enim ‘ Homerus Medorum, Syrorumve Imperium ‘ noverat: alioqui Ægyptias Thebas, & e- ‘ arum & Phænicum divitias nominans, ne- ‘ quaquam Babylonis, Nini & Ecbatanorum ‘ opes silentio transmisisset. Et Lib. I. Pag. 39. τῇ μὲν οὖν Ἰνδικῇ ἐκ δίδεν Ὅμηρος, ἔτι δὲ ἔμεμνητο. Patri Poetarum, ut aiunt succedat Pater Historicorum, Herodotus: qui in ipso initio *Musarum*, variorum in *Asia Regum* meminit, Tyri scilicet, Colchidis, Troiæ ita tamen meminit, ut satis clare innuat nullum eorum superiori alicui Potestati fuisse subditum. Ægyptii quoque Reges satis longa serie, usque ad Cambysem Persam ab eo commemorantur. Nullus tamen horum, si eum audiamus, subiectus erat Assyrio. Idem prorsus colligere est ex Diodoro, eodem Diodoro, qui audacter narrat Ninum & Semiramin cum reliquis Regnis subiecisse Ægyptum: et si Siculo fides, nulla gens ab his subacta; ab eorum posteris descivit, per mille trecentos annos. Etiam si hi Reges Assyrii, instar porcorum in luto volutantium jacerent. Eodem tamen Authore Lib. I. Sesostris

E. 3. Ægyptius

Ægyptius totam Asiam devicit, & parere coegit. Herodotus, fateor, Megasthenes alique plane eadem habent. Decuit tamen Diodorum non esse adeo prodigum famæ ut pugnancia scriberet, pugnancia dico : Quia idem Diodorus scribit Lib. II. Pag. 77

παραπλησίως δὲ τὸτω καὶ οἱ λοιποὶ Βασιλεῖς  
παῖς παρὰ πατέρα διαδεχομενος τὴν ἀρχήν,  
ἑπὶ γενεᾷς τριάκοντα ἐβασίλευσαν, μέχρι Σαρ-  
δαναπάλη. *Ad eum propemodum & ceteri  
Reges, ad 30 Hominum ætates per successio-  
nem paternum Imperium administrarunt, ad Sar-  
danapalum usque. Cujus tempore Assyriorum Im-  
perium, cum annos CIO CCCLX ( ut Ctesia-  
as Knidius, Libro secundo tradit ) duravisset,  
ad Medos devolutum est Belle. Sed quo-  
modo & Ægyptius, & Assÿrius, simul & se-  
mel dominati sunt toti Asiæ, ego quidem  
non capio?*

f. X. Denique quod hanc Monarchiam esse imaginariam, æquis arbitris evincit : Ætas Nini & Semiramidos plane incerta est. Herodotus Lib. I. Cap. 7. Ἀγρων seu Ἀργων ( inquit ) μὲν γὰρ ὁ Νίνε, τῷ Βήλε τῷ Ἀλκαίῃ, πρῶτος Ἡρακλειδέων, Βασιλεύς ἐγενετο Σαρδίων. *Siquidem Heraclidarum pri-  
mus, Sardium Rex extitit Agron, Nini filius  
Beli nepos, Alcai Pronepos; novissimus Ἑτεροι  
( inquit ) Syncellus Pag. 205 ) Φασι μετὰ  
Σαρδαναπαλον κρατῆσθαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς  
Νίνον, ὡς οὖν καὶ Κάσωρ ἐν τῷ κανονι αὐτῶ  
ροβ*

Post Sardanapalum Assyriorum Imperium Nitocrim obtinuisse alii asserunt, e quorum numero prodicit Castor. Nonnulli Semiramidem vel antiquiorem vel æqualem Iliacis temporibus fuisse dicunt; ut Sanchoniathon vel Porphyrius apud Eusebium *Præpar. Evangel.* L. I. P. 31. alii ut Herodotus L. I. Cap. 184. eam vixisse quinque ætates ante Nitocrim: post cujus mortem Babylon statim a Cyro capta est. *Semiramis* (inquit Curtius Lib. V. Cap. 1.) 'Babylonem condiderat, vel ut plerique credidere Belus. Βαβυλων ( inquit Stephanus Byzantinus) Περσικῇ πόλιν, μητρόπολιν, Σελευκίᾳ καλεσμένη. κτισμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφῆ, πατρὸς Βήλα σοφωτάτου. ἔχ, ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρᾳ ἑξαετιχίλοις Ἰνδο, ὡς Εἰρένιος. *Babylon, Urbs Persica & quidem Metropolis, Seleucia appellata. Opus Babylonis viri sapientis, filii sapientissimi Beli. Hac a Semiramide, uti perhibet Herodotus, non est condita. Quippe hæc duorum annorum milibus Semiramide antiquior fuit, quemadmodum Herennius perhibet. Falsissimum est igitur quod scribit Huberus Pag. 58. 'Babylonis ædificatio a quo non veterum Semiramidi adscribitur? Falsum dico, quia mox citatorum alter admodum dubitat, alter plane negat. Audi porro Berosum apud Josephum Lib. I. contra Appionem Pag. 1045. μεμφοταί ( inquit Flavius ) ἑλληνικαῖς συγγραφεῦσιν &c. Culpat Græcos conscriptores, quasi vane arbitratos, a Semiramide Assyria Babylonem*

lonem adificatam, & mira opera ab ea circa illam fuisse constructa, false conscripsisse dicens. Constat igitur, quosdam veteres negasse Semiranidem, quidquam omnino vel ad primam constructionem, vel ad ornatum Babylonis contulisse. Vis scire causam totius huius confusionis? In promptu est. Græci a quibus solis habemus omnem pene notitiam antiquæ Historiæ, exceptis Sacris Literis, nihil plane noverint extra Græciam ante pugnam Marathoniam; quæ contigit regnante Dario Hytaspis: quod patet in eorum perpetuis pugnis de ortu, educatione, & morte Cyri Majoris. Audi porro Josephum Lib. I. contra Appionem Pag. 1034. περιεργος δὲ ἂν εἴην ἔγὼ τῆς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμεύς διδασκων. Sed ego videbor me potioribus esse superfluous, si explanare voluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogiis discrepat, & in quantis Hesiodum corrigat Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum qui post illum fuisse, Herodotum vero cuncti: sed neque de Siculis cum Antiocho & Philisto, aut Callia Timæus concordare dignatus est: neque rursus de Atticis hi qui Athidas conscripserunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam protulere alterutros consecuti sunt. Audi & Strabonem de iisdem Græcis Scriptoribus scribentem Lib. II. 'Αλλ' ὅντε περί τούτων οὐδεὶς ἡκριβωτο πρὸς ἀλήθειαν. ἔτε τὰ παλαιὰ τῶν Περσικῶν

οικων, ἔτε τῶν Μηρικῶν ἢ Συριακῶν, ἔς οἷσι  
 ἀΦικνεῖτο μεγάλην. &c. ‘ Sed neque de his  
 ‘ quisquam veritatem exacte perhibuit, ne-  
 ‘ que de priscis Persarum, Medorum, Syro-  
 ‘ rum rebus, fidem admodum magnam invene-  
 ‘ runt Scriptores; idque ob ipsorum simpli-  
 ‘ citatem, & fabulas edendi studium. Cum  
 ‘ enim viderent in honore esse eos, qui e  
 ‘ professi fabulas scriberent, existimaverunt  
 ‘ suam quoque scriptionem lectoribus jucun-  
 ‘ dum fore, si sub narrationis veræ specie  
 ‘ ea dicerent; quæ neque vidissent neque  
 ‘ audivissent, saltem ex eis, quibus cogni-  
 ‘ ta ista essent: id unum spectantes, ut auditio  
 ‘ amænâ fieret atque admirabilis, Equidem  
 ‘ facilius Hesiodo & Homero aliquis fidem  
 ‘ adhibuerit cum de heroibus verba faciunt  
 ‘ itemque Tragicis Poetis: quam Ctesiae,  
 ‘ Herodoto, Hellanico, & eorum similibus.

§. XI. His omnibus perpenſis mirari satis  
 nequeo, quomodo ſequentia verba Hum-  
 phrido Prideaux, Viro docto exciderint:  
 in ipſo initio Libri, cui Titulus *The Old  
 and New Testament Connected*. Nimirum  
*The ancient Empire of the Assyrians, which  
 had governed Asia for above thirteen Hun-  
 dred Years, being dissolved on the Death of  
 Sardanapalus, there arose up two Empires in  
 its stead, The one founded by Arbaces Go-  
 vernour of Media, and the other by Belesis  
 Governour of Babylon. i.e. Antiquo Assyri-  
 orum*



orum Imperio, post mortem Sardanapali, sub quo Asia ultra mille trecentos Annos fuerat destructo: Successere in ejus locum duo Imperia, alterum conditum ab Arbace Prefecto Media, alterum a Belese Prefecto Babylonis. Hæc ille; ut ego in Latinum Sermonem transfundere possim. Sed ni fallor, quæ superius disputata sunt: Eruditum Virum satis refutant. Citat quidem ut suæ sententiæ vindices, Diodorum Siculum Lib. II. Athenæum Lib. XII. Herodotum Lib. I. Justinum Lib. I. Cap. 3. Sed ni fallor, parum eruditum Virum juvant. Nam Herodotus non mille trecentos Annos, sed duntaxat 520, dicit Assyrios dominatos Asiæ superiori; & Medis recuperantibus libertatem, eam pariter alias Gentes recuperasse. En verba. Ἀσσυρίων (inquit Lib. I. Cap. 95.) ἀρχόντων τῆς ἀνω Ἀσίης ἐπ' ἑταίροις καὶ πεντακόσις, ὧντοι αὐτῶν Μηδοὶ ἤρξαντο ἀποστασθαι &c. Quum Assyrii Annis quingentis viginti superiorem Asiam obtinuissent, primi Medi ab ipsis deficere caperunt: qui cum Assyriis pro libertate præliati strenue se gesserunt, excussoque servitutis iugo libertatem obtinuerunt. Post quos & alia Nationes idem fecerunt quod & Medi. Ceterum quum jam per continentem Gentes omnes propriis viverent legibus, hac Occasione rursus Tyrannidi subiecti fuerunt. Fuit apud Medos Vir sapiens, cui Nomen erat Deioces. &c. Hic ut vides non solum duo, sed multa Imperia surrexisse dicit; vel  
verius

verius liberos Populos. Non constat quidem ad quæ verba Herodoti, oculos intenderit D. Prideaux. Sed quæcunque illa fuerint, vel se fefellit Vir doctus, vel Herodotus sibi contradixit. Diodorus, fateor, & Justinus numerant 1300 aut plus minus Annos. Sed interim uterque satis diserte affirmant, non duo, sed omnino unum Imperium, in loco Assyriaci surrexisse: nimirum Medicum. Diodorus Lib. II. ait Belesin accusatum mul-  
ti Auri furto subrepti, & ab iudicibus dat-  
tis ab Arbace capitis condemnatum: Ar-  
bacem tamen crimen ei condonasse, & Præ-  
fecturam Babylonix concessisse. Hic patet  
clarissime, nullum Imperium nisi unum im-  
mediate successisse Assyriaco: Et Belesin  
quem hic asserit habuisse dominium non mi-  
nus autokratoricum, quam dicitur Arbaces  
habuisse, plane obnoxium fuisse illi; & nisi  
Arabaces ei crimen furti indulgisset, id ca-  
pite luiturum fuisse. Justinus verba non sunt  
minus clara. *Post hunc (inquit) nimirum  
Sardanapalum) Rex constituitur interfector e-  
jus Arbaces, qui Præfectus Medorum fuerat.  
Is Imperium ab Assyriis ad Medos transfert.  
Athenæum quod spectat, omnino nescio ad  
quæ verba ejus, oculos intenderit. Arbaces  
Medus, (inquit Eusebius Chron. Lib. poster.  
Num. MC. XCVI.) Assyriorum Imperio de-  
structo, Regnum in Medos transfudit: & inte-  
rim sine Principibus res agebatur, usque ad  
Deiocem Regem Medorum. In medio autem  
tempore*

tempore Chaldaei proprie prevalebant: quorum separata quadam Regum successiones feruntur. Reliqua autem Gentes propriis Regibus utebantur. Hic ut vides non duo, sed ducenta si libet Imperia; ex imaginario Assyriaco extunduntur. Syncellus rotunde dicit Salmanasarem subiectum fuisse Medis plena Potestate: Pag. 205. Σαλμανασάρ (inquit) δὲ καλῶς αὖ οἱμαί, Salmanasar porro ille, de quo frequentior hic memoria, non absurde, me quidem Iudice, qui ab Arbace Assyriorum moderator institutus est, qui Assyriorum quidem Princeps fuerit, verum Arbacis potestati plene modo subiectus. Ita reserunt rerum Babyloniarum Scriptores: Arbacem nimirum, Regum appellationem, & opes ad Medos transulisse; Regem autem Assyriis Belesym, sibi videlicet subditum dedisse. Hæc quæ jam citavimus, magna ex parte falsa sunt: apprime tamen confutando erudito Prideaux inserviunt.

## CAPUT IV.

### *Vera Assyriaca Monarchia.*

§. I. **P**ROfligato igitur pseudassyriaco Imperio, conabimur eruere veri Assyriaci Imperii initium, ex Sacris potissimum Tabulis; nam Exotici Scriptores parum subsidii nobis hac in re ministrant. Memoratur Ninive ut Princeps Urbs Assyriæ

*fixæ Gen. Cap. X. Com. 2.* Sed an fit ea quæ ibi dicitur magna; merito dubitatur. Altum deinde silentium de ea est in Sacris Literis, usque ad Jonæ Prophetæ tempus; quod certe ante Joazum Regem Israelis erat: & ibi vocatur civitas valde magna, & Regem habuit; sed quam latum fuerit ejus Regnum, non constat.

§. II. Primus Rex Assyriorum in Sacris Scripturis memoratus est Phul; II. *Reg. Cap. XV. Com. 19.* & I. *Paralip. Cap. V. Com. 26.* Is aquilinis suis unguibus Gentes sat longe distantes laceravit, ut ex locis citatis, palam est. Regnavit juxta calculos Petavii Lib II. Part. I. *Ration. Temp. Cap. 6. 11. annos.* Ei successit Filius Tiglath vel Tilgathpilneser II. *Reg. Cap. XVIII. Com. 29.* & Cap. XVI. *Com. 7. 10.* & I. *Paralip. Cap. V. Com. 6. 26.* & II. *Paralip. Cap. XXVIII. Com. 20.* *Arbaces (inquit Prideaux Pag. 2 ) is in Scripture called Tiglathpilneser. i. e. in Scripturis vocatur Tiglathpilneser.* Monstrum! Scripturæ diserte nominant eum Regem Assyriæ; Prideaux Regem Mediæ: qui si credimus Diodoro, Justino, Eusebio, & aliis; subruta Ninive, Imperium ad Medos transtulit. Sed citat Ælianum Lib. XII. *Cap. 21. Hist. Animal.* ubi quidem Rex Babyloniorum vocatur Tilgamus, vel Tilgames. Hinc concludit Vir doctus, si eum intelligam, hunc esse nostrum Tiglatphileser,

ser, propter aliqualem solummodo nominum similitudinem. Porro quis dixit Domino Prideaux, vixisse Tilgamum simul cum Tiglathpilneser. Erant procul dubio Reges Babyloniorum, antequam Assyriorum Imperium magnopere intumuerit; licet obscuriores: Et an Niniviticis Regibus obnoxii. Quid nī Tilgamus poterit esse unus eorum, si quid sit verum in tota Historia; nam Ælianus ipse pro mera Fabula habet. *Fixit (pergit Vir doctus) regalem suam sedem Nineve.* Quid audio! Arbaces Medus fixit suam sedem Nineve, quis hoc dixit vel somniavit? *Belesis (inquit) est idem cum Nabonnassare. — qui in Sacris Literis appellatur Baladan.* Itane? certum est si unquam Belesis iste vixerit; obiit multos Annos ante Baladanum; quod Diodorus, & Justinus collati cum XX. Cap. II. Reg. & Isaia. Cap. XXXIX. abunde demonstrant. Immo omnes hoc agnoscunt; vide Petavium Part. I. Lib. II. Cap. 4.

§. III. Eruditissimus Marshamus, Pag. 479. dubitat an fuerit idem cum Phul, an diversus. *Postea (inquit) Anno Templi 232. Cis-euphratensibus Regionibus inclavit Phul Rex Assyriorum; qui Mercede conductus, confirmavit Menahem in Regno Israelis. Anno Templi 260, Teglat-Phul-Asar (sive is alius sive idem) Rex Assyriorum, Damascenum Regnum excidit. Sed constat ex 26. Com. V. Cap. I. Part.*

I. Paralip. Phul & Tiglathpileser Reges  
fuisse plane diversos: quamdiu autem Tig-  
lathphileser regnaverit, non constat. Nam  
Chronologi de Annorum numero minime con-  
sentiunt. Ei successit Fillus Salmanassar, quem  
Eusebius male confundit cum Senacheribo.  
*Decem tribus, (inquit) Num M.CC. LXX.)*  
*qua vocabantur Israhel, & erant in parte Sama-*  
*ria, victa a Sennacherib, qui & Salmanassar*  
*Rege Chaldaorum, translata sunt inter Montes*  
*Medorum.* Sed ex Scripturis constat Sal-  
manassarem, & Senacheribum fuisse diver-  
sos Reges: & quamvis ambo dominati sunt  
Chaldæis, proprie tamen loquendo, Reges  
Assyriorum fuerunt non Chaldæorum. Ut  
hic geminus Lapsus sit, magni Chronolo-  
gi, ut a magno Scaligero notatum est. Lon-  
ge gravissimus tamen est Lapsus Syncelli  
Pag. 205. Σαλμανασαρ (inquit) δὲ καλῶς  
ἂν, ὁμαί, νοηθεῖν αὐτὸς οὗτος, ὁ ἀπὸ Ἀρβά-  
κου Βασιλεύων Ἀσσυρίων καὶ Μηδων, ὃς ἦν  
τῶν Ἀσσυρίων, μὲν ἀρχηγός. ὑπὸ δὲ τὴν  
ἡγεμονίαν ἀρτί κατὰ τεταγμένος. *Salmanasar*  
*porro ille, de quo hic frequentior memoria, non*  
*absurde, me quidem Iudice, qui ab Arbace*  
*Assyriorum moderator institutus est & cætera ut*  
*supra.* Hoc equidem est Bellum Sacris Li-  
teris indicere. Idem Syncellus Pag. 208.  
opinatur Nabonassarum eundem esse cum  
Salmanasare Ναβονάσαρος δ καὶ Σαλμανασ-  
αρ ἐν γεὰ Φῇ λεγόμενος ἔτη κ. ε. *Nabonaf-*  
*sarus qui & Salmanasar in Script. vocatus reg-*  
*nauit.*

navit *Annos 25*. Hæc scripsit ductus ut res-  
 or, eo quod quædam literæ in utroque no-  
 mine sint eædem: nam nullum fuæ sen-  
 tentiæ affert argumentum. Marthamus ubi  
 supra opponit se Syncello: dicit *Salmana-*  
*sarem esse Nini Regem*, quod verum est; &  
*Nabonassarem Babylonis*, quod non nego.  
 Sed certe obnoxius erat Salmanassar. Anno  
 12. *Nabonassari* (pergit Marthamus) *Salmanas-*  
*sar Rex Assyriorum cepit Samariam*: eodem  
 capite, (viz. II. Reg. Cap. XVII. Com. 24.)  
*Rex Assyriorum in Samariam traduxit colonos*  
*de Babylone*. Non autem inde sequitur *Sal-*  
*manassarem Babylonis Regem fuisse*. Quare a-  
 mabo? Nam ait, ex *Ejdra* discimus, coloniam  
 illam non a *Salmanassare* deductam esse; sed  
 ab *Afarhaddone*; qui fuit etiam *Rex Baby-*  
*lonis*. Papæ! potuitne *Salmanassar* dedu-  
 cere Coloniam in Samariam, & tamen *E-*  
*farhaddon* postea novum supplementum ad-  
 dere; magna (ut credi par est) parte pri-  
 orum Colonorum a Leonibus devorata: vel  
 quod verius puto, potuit unus idemque Rex  
 duo nomina habere, *Salmanassar*, scilicet  
 & *Efarhaddon*. Et longe probabilius est  
*Cuthæos* istos, voluisse mentionem facere  
 primi Institutoris & Fundatoris Colonix Sa-  
 maritanæ, quam Regis alicujus posterioris,  
 qui novum supplementum addidit.

§. IV. Porro non potest negari *Salmanas-*  
*sarem fuisse eum, qui vinxit Hofschæam*; &  
 cepit

cepit Samariam. Deinde a Com. 6. ad Com. 24. Sacer Scriptor graphice depingit peccata & vitia, propter quæ Israelitæ ejecti sunt instar Parenthetæ. Deinde resumit inchoatam telam: narratque reliqua quæ Rex Assyriæ Salmanassar egerit erga terras Israeliticas, quo nimirum Incolas traduxerit, & quos in eorum locum substituerit. *Sed Israelitas transportavit in Civitates Medorum, & in alia loca iis vicina.* Et nemo, ut opinor, sanus affirmabit traductos fuisse Israelitas a Rege Assyrio; in Civitates vel Terras quæ ipsi Assyrio non parebant. Insuper apparet idem ex verbis Legatorum Senacheribi II. Reg. Cap. XIX. Com. 11. *Ecce tu audivisti id quod fecerunt Reges Assyria omnibus aliis Regionibus internecioni devovendo incolas earum: & tu eripereris?* Nam quanquam hæc thrasonice dicta sint, verus eorum sensus est, Reges Assyriæ multas regiones, ab Assyria longe distantes, subegisse: Et certum est Mediam esse ei admodum vicinam. Confirmatur ex verbis ipsius Hezekiæ Com. 17. *Verum est Jehova: vastaverunt Reges Assyria Gentes illas, & Regionem earum.* Hæc ut confido, demonstrant Reges Assyriæ, per ea tempora dominatos esse Mediæ, addo, & Babylonis. Opponit se Scaliger, præludens Marthamo: Nos (inquit Emendat. Temp. Pag. 370.) diimus, aliud esse, ex Babylonia deducere Colonias, aliud ex Urbe Babylone. Nam potuit partem

F

quamdam



quandam *Babylonia* obtinere *Salmanassar*, cum tamen non fuerit *Rex Babylonia*. Sed ubi amabo? est talis distinctio & divisio *Babyloniæ*, vel in *Sacris* vel in *Prophanis Literis*? affirmo in neutris reperiri. Commmentum est *Viri*, alioquin maximi: *Nebuchadnezzar* ejusque successores erant *Reges Babylonis* sive *Babyloniæ*; sic de singulis dicitur *Isaiæ* Cap. XIV. Com. 4. מלך בבל sed certum est hac phrasi intelligendam esse non solum Urbem *Babylonem*; sed integram *Babyloniæ* sive *Chaldææ* Regionem: Quæ in veteri Testamento *Hebraico* semper nomine בבל venit vide *Dan.* Cap. I. Com. 1. *Psal.* CXXXVII. 1. sed ad hæc refutanda satis superque mox dictum. De hoc Rege *Salmanassare* pauca habemus, præter ea quæ sunt in *Sacris Literis*. *Josephus* Lib. IX. Cap. 14. quidem scribit ex *Menandro*, cum plures Annos bellum gessisse cum *Tyriis*; & commisso navali prælio victum fuisse. Quamdiu regnaverit, non certe scimus. Sat certe tamen scimus *Senacheribum* fuisse ejus Filium, quod constat ex *Isai.* Cap. XXXVII. Com. 12. An eripuerunt eas *Dii Gentium*, quas perdididerunt *Patres mei*? *Perfidus* erat ille *Tyrannus*, & ruptis fœderibus *Judæam* contra *Jus* & *Fas*, & suam fidem, invasit. De miraculosa clade ejus copiis inflicta, & *Ægyptiorum* turpissima perversione *Sacræ* hac de re *Historiæ*: superius disseruimus. Dum *Judeam* vastat,  
fama

fama adventantis Tirhacæ, ab oppugnatione Hierosolymæ revocatur. *Qua fortuna (inquit Marshamus Pag. 483) cum Tirbaka congressus sit Senacheribus, non liquet.* Sed quod unquam congressi sint, Vir doctus probare, non pro confesso assumere debebat. Prideaux autem Pag. 24. eos non solum congressos, sed insuper Tirhakæ insignem illatam fuisse cladem, scribit: Et sententiam suam ex *Isaia* Cap. XVIII. & XX. probare contendit. Magnopere tamen dubito, an res ita se habeat: Nam in toto Contextu Senacheribi historię, illius cladis ne γὰρ quidem. Porro ex II. Reg. Cap. XIX. Com. 35. omnino apparet, statim post illas blasphemias literas Hezekiæ traditas; & post Dei responsum ad Hezekiam per Isaiam de Senacheribo redditum: Plagam illam ab Angelo inflictam fuisse *יהי בלילה ההוא* Et *suit in hac ipsa Nocte* inquit Sacer Scriptor &c. Jam certum est ad primam famam Tirhakæ persequentis, nimirum ipsum a Pelusio redeuntem; missas & lectas fuisse istas literas: & brevi post Divinum datum responsum. Nullum igitur Tempus erat Senacheribo, ante cladem exercitus sui, Tirhakæ occurrendi; & certum est Senacheribum ei non occurrisse postea.

§. V. Sed quando inquires, vel a quo Rege Assyriæ vastata erat Ægyptus; atque illæ Prophetiæ Cap. XVIII. & XX. *Isaia* expressæ

expressæ, impletæ erant? Respondeo minime mihi certe constare: nec sententia quam hac in re teneo, ea difficultate gravatur, quum sit in confesso, ordine Chronologico *Isaia* Prophetias non haberi; sed in multis earum *Hysteron-Proteron* comparere. Si licet tamen afferre conjecturas nostras, opinor Prophetiam Cap. XX. relatam (nam quod ad XVIII. spectat, non clare constat, quas Gentes respiciat) impletam per *Salmanasarem*. Ille enim postquam subegerit *Samariam*, atque totam terram decem tribuum: *Invasit quoque* (ut scribit *Menander* apud *Josephum* Lib. IX. Cap. 14.) *Phanice*, eaque potitus est tota, præter *Tyrum*, & quamvis navali pralio ab eis victus sit: *Revertens autem* (pergit *Josephus*) *Rex Assyrius*, custodes ad fluvium & aqueductus disposuit, qui aquari *Tyrios* prohiberent: quod cum per continuos quinque Annos fieret, coacti sunt, effossis puteis, inde se sustentare. Durante hoc quinquennio ut mihi videtur, resectis navibus, cum classe invasit *Ægyptum*; atque littorales potissimum ejus partes, horrendum in modum vastavit; atque *Ægyptio* ad congregiendum non satis parato, pluribus Captivis abductis, quibus cum maximis divitiis classe impositis, eadem via in *Syriam* regressus est: Vel terrestri itinere aggressus est *Ægyptum*, illamque vel bonam partem ejus, capta *Pelusia*, vastavit. *Ægyptius* tamen recuperatis Viribus, & recepta *Pelusia* clave *Ægypti*,  
*Assyrium*

Afsyrium suo Regno expulit. Vel Afsyrius distractus & avocatus alis bellis, sponte Ægyptum, prius vastatam tamen, reliquit. Nam repeto me neutiquam dubitare, quin durante hac quinquennali obsidione, Tyri vastatio illa a Propheta prædicta, contigerit. Nam nullum aliud tempus ei conveniens mihi apparet. Ad hanc vastationem puto Rabshakah respiciens, *Ægyptum fractum calamum* appellat; innuens si quando Rex Afsyriæ ipsius Dominus Ægyptum bello adoriretur, non plus profuturum Hezekiæ, quam Sous sive Sabaco Hosheæ Israelitæ profuerit 2. Reg. Cap. XVII. Et ut obiter hoc observem, hanc sentio fuisse causam, cur Salmanassar invaserat Ægyptum; nimirum quod Sous ipsius clientem, suis promissis ad rebellionem contra Afsyrium impulsit. Sed Prideaux putat a Senacheribo, in Ægyptiaca hac expeditione, captas & destruktas fuisse Ægyptiacas Thebas, sive No-ammon; cujus clades memoratur a *Naumo* Cap. III. Com. 8. & sequentibus. Sed longe verisimilius est hanc cladem illatam fuisse No-ammoni a Sabacone Æthiope; qui ut refert Eusebius, cepit Bocchorim, & vivum eum cremavit. Aio hoc longe verisimilius esse, quoniam testibus Herodoto Lib. II. Cap. 141. Josepho Lib. X. Cap. 1. Senacheribus nequaquam potuit capere Pelusium: Et omnibus notum est, sine Pelusio in potestatem redactio, exercitum vix & ne vix posse

F. 3.

intrare

intrare Ægyptum; terrestri itinere.

6. VI. Jam ut absolvamus Senacheribi negotium, reversus est confusus Niniven: ubi in Templo Nisroch a Filiis suis interfectus est; qui fugientes ad Armeniam, dubio procul non quieverunt: Sed Efarhaddoni Fratri ut videtur minimo, qui Patri successit in Regno; abunde negotii faceffiverunt: multis quibus novus Rex aut rerum conditio, non placebat, sese ad eos aggregantibus. Atque istud vulnus ut credi par est; Assyriacæ Reipublicæ nunquam coaluit. An is Efarhaddon sit idem cum eo memorato *Ezr.* Cap. IV. Com. 2. dubitatur. Sed nobis videtur in loco *Ezra*, non Senacheribi Filium, sed Patrem Salmanassarem intelligendum esse: quem binominem esse vero haud dissentaneum est. Nam censemus Senacheribi Filio non suppetisse otium, transferendi novos Colonos in Palestinam, ob turbas domesticas, nec forsan opus fuisse, cum Avus ejus Salmanassar copiam Colonorum illuc traduxisset. Existimamus igitur cum Josepho Lib. XI. Cap. 2. Cuthæos & Socios, non Filium sed Patrem Senacheribi; in Samaritidem transtulisse. Βαλλομένων (inquit) τῆς θμελίας τε ναόν, καὶ περὶ τὴν οἰκοδομήν αὐτῶν λίαν ἑσπεδακόντων, τὰ περὶ ξέθνη, ἢ μάλιστὰ τὸ χεθαιων, ἕς ἑκ τῆς περσιδὸς ἢ μηδικῆς ἀγαγὼν σαλμανασσάρης ὁ τῶν Ἀσσυρίων Βασιλεὺς κατέκτισεν ἐν Σαμαρείᾳ, ὅτε τὸν τῶν

τῶν ἱσραηλιτῶν λαὸν ἀναστὰς ἐποίησε. *Hic dum Templi fundamenta jaciunt, & in hoc edificando toti sunt, circumfinitimæ Gentes, præcipue Cuthæi, quibus olim e Perside ac Media traductis Salmanassar Assyriorum Rex in Samaria Israelitis inde sublati, novas sedes dederat.* Marshamus pag 483. eumque secutus Perizonius in *Ægypt: Antiq. Cap. XIII* putant expeditionem ab *Isaia Cap. XX.* memoratam, factam ab Efarhaddone Filio Senacheribi. Atque hoc ut probet Perizonius, ita scribit: *Neque vero Senacharibus inter Deos urbium, qui nihil juverint suos populos contra ipsum, usquam Deos Asiodi, sicut Deos Chathamæ, Arphadi, Zepharvajimorum, Samariæ &c. memoraverat. Non fuit ergo Sargon ille Senacharibus, sed potius ut censuit jam Marshamus pag. 483. 484. Efarhaddon. Hæc ille. sed eis nostram sententiam, minime labefactari autumamus. Nam constat, Josepho teste, Salmanasarem totam Phœnicem & proinde ipsius urbes excepta Tyro, cepisse. Sed nullius harum meminerunt faciæ Senacheribi, sed solummodo quarundam aliarum quas rati sunt forte Hezekiæ minus notas; utpote plerumque remotiores, quarum ignotis & minus congruis nominibus; Regem terrere satagebant. Hæc quæ citata & alia ejusmodi, utinam eruditis Viris nunquam excidissent: magis tamen miror Marshami sequentia verba ' Postquam Babylonii per annos octo sine Rege vixissent*

sent, deficiente forsan stirpe Regia; Rēx hic, ea opportunitate fretus, Babylonem occupat, & utrumque Assyriorum Regnum (quod a Nabonassari tempore duplex fuerat) in unum redigit. Hoc dico mirum est, nam revera unum Imperium post mortem Senacharibi, in duo distractum est; non duo in unum redacta. Sed superius hanc Martham sententiam, ex XVII. Cap. 2. Reg. abunde convehimus: & in sequentibus clarissime quoque revincetur. Post hunc licet aliquandiu Ninive forsan regnatum sit, nihil tamen de his Assyriacis, seu Niniviticis Regibus Literis mandatum est. Objicitur Com. II. XXXII. C II. Paralip. Adduxit Jehova contra eos (Judæos nimirum) Principes exercitus qui erat Regi Assyria, &c. Sed pace doctiorum hic intelligo Babylonios, nam hos Assyriorum nomine venire Genes. Cap. X Com. 10. & Micha Cap. V. Com. 6. una collata, abunde nos doceri videntur. Immo ipse Canonis Ptolemaici titulus, bene perpendiculari, luculenter evincit. Et Josephus Lib. X. Cap. IV. ὡς γὰρ (inquit) τοῖς αὐτοῖς ἐπέμεινον, ὥλεμον ἐπ' αὐτοῖς ἐνὶ ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, καὶ τῶν βαβυλωνίων καὶ χαλδαίων βασιλέως. Cum enim in iisdem perseverarent moribus, Hostem illis Deus immisit Regem Chaldaeorum & Babylonia. Porro si fuissent Ninivitici seu Assyrii proprie dicti; procul dubio Niniven, haudquaquam Babylonem, o-vantes Manassē duxissent. Insuper manifestum

festum est ex multis Scripturæ locis, tempore Manassæ captivitatis, atque sequentibus temporibus, Babylonios, non Assyrios, rerum in oriente fuisse Dominos, saltem præ Niniviticis caput efferre cæpisse. Dicitur quidem Pharaoh Nechoh ascendisse contra Regem Assyriæ; 2. Reg. XXIII. 29. sed ibi per Regem Assyriæ Regem Babylonie intelligendum esse, hoc idem Caput atque sequentia aperte clamant: Et post hanc Manassæ captivitatem, Babylonium omnia, Niniviticum autem nihil gessisse, in Scripturis legitur.

## C A P U T V.

### *Imperium Babylonicum & Medo-perficum.*

§. 1. **L**iquescente igitur sensim Regno Assyriaco, post internecionem illam cladem, Babel cristas erigere cæpit. Et Rex ejus Merodach seu Bero-dach Baladan, cum Hezekiam ægrotasse, & postea confirmatum audivisset: ad eum Legatos & munera misit. De hoc Hezekiæ morbo quæritur, an ei ante vel post Fugam acciderit. Eruditus Prideaux pag. 20 prius affirmat, sed posterius nos ob sequentes rationes. Imo in omnibus tribus Scripturæ locis, nimirum *Poster. Reg. Cap. XX. poster. Paralip. Cap. XXXII. Isaiæ Cap. XXXVIII.* refertur historia de morbo, post historiam



historiam Fugæ Senacharibi. 2do In tota oratione Hezekiæ, nulla mentio ingruentis Assyrii, nulla contra eum ad Deum supplicatio. 3tio Totus contextus XXXIX Cap. *Isaia*, & parallelorum locorum, clamant tempus illud fuisse plane pacis, & libertatis: nulla tunc imminente calamitate. Verum est potuisse Hezekiam vereri; ne Assyrius licet tunc fractus, reparato exercitu reverteretur. Ideoque eum solatur Propheta contra hunc metum *Isaia* XXXVIII. ver. 6. Lubens tamen fateor, haud spernendo argumento motos esse oppositæ sententiæ vindices: nimirum quod eis isthoc pacto videatur tempus esse nimis angustum, ad peragenda ea, quæ Senacherib fecisse dicitur, ad ipsius fugam. Sed reponimus Senacheribum intrasse potuisse Palæstinam, sub ipsum initium anni 14. Hezekiæ: vel aliquot menses 15. anni elapsos fuisse, priusquam Propheta nuncium salutis attulerit. Hoc dicendo non adversamur Scripturis, quæ fractiones ejusmodi negligere solent. Denique tum Josephus, tum Hieronymus hac in re nos suffulciunt. Nam ille, postquam Historiam Angelicæ cladis, absolvisset Lib. X. Cap. 3. addit Εζεκίας δὲ ὁ Βασιλεὺς παραδόξως ἀπαλλαγεῖς τῶν φόβων, χαρισθεῖς ἐς σὺν ᾧ παντὶ τῷ λαῷ θυσίας ἑπέτελεσε τῷ Θεῷ. &c. *Ezekias autem prater omnem opinionem liberatus periculo, vota pro incolumitate Deo persolvit, quandoquidem manifestum erat*

erat hujus solius ope hostem partim peste deletum, partim metu similis exitii ab oppugnatione urbis absterritum. Dumque totus circa Dei Cultum occupatur, paulo post in gravem morbum incidit, ita ut a Medicis pro deplorato haberetur. Hieronymus in XXXVIII. Isaia Ne ( inquit ) elevaretur Cor Ezekia post incredibiles triumphos, & de media captivitate victoriam : Infirmirate Corporis visitatur. Sed hæc obiter. Revertamur ad Esarhaddonem : videtur ille ejusque Successores, si quot habuerit, nec bello nec consilio unquam clauisse : Sed indies Gentibus iis prius subditis deficientibus paulatim emarcuisse, donec tandem eorum Arx Ninive destrueretur.

Adstipulatur Josephus l. c. ἐν τῷ τῷ χρόνῳ, συνέβη τῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχῇ ὥς μὴ δύναιτο καταλυθῆναι. Circa eadem ferme tempora Imperium Assyriorum per Medos dissolvi contigit. Et Cap. VI. Nechos Ægypti Rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphratem duxit contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum Imperium everterant, volens sibi Asia Regnum quarere Atque hæc Josephi Sententia, omnino quadrat cum illa Herodoti Lib. I. Cap. 95. nimirum quod Priami Medi ab ipsis deficere ceperunt ——— Post quos & alia Nationes idem fecerunt quod & Medi. Nil plane est in Herodoto, quod probat eum de alia defectione ab Assyriis loqui; quam illa de qua jam loquimur : meminuit ille quidem Sardanapali, Lib. II. Cap.

150. Sed ita ut quando vixerit ille Princeps vel quotus in ordine fuerit; prorsum fileat solummodo eum regnasse Ninive, divitem fuisse, & ejus divitias Fures sustulisse: innuit Historiographus.

§. II. Perdoctus Marshamus, pag. 483, 484. scribit hunc Esarhaddonem esse eundem cum Afsaradino, in canone Ptolemæi memorato; eumque Babyloniam recuperasse, & misisse Duces qui ceperunt Manasse, & in his firma est concordia (quæ alioquin rarissima est) inter eum & Perizonium. Nam hic *Origin Babylon: Cap. VI.* affirmat *Babylonem, paulo post Legatos a Baladine, ad Hezekiam missos; recidisse per Esarhaddonem Assyrium, iterum in potestatem & Ditionem Assyriorum.* Istud pernegamus. Sed probare nititur ex eo, quod nomen conveniat. Sed nulla est sequela: Rex Judæ & Rex Israelis *post. Reg. Cap. XIII.* habuere unum nomen, & regnabant eodem tempore, minime tamen unus homo erant. *tempus* (pergit Vir doctissimus) *convenire deprehendet, qui in canone Ptolemaico ab initio Nabopollassar retroversus computabit annos usque ad initium Afsaradini, & similiter in S. Scriptura a mediis annis Josia, cujus tempore regnare capit Nabopollasar, usque ad medios annos Manassis, qui tempore Esarhaddonis Regis Assyria ductus est Babylonem.* Sed imo Rationes fui computi summum Virum fallunt

sunt. Nam inter initium Nabopollasari, & initium Afsaradini, sunt anni 55. inter medium autem Josiæ Regni, & medium Manassis nisi 45. 2do Qui norit Vir Consultissimus Manassem, omnino in medio Regni sui captivum fuisse ductum. 3tio Qui constat Efarhaddonem Niniviticum, solummodo 13 annos regnasse nisi prius probetur eum eundem esse cum Afsaradino canonico: quod nullis argumentis evictum est. Nam objectionem ex poster. Paralip. Cap. XXXVI Com. 11. & ex Ezra Cap. IV. supra dissolvimus. 4o. Efarhaddon Niniviticus cæperat regnare 15. vel saltem 16. anno Hezekiæ, quod nemo qui Sacras Literas attente legit, ne ad dam Tobitum, inficiabitur. Sed Afsaradinus non potuit sublevare in Solium, ante vigesimum septimum Manassis, ut conferenti Canonem cum Sacris Literis, constabit. Ergo Efarhaddon Niniviticus, & Afsaradinus canonicus, necessario diversi sunt. Sed jam cum in mentionem hujus Canonis incidimus; potest quæri cur non ille Canon sit productior, annis multo altius numeratis: quam habet Ptolemæus. An ignarus erat Astronomiarum observationum, quas Callisthenes misit ad Aristotelem? Quod Canon non sit productior, hanc rationem tradit Syncellus, pag. 207. ex Beroso & Polyhistore nimirum Να-  
 βονάσαρος συναγαγὼν τὰς πράξεις τῶν περὶ  
 αὐτοῦ Βασιλεῶν, ἠφάνισεν, ὅπως ἀπ' αὐτοῦ ἡ  
 καταριθμῆσις γίνεταί τῶν χαλδαίων βασιλε-  
 ῶν

6v Nabonassarum collectis priorum Regum gestis, qua ratione posteriorum Chaldaeorum Regum enumeratio a se inciperet, edixit. Verum in locus est conjecturis, autumem Nabonassarum fuisse primum qui Regis titulo vel verius Proregis ab Assyriis ornatus est. Et cum Baladan, quem unum ex posteris Nabonassari fuisse reor, excussit Assyriorum Jugum, Canonem hunc fuisse factum, & per succedentes Reges continuatum; ut memoriam suæ Familiæ & Originis conservarent. Confirmantur hæc me arbitro, ex *Isai. Cap. XXIII. Com. 13. En Terram Chaldaeorum iste Populus non fuit* &c. Nam cum Babylon haud modico tempore fuisset deserta & neglecta, propter eluviones aquarum: Tandem prævalentes Assyrii, aquis alio. derivatis, aptam habitationem hominibus reddiderunt, ut haberent commodam stationem נַבִּיבִּי *Navibus suis*: Et Nabonassarem, quemdam ut videtur ex Chaldæis, Proregem sive Præfectum, in his locis constituerunt. Jam autem in Canone, omnes anni ab initio Nabonassari ad finem Nebuchadnetzaris sunt 186. qui retro numerati recurrunt ad tempus Achazi, vel haud multo ante, vel post: Quo tempore Assyrii omnia per Orientem subigebant. Utcunque res se habet, nullus est Rex ante Nabocollassarum seu Nebuchadnetzarem, quem constat sub nomine canonico in S. Scripturis reperiri; dicunt Mardokempadum in sacris literis nominari Merodach

rodach, sed nescio an tempora conveniunt. Baladan quoque habet aliqualem gracilem similitudinem cum Belibo: sed talibus non fidendum est. Certum est tamen mihi Baladan, memorari in Canone: sed sub quo nomine me latet. Eum Grotius in Cap. 38. *Isaiæ Medum fuisse dicit*; eodem sane jure Belgam, vel Gallum, fecisset. Opinor chronicon omnium Regum quos Canon numerat scriptum fuisse; sed periisse ante Berosum. Quod de Callisthenis collectione dicam, non habeo; nisi quod forsan Ptolemæi diligentiam fugerit. Sed quamvis hæc Callisthenis collectio, atque multæ procul dubio observationes hujusmodi; Rubigine temporis edacis amissæ sunt: Est tamen quod summe gratulemur Christiano nomini, ob hunc canonem nobis relictum. Nam non solum connectit Sacram & Profanam historiam. Sed insuper duorum Regum Nabocollasari i. e. Nebuchadnetzaris, & Iluaro dami nomina comprehendet; quæ raro omnino reperiantur.

§. III. Sub Nebuchadnetzare vel Patre Nabopollasare, vel ambobus conjunctis, impletæ sunt tremendæ illæ minæ quas *Nam & Zephaniab* adversus Niniven detonerunt. Hanc cladem non potuisse infligi Ninive, ante horum Principum tempora, probat Zephaniæ triste vaticinium adversus eam qui tempore Josiæ floruit: nec multo post, quia

quia constat omnino Niniven ante Gyrum fuisse subversam & excisam, ut Niniven in ipsa Ninive quæras, juxta prophetiam *Nachumi* Cap. I. Com. 8. Sed quis sub Deo ingens opus hoc perfecerit, disputatur acriter.

§. IV. Niniven Sardanpalæam hætenus dispunximus, ut solummodo Ninive in *Libris Regum & Prophetarum* memorata, in disquisitionem veniat. Pagani Scriptores unius omnino cladis Niniviticæ meminērunt: hætenus recte, secus plures Christiani, qui sine ullo Fundamento duas fuisse credunt; unam sub Arbace, alteram de qua *Nachum* & *Zephania* vaticinantur. vide *Petavium Ration. Temp. Part. I. Lib. II. Cap. IV. & VI.* Nam S. Literæ æque ac Profanæ, semel duntaxat Ninum seu Niniven everfam esse narrant, vel innuunt. De sacris res patet, vide *Nachumum & Zephaniam*. De exoticis non minus clara res est: vide *Herodotum Lib. I. Cap. 106. Diodorum Lib. II. Pag. 80. & Justinum Lib. I. Cap. III. & Strab. Lib. XVI. Pag. 737.* Ἡ μὲν ( inquit ) ἐν Νῖνος πόλιν, ἡφανίσθη παρ' ἐκχέῃμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων καταλύσιν. *Ninus post everfos Syros, extemplo deleta est.* Sed de tempore hujus destructionis, Profani Scriptores nec conveniunt inter se; nec cum Sacris Scripturis. *Herodotus Cyaxarem Authorem hujus cladis facit: alii tamen Arbacem*

bacem, qui haud parum temporis, ante Cyaxarem vixisse dicitur. Propius vero tamen, quam reliqui accedit Herodotus: Nam quum Zephania qui floruit regnante Josia, vaticinatur de istius Urbis ruina ut re futura; non potuit illa contigisse multo ante Cyaxaris tempora. Sed jure quaeritur per quem vel quos, diruta sit Ninive? Ethnici pene omnes respondent per Medos, duce vel Arbace vel Cyaxare. Et quod mireris Josephus Lib. X. Cap. 3. & multi oscitantes Christiani, adstipulantur. Nam Scriptura teste, longe lateque per illa tempora, primum Nabopollassar, deinde filius Nebuchadnetzar, cum Chaldæis suis per orientem dominati sunt. Nequaquam igitur verisimile videtur, Medos fuisse præcipuos Authores Niniviticæ everisionis: quod Josephus ex parte vidit. Nam Lib. X. Cap. 6. ait *Medos & Babylonios, everisse Assyriorum Imperium*. Atque Author *Libri Tobiti* Cap. ult. Com. ult. scribens de Tobija, filio Tobiti hæc habet. *Et audivit antequam moreretur perditionem Ninives, quam cepit Nebuchadnetzar & Assuerus; itaque ante mortem de Ninive latatus est*. Sed præ reliquis, insignem locum, ex Polyhistore conservavit Syncellus Pag. 210. *Chaldaorum Rex 16 Nabopolassar Pater Nabuchodonosor annis 21. & ut alii sentiunt, annis 25. Mundi vero 4867. τουτου (viz. Nabopolassarum.) ο Πολυϊστορ Αλέξανδρος Σακεδανά-  
G. παλου*



παλον καλεῖ ὠμψαντα πρὸς Αστυάγην σα-  
 τράπην Μηδείας, ἢ τὴν θυγατέρα αὐτου Α-  
 ρωίτην λαβόντα νύμφην εἰς τον ὕδον αὐτου Να-  
 βουχοδονοσορ, ουτος στρατηγὸς ὑπὸ Σάρακος  
 του χαλδαιου Βασιλέως σαλεύς, κατὰ τε αὐ-  
 τε Σάρακος, εἰς Νινὺν ἐπιστρατεύει δι τὴν ἔΦ-  
 σον πτοηθεῖς ὁ Σάρακος, ἑαυτον συν τοῖς βα-  
 σιλεῖσις ἐνέπερησεν, ἢ την αρχὴν χαλδαιων  
 ἢ βαβυλωνος παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Νάβοπολά-  
 ρος, ὁ τῷ Νάβοδονόρῳ πατήρ. ‘ Hunc  
 ‘ Sardanapalum vocat Polyhistor Alexan-  
 ‘ der, qui ad Astyagem Mediæ Satrapam  
 ‘ miserit, & filiam ejus Aroitem uxorem fi-  
 ‘ lio suo Nabuchodonosor sumpserit. Hic  
 ‘ traditis sibi copiis a Saraco Chaldæorum  
 ‘ Rege præpositus, in Saracum ipsum &  
 ‘ Niniven civitatem arma vertit: cujus im-  
 ‘ petum & adventum veritus Saracus, incen-  
 ‘ sa regia igne se absumpsit; Imperium ve-  
 ‘ ro Chaldæorum & Babylonis collegit (*vel*  
 ‘ *accepit*) Nabopolasarus Pater Nabucho-  
 ‘ donosor. In hoc memorabili fragmento,  
 plura notari possunt. 1<sup>mo</sup> Quod Nabopo-  
 lasar vocetur Sardanapalus: Nam hoc no-  
 men alicui Principi Assyriaco, non autem  
 Chaldaico tribui solet, Sed commune forsan  
 erat pluribus Principibus Orientis. 2<sup>do</sup> Quod  
 Saracus videatur, vel in Nominativo vel  
 in Genitivo corruptum esse. 3<sup>tio</sup> Quod vi-  
 deatur omnino falli Polyhistor, cum scribit  
*Fidei Regis Babylonii commissum a Rege*  
*Ninives exercitum*; cum multo antea Babylon

& Ninive separata Regna fuissent. Cæterum hoc est prætiosissimum κειμήλιον, divina Providentia ereptum voracibus temporis faucibus: Nam in tempore cladis Ninives Scripturis egregiè concinit; vide Zephan. Cap. II. Præterea docet nos Satrapam Mediæ, inferiorem fuisse Regi Babylonix; quod itidem Scripturis admodum consonum est. Denique nullatenus dubito pro Χαλδαιον & Χαλδαιων; Ασσυρια & Ασσυριων, legenda esse. Sed de his meis Animadvertiunculis, quisque sentiat ut lubet.

§. V. Ostendimus jam Assyriorum Monarchiam Ctesianam, nunquam extitisse. Dispiciendum porro an Herodotæa firmiori nitatur talo: Α'σσυριων (inquit Lib. I. Cap. 95.) ἀρχοντων τῆς ἀνω Α'σιῆς ἐπ' ἑταρα ἑικοσι ἢ πεντακόσια, πρῶτον ἀπὸ αὐτῶν Μηδοὶ ἡρξάντο ἀποισσθαι. *Quum Assyrii annis quingentis viginti superiorem Asiam obtinissent, primi Medi ab ipsis deficere ceperunt.* Perdoctus Capellus in *Historia Sacra* &c. Pag. 45. Omissam putat Millenarii notam: Nimirum ut concilietur Herodotus cum Ctesia, at ne quidem audax hoc commentum rem faciet, ut conferenti Ctesiam cum Herodoto patebit. Verum perinde est, siue quingentos, siue mille quingentos; assignes huic fictitio Imperio, Utrumque pariter falsum est; Quum nunquam in rerum natura fuerit. Subdit autem Herodotus ἢ, καὶ ἑταρα  
G. 2. ἑταρα

ἔτολ' ἀεὶ τῆς ἐλευθερίας μάχεσθ' αἰμενοι &c. *Qui cum Assyriis pro libertate praeliati strenue se gesserunt &c. Ut supra.* Hinc patet non constare, quando hoc Herodotæum Assyriorum Imperium terminatum sit: & proinde nec quando initium habuerit. Sed hariolemur terminum seu finem, in idem tempus cum Ctesiano fine contigisse; nempe trecentos annos ante Cyrum: illorum quingentorum & viginti annorum, initium deprehendetur incidisse in tempus Judicum Israelis. At amabo? an ullo tempore Judicum Israelis totus continens subditus erat Assyriis. Sed pluribus non opus, nam pleraque argumenta quæ adduximus contra Ctesianam Hypothesein, hanc quoque Herodotæam confodiunt.

§. VI. Hactenus de Assyriis: Si quæras quinam his succenturiati sunt? respondent Exotici uno ore Medi. Nam omnes isti scriptores, affirmant Medorum Monarchiam; immediate successisse Assyriacæ. In hoc consentiunt Ctesias & Herodotus, licet raro alias concordēs: atque eos secuti Diodorus, Velleius Paternulus, & Justinus, Lucius Ampelius: Et alii. Et in his Claudianus *de Laudibus Stilichonis* Lib. III. v. 164.

———*Sic Medus ademit  
Assyrio, Medoque tulit Moderamina Perses,  
Subjecit Persen Macedo, cessurus & ipse  
Romanis.*

Hanc

Hanc ego conſpirationem nequaquam reor contigiffe ſine inſigni opera Cacodæmonis. Nam ſac Medorum Imperium Aſſyriaco immediate, hoc eſt nullo Imperio interveniente, ſucceſſiſſe: tunc Judæorum Babylonica Captivitas, nunquam fuit. Et proinde non contemnenda pars Sacræ Scripturæ, quæ aut hanc captivitatem prædicit futuram, vel eam fuiſſe præteritam; narrat vel clare innuit: vel tandem ejus' hiftoriam luculentam continet, falſiſſima deprehendetur. Sed celebrandum Jehovæ nomen in ſeculum, quod quamvis Pagani ſcriptores, cum harum Monarchiarum, directe & expreſſe meminerint, mentionem Chaldææ ſeu Babylonix facere non ſoleant; Divina tamen Providentia comparatum eſt, ut alias obliti ſuæ malitiæ eam ſatis clare commemorarent, ut ex Beroſo, Megathene, Polyhiſtore; & aliis hætenus claruit. Inſuper apparet ex monumentis, quæ de Medis ſuperſunt; eos vel factis non ſuperſe vulgaria Regna, vel ea quæ de iis narrantur fuiſſe omnino fabuloſa: priuſquam cum Perſis coaluerint. Dicuntur eripiſſe Aſſyriis Imperium: Sed hoc ab Herodoto negatur, niſi in libertatem ſe vindicaſſe, Imperium Aſſyriis eripiſſe interpretis. Dicuntur Niniven ſubvertiſſe. Sed id a Polyhiſtore recte Babyloiiſ adſcribitur. Dicuntur a Cteſia inter alias gentes ſubverſa Ninive, Babyloii Medis ſubjecti: vide Di-

G. 3. odorum

odorum Lib. II. Cap. 7. Sed Herodotus plane contrarium asserit; nam Lib. I. Cap. 106. ἡ τὴς (inquit) Ασσυρίης ὑποχείρην ἐποίησαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοιρῆς. Assyriosque, excepta Babylonica portione, subegerunt: nimirum *Medi*. An quæso, verisimile est, omnibus circumjacentibus Regionibus subactis, Babyloniam mansisse jugi immunem? Porro falsum est quod scribitur, in excerptis *Porphyrogenita* Pag. 426. &c. *Nanybrum Regem Babylonia omnino precario regnasse sub Artao Medo*. Putida fabula refertur de Nanybro & Parsonda Persa, contendentibus apud Medum de Regno Babyloniæ. Diodorus ex Ctesia ejusdem Parsondæ meminit: Sed de Nanybro plane nihil.

§. VII. Revertor ad Herodotum. Is numerat omnino quatuor Reges Medorum; Diodorus autem ex Ctesia decem. Primus juxta Herodotum, eorum est *Deioces*: Secundum Diodorum, seu Ctesiam, *Arbaces*. Herodotus ait *Cyrum*, *Asiyagis Medi fuisse nepotem*. Ctesias autem in excerptis a Photio; scribit *Cyrum nulla Generis propinquitate Asiyagi esse junctum*. Et in summa observat Photius Ctesiam, in omnibus fere contradicere Herodoto, *Cod.* 72. Concordes fateor in eo fuisse ambos, quod Persæ Medis per vim Imperium eripuerint Sed §. Scriptores, vetustissimo Exoticorum antiquiores,

liquiores, aliud plane innuunt; ut *Daniel* Cap. V. Com. 28. & Cap. VI. Comat. 8. 12. 15. & *Esther*. Cap. I. Com. 18. Et revera patet ex *Danielis* VIII. nequaquam violento more Medos & Persas in unum Imperium coaluisse. Nec Pagani defunt qui hac in re Sacris Scriptoribus suffragantur; qualis est Xenophon, quem si audias: constat vel conjugio, vel simili pacto, Persas & Medos in unum fuisse conflatos. Id porro liquet quod passim apud optimos Authores, Persarum & Medorum nomen pro uno & eodem usurpetur. Nam ipse Herodotus Lib. VI. Cap. 112. de Marathonia pugna loquens; hæc habet *Quippe primi omnium Græcorum (quos ipsi novimus) cursu in hostem usi sunt; ac primi sustinuerunt cernere Medicam vestem, & Viros ea indutos.* τ'εως δὲ ἦν τοῖσι Ἑλλήσι καὶ Ἰανομα τό Μηδῶν φόβος ἀκῆσαι *quum antehac vel audire nomen Medorum Græcis terror fuisset.* Et Thucydides Lib. I. p. m. 13. Μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς ἐλλάδος, ὃ πολλοῖς ἔτεσιν ὑπερον καὶ ἡ ἐν μακροθῶνι μάχῃ Μηδῶν πρὸς ἀθηναίους ἐγενετο. Tyrannis vero ex Græcia sublatis, non multis post annis Medorum quoque prælium cum Atheniensibus in campis Marathoniis est commissum. Vide etiam pag. 44. Et in Æschinis Oratione contra Ctesiphontem ἡσάν τινες κατὰ τοὺς τοῖς καιροὺς οἱ πολλοὶ υπομεινάντες χρόνον καὶ μεγάλους κινδύνους ἐπὶ τῷ Στενυῶνι ποταμῷ ἐνίκων μαχόμενοι Μηδῶν

885. *Fuere quidem eis temporibus, qui longo spatio temporis, & magnis periculis aditis, Medos ad Strymonem fluvium praelio vicerunt.*

Et Juvenal Satyr. X. Lin. 176.

*Credimus altos*  
*Defecisse Amneis, epotaque flumina Medo*  
*Prudente.*

Ecquando nomen Romanorum & Macedonum, sine discrimine pro uno & eodem usurpantur? Roma subegit Carthaginem: An Carthago amabo? pro Roma poni solita est? Atque hic observari convenit, Authores quamvis specie tenus, de quinque Imperiis, nimirum Assyriaco, Medico, Persico, Græco seu Macedonico, & Romano, loqui videantur; quatuor tamen duntaxat eos intelligere: Cum ut jam patuit, Medicum & Persicum, in unum compingunt. Observandum est porro, Paganos male Assyriacum Imperium, inter illa quatuor numerasse: quum nunquam illud subegerit Ecclesiam Dei, ad quam omnes quatuor Monarchiæ respiciunt. Certum est tamen apud me, aliquam levem & confusam auditionem Danielis Prophetiæ Cap. II. & VII. eos novisse, ut revera quatuor, nec plura nec pauciora statuerint. Fortassis etiam ex eisdem Danielis Capit. aliquid de quinto Regno, Christi nimirum, inaudierant: et proinde nunc de quatuor, nunc de quinque hariola-

ti sunt Monarchiis; adeo incerta, adeo confusa, adeo ignorantiam spirantia; deblatterarunt. Vides igitur quam acres sint pugnae inter historiae Medorum Authores, qui superfunt: Innuit Diodorus multo plures se scribente extitisse. Sed quam belle inter eos convenit, clare enarrat. ἐπεὶ ( inquit Lib. II. Pag. 83. ) δὲ διαφρονέσιν δι' μεγιστοῖν τῶν συγγραφέων περὶ τῆς μεγίστης τῶν Μηδῶν ἡγεμονίας, δικεῖον εἶναι διαλαμβανομένους τοῖς φιλαλήθους τὰς πράξεις ἰσθρῆν Βελόμενοις τὴν διαφύραν τῶν ἰσθρῶν γράφειν παρ' ἀλλήλας εἶναι. Cum de amplissimo Medorum Principatu summi Authores inter se dissentiunt, ab officio illorum qui vere res gestas commemorare volunt, haud alienum ducimus, si Historiarum discrepantias conferamus. Nil igitur Diodoro teste, nisi chaos dissentionum & contradictionum erat inter eos; qui gesta Medorum scribere aggressi sunt. Horum principuorum erant Ctesias, & Herodotus. Ex Ctesia Diodorus catalogum quendam Medicorum Regum, & praeterea pene nihil recitat: & Ctesiae ipsius Scripta, demptis quae Diodorus habet ex ejus Assyriacis, & Photius ex Persicis: omnia periere.

§. VIII. Sed Herodotus Lib. I. Historiam seu Chronicon quoddam quatuor Regum Medorum scribit; nimirum *Deiocis, Phraortis, Cyaxaris, & Astyagis*. Nam quatuor omnino Medos habuisse, a rejecto Assyriorum



fyriorum Jugo, usque ad illud receptum a Persis; non obscure innuit. Quare non extra Oleas vagabimur; si hanc Historiolam perpendamus, & in ea Obrysum a scoriiis secernere conemur. Hactenus observavimus ex Cap. 95. tempus assignatum ab Herodoto Assyriaci Imperii exordio; incidisse in tempus Judicum Israelis: quo tempore & diu postea, certum est Assyrios per exiguam ditionem habuisse: Et Israelitas, Syros, & multos alios Populos per Asiam omnino jugi Assyriaci fuisse immunes; immo ne nomen Assyriaci Imperii innotuisse.

2do. Ex eodem Capite observare licet, contradicere eum Libris *Regum* & *Chronicorum*; in quibus statim post Assyrios, Babylonios intumescences cernimus.

3tio. Pergratum fecisset Herodotus, si has Nationes quæ in libertate asserenda secuti sint Medos, nominasset.

4to. Ex nonagesimo sexto &c. nimis videtur artificium Deioeis crassum, ut posset Medos illaqueare.

5to. Ex CII. Cap. *Deioci successit Phraortes, qui oppugnans Assyrios Niniviticos cum plaraque exercitus parte periit; cum 22 Annos regnasset.* Sed id nequaquam credendum; cum constet tum ex Sacris Libris *Regum*, *Paralipomenon*, & *Jeremia*; tum externis, ut antea observatum, Nabopollasarem, ejusque Filium Nebuchadnetzarem, illo longe fortio- rem: per eadem tempora Orienti prævaluisse. Confirmatur porro ex Beroso apud

pud Josephum Lib. I. contra Apionem Pag. 1044. κρατῆσαι (inquit) δὲ Φησι τον Βαβυλωνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, ἀραβίας, &c. Dicit autem (nimirum Berojus) quod tenuerit Babylonius Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiam, universos priores Chaldaeorum & Babyloniorum Reges Actionibus suis excellens. Audito autem pater ejus (nimirum Nebuchadnetzaris) Nabulassar, quod Satrapa constitutus in Ægypto & Syria inferiore & Phœnicia rebellaret, cum non valeret jam ipse labores ferre, tribuens Filio suo Nabuchodonosori ætate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum Satrapa desertore congressus, Provinciam quæ ab initio eorum fuerat, ad proprium revocavit Imperium. 6to. Ex 102. & 103. haud admodum rationi consentaneum est, post tantam Cladem Cyaxarem qui Phraorti successit; potuisse Ninum agredi; vel Nationes quasi heri & nudiustertius subactas, adeo immemores libertatis fuisse, ut nullum negotium ei facerent.

§. IX. Sed jam subsistamus paululum, & Cyaxaris Regnum æqua lance ponderemus. Herodoto authore regnavit 40 Annos, Eusebio 32. & proinde Asiaticos Populos distinctius ordinavit, & reformavit; quod non videtur potuisse fieri admodum exiguo tempore, postquam ut dictum est tantam cladem Imperium Medicum accepisset. Deinde

inde fudit Assyrios in Prælio, & Niniven ob-  
 sedit: Ab hac obsidione Scytharum adven-  
 tu retractus, eis se objecit, & ab eis uno  
 Prælio debellatus; splendidum Asiæ Im-  
 perium amisit (ἐνθαῦτα (inquit) Cap. 104.)  
 οἱ μὲν Μηδοὶ συμβαλόντες τοῖσι Σκύθησι,  
 καὶ ἐσσωθέντες τῇ μάχῃ, τῆς ἀρχῆς κατε-  
 λύθησαν.) *quod per viginti octo Annos Scy-  
 tha tenuerunt; & longe lateque per Asiam  
 vagantes; & omnia subvertentes: Ægyp-  
 tum præterea ad suas conditiones redigen-  
 tes, & tandem a Cyaxarè & Medis Hospi-  
 tio accepti, & inebriati; interempti sunt.  
 Sed nemo sanus credet Scythas, vel sube-  
 gisse Asiam vel inde fuisse expulsos eo mo-  
 do quo Historia, vel verius Fabula rem-  
 enarrat. Nam quis credet Medos Asiæ  
 Domitores, uno congressu cum vagis latro-  
 nibus, ita cæsos & dispersos fuisse; ut  
 prorsus debellati & domiti fuerint. Nec  
 valde credibile est, Cyaxarem post tantum  
 Damnum a Scythis illatum, eos rursus in  
 Sinum recipisse. Nam ipso Herodoto Au-  
 thore, postea alia caterva Scytharum, se-  
 ditione quadam pulsa venit ad Cyaxarem,  
 supplex & recepta est; qui nefariis suis  
 factis occasionem sexcennalis Belli, inter  
 eum & Alyattem Lydum dederunt: quod  
 Synneci Cilice, & Labynetio Babylonio, Au-  
 thoribus terminatum est. Hunc Labynetum  
 Docti Viri judicant esse Nabuchadnetza-  
 rem: nam *Locus Tempus* &c. ei conveniunt.*

Opinor

Opinor ego illum Synnefin, fuisse Nebuchadnetzaris legatum, qui utrique Allyati Lydo & Cyaxari; ut ab armis discederent & amice lites componerent: denunciaret. Et ultimo omnium ut videtur, Cyaxares cum Medis suis, Ninum expugnavit: & Afsyrios, excepta Babylonia, subegit. Vide Lib. I. Cap. 73. 74. & 106. Hic Herodotus adscribit subuersionem Ninives *Cyaxari*, ut Ctesias *Arbaci*: sed ambo *Medis*. Audivimus tamen a Polyhistore eam attributam Nebuchadnetzari, & tempus convenit. Nam eum tunc longe lateque grassantem ex Sacris Literis, aliisque Authoribus discimus. Et revera quicumque leget Prophetiam *Nachumi* & *Zephania*, qui floruit tempore Josiæ; Niniven non ab alio quam a Nebuchadnetzare everti potuisse: lubens agnoscet. Accedunt Eupolemi verba apud Eusebium, *Prepar. Evangel.* Lib. IX. Cap. 39. loquentis de obsidione Hierosolymæ per Nebuchadnetzarem: hæc dicit. του δὲ τῶν Βαβυλωνίων Βασιλέα ἀκούσαντα Ναβουχοδονόσορ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἱερεμίου προμαντευθέντα, παρακαλέσαι Αστιβάργην τὸν Μήδου Βασιλέα δυστρατεύειν αὐτῷ. Quæ verba recte sic transfundi possunt. *Nebuchadnetzar Rex Babylonis, cum audivisset ea quæ Hieremias prædixerat; rogavit, vel accersivit, Astibarem Medorum Regem, ut una secum expeditionem susciperet.* Hæc si conferes cum Polyhistoris verbis, de Nebuchadnetzare supra adductis,

tamen eum non longe aberrare. Eandem rem potest Φιλομαθης discere ex Libro *Tobiti*, nam Cap. I. Comat 9. & 10. Videtur constare Tobijam natum fuisse circa Captivitatem Israelis, per Salmanasarem. Vixit autem ex capite ultimo, centum & viginti Annos; & ante mortem, paucos ut videtur Annos, audivit, de Clade Ninives: & lætatus est: tempus captivitatis Ninives videtur per plures Annos serius esse juxta Tobitum, quam Josephum. Sed fortassis ut sæpe solet Josephus, in computando tempore, non satis operæ posuit. Et fortasse e contra Tobitus natus erat, plures Annos ante Captivitatem. *Post hæc (inquit Herodotus) Cyaxares, ubi quadraginta Annis, in quibus sunt & illi, per quos Scythæ dominati sunt, imperasset, vita functus est.* Sed a ratione abhorret, tot & tanta, tantillo tempore potuisse patrari; nam vix sexcennii spatium reparandis viribus, & primo Bello contra Ninivitas, & Bello contra Scythas, eorundemque expulsionem, & denique secundo Bello contra Ninivitas: eorumque ultimo exitio relinquitur. 2do, Confidimus jam evictum esse ex fide dignis Authoribus, non Cyaxarem nec ullum Medum, sed Babylonium præcipuum Authorem hujus Cladis Niniviticæ extitisse. Sed objicit Scaliger in Eusebii Num. MCCCXCVIII. *Niniven integram stetisse ævo Ammiani Marcellini.* Et verum est Marcellinum ingentem Civitatem  
cam

adductis, cogere agnoscere Medum Babylonio, ut longe superiori fuisse obnoxium. Nec te moveat, quod Medus hic apud Eupolemum vocetur *Astibares*; & apud Syncellum seu Polyhistorum *Astyages*. Nam sufficit quod Herodoto *Cyaxares*, Ctesiae autem *Astibares*; sit penultimus Rex Medorum.

§. X. Sed ut ad Niniven revertamur. Quis dubitat si Cyaxares, seu Astibares Medus, secutus sit Nebuchadnetzarem ut superiorem ad Hierosolyma obsidenda; quin quoque eum comitatus sit ad expugnandum Niniven. Imo id asseritur in ultimis verbis Libri Tobiti καὶ ἤκαστε ὅτιν ἡ ἀποθάνειν αὐτὸν, τὴν ἀπωλείαν Νινευῆ, ἣν ἡχμαλώτισε Ναβαχοδονόσορ, καὶ Ασσύηρος, καὶ ἐχάρη ὁρὸ τῆ ἀποθάνειν ἐπὶ Νινευῆ. Rogabis quando hæc clades Ninives contigerit. Respondeo, tempus satis innotescit, cum eam per Nebuchadnetzarem inflictam esse demonstratum sit. Si quis tamen penitus subversionis ejus Chronologiam inspicere velit; hanc potest ediscere ex Josepho Lib. IX. Cap. 11. nam floruisse ait *Nachumum* tempore Joatham: & addit *Evenerunt autem omnia, quæ de Ninive prædicta sunt, post Annum centesimum decimum quintum.* Josephus quidem hic ut sæpe alibi, oscitanter omnino egit: quod hæc dixerit & non demonstrayerit. Certum est tamen

eam vocari: & forsan propter loci-opportunitatem, magna Civitas ubi olim Ninive steterat; in posterioribus temporibus condita erat, quemadmodum Seleucia haud multa milliaria ab antiqua Babylone ædificata fuit, & vocata quoque est Babylon: quod probari posset ex Lucano, Floro, & aliis. Alia quoque Urbs cis Euphratem Ninus appellatur ab eodem Marcellino; Lib. XIV. *Comagena (inquit) nunc Euphratensis clementer assurgit, Hierapoli; vetere Nino & Samosata Civitatibus amplis illustris.* Et quoque a Philostrato in Lib. I. de vita *Apolonii* Cap. 13. *Cum his profectus ad antiquam Ninum pervenit.* Varia alia oppida per Orientem Nini vel Ninives nomine vocabantur de quibus multa collegit Bochartus *Phaleg. Lib. IV. Cap. 20.* Ad hoc impellebat Homines ignorantia loci, ubi insignis Ninive steterat, & Φιλαντία quæ solet movere mortales ad arrogandum sibi, suæve Patriæ, quodcunque memorabile habetur. Aliquod ejusmodi videtur suboluisse Luciano Lib. III. Carm. 215.

*Et. felix, sic Fama Ninos: ventosa Damascus.*

Ac si dubitaret an Ninus Ciseuphratenfis fuisset Ninos quondam potentissima, & foecicissima, quamquam vulgus Hominum ita opinaretur. Sed præ omnibus miror Virum Eruditissimum ita pronunciare ausum, cum

S.

S. Literæ Nach. Cap. I. Comat. 8. 9. rotunde dixerint, fore ignotum posteris locum ejus.

§. XI. Sed pergamus cum Herodoto Cap. 107. Cujus (Cyaxaris nimirum) Regnum suscepit Astyages Filius. Et Cap. 130. ait eum regnasse triginta quinque Annos. Hunc in modum (ait) Astyages, quum quinque & triginta regnasset Annos, Regno excidit; ob ejus Acerbitatem Medi succubuerunt Persis, centum ac duodetriginta Annos, omni supra Halym Fluvium Asiæ dominati, excepto tempore quo Scythæ regnaverunt. Jam Herodotæa Series Regum Medorum, implet centum & quinquaginta Annos. Sed ἀνεφαλος est, quare parum inservit Chronologiæ. Nam si indicasset quantum temporis, fluxisset inter excussum Assyriorum jugum, atque initium Regni Deiocis; opus longe utilius nobis reliquisset. Sed hoc non præstitit, quia nescivit: quoniam nihil de rebus antiquioribus noverat, ut mox apparuit. Ctesiana Series decem Regum longior est, quippe constat annis ducentis quadraginta sex. Sed laborat eodem vitio in fine, quo Herodotæa in initio: nam ultimis duobus Regibus nulli assignantur anni. Justinus Lib. I. faraginem quandam ex Herodoto & Ctesia, permixtam confarcinat. Et Cap. 3. Post hunc (inquit viz. Sardanapalum) Rex constituitur interfecto ejus Arbactus, qui Prefectus Medorum fuerat. Is Imperium

H. ab



ab Assyriis ad Medos transtulit. Et Cap.  
 4. Post multos deinde Reges, per ordinem  
 successionis, Regnum ad Astyagen descen-  
 dit. Et Cap. 6. dicit *Medos regnasse Annos*  
*CCCL.* Unde hæc habuerit divinare nequeo.  
 Nam nec Herodotus, nec Diodorus Ctesiae  
 exscriptor, hunc numerum habet. Cantal  
 qui in usum Delphini, Justinum illustravit:  
 ait *Herodotum & Ctesiam annos 317. nume-*  
*rare.* Sed magnopere res conturgat sine  
 iudicio; nam omnes annos ab Herodoto,  
 Medis assignatos, solum 150. comperies.  
 Nec minus hac in re confusus est Eusebius:  
 de quo perdocti Marshami verba subjungere  
 non gravabimur. ‘ Herodotus (inquit Pag.  
 492.) quatuor Reges recenset, Ctesias, de-  
 cem: quo pacto non solum Medicæ O-  
 rigines, sed etiam Assyriacæ altius asur-  
 gunt. Eusebius hic Castorem ( qui Ninum  
 fecit Sardanapali, Successorem ) deserit;  
 & neque Ctesiam sequitur, neque Hero-  
 dotum; sed ex utroque hybridem *VIII.*  
*Regum dynastiam componit, prioribus*  
*quatuor Ctesiae Regibus subjungens qua-*  
*tuor Herodotæos. Canon Ptolemæi, ut*  
*mihi persuadeo, contradicit omnibus. Ti-*  
*tulus est, Πτολεμαίης κανὼν Βασιλέων Ασσυ-*  
*ριων καὶ Μηδων.* Certum est tamen omnes  
 ibi recensitos, ante Cyrum Persam esse As-  
 syrios, i.e. Babylonios, præter Nabonadium;  
 quem ego interpretor ex *Dan.* Cap. IX.  
 Com. 1. Darium Filium Asueri, qui erat

ex

ex semine Medorum: & præpositus Regno Chaldeorum, de cujus Regno ut & antecessorum, post Nebuchadnetzarem obscurissima omnia.

§. XII. Viri maximi opinantur post Belſchazarem, nullam cladem illatam fuisse Babylonio; sed eum occisum domestica conſpiratione. Dicitur is occisus ea Nocte, non Imperium Babylonium esse subverſum: Sed ego ſentio, non obſtante tenuitate Phraſews, non inde tamen conſtare, non tunc everſum fuiſſe Babylonicum Imperium, & peregrinis nimirum Medis & Perſis traditum. Omnino ſimilis eſt Phraſis Deut: Cap I Com. 4. *Postquam percussit Sichonem Regem Emoreorum, qui habitabat Cheshbbon: Hogueum Regem Baſchanis.* מֶלֶךְ שִׁיחֹן וְיֶהוּגֵעַ מֶלֶךְ בַּשְּׁחָנִי. Jam certum eſt Moſ-n non ſolum occidiſſe ipſum Sichonem, ſed ejus Regnum deſtruxiſſe: verum eſt quidem aliam vocem apud Moſen, aliam apud Danieleſem uſurpatam, eſſe. Sed me judice, nemo negare debet מֶלֶךְ & מֶלֶךְ omnino eſſe ſynonyma, & ἰσοδυναμικά. Jam de tota hac re, quæ admodum inſignis eſt: audi Hieronymum in quintum Danielis ‘ Joſephus ‘ (inquit) ſcribit in decimo Antiquitatis Judaicæ Libro: obſeſſa Babylone a Medis & Perſis, Dario videlicet & Cyro, in tantam veniſſe Baltaſar Regem Babylonis oblivionem fui, ut celeberrimum ini-

H. 2. ret

ret convivium, & in vasis templi bibere  
 & obsessus vacaret epulis. Unde potest  
 stare historia, quod eadem nocte sit captus  
 atque jugulatus: dum omnes aut visio-  
 nis interpretationisque pavore terrentur:  
 aut occupati sunt festivitate et ebrietate  
 convivii. Quod aut vincente Cyro Re-  
 ge Persarum, & Dario Rege Medorum  
 solus Darius successisse in Regno scribi-  
 tur: ordo ætatis & propinquitatis, & Regni  
 est. Darius enim sexaginta duorum an-  
 norum erat: & magis Regnum Medorum  
 quam Persarum legimus, & avunculus  
 qui prior erat jure naturæ successor Reg-  
 ni debuit numerari. Hæc, etiamsi non  
 totidem verbis Flavius habet, eorum tamen  
 medullam ab eo tradi; haudquaquam infi-  
 cias iverim.

§. XIII. Hæc consentiunt Scripturis. His  
 suffragatur Xenophon Lib. VII. de *Institutione*  
*Cyri*, qui testatur derivato alio flumine im-  
 missas copias, Urbem captam, & Regem  
 festum & choreas agentem, interfectum fu-  
 isse. Eadem Herodotus scribit, Lib. I. Cap.  
 191. nempe flumine derivato alio, Persas  
 per alveum ingressos, Urbem cepisse. γενο-  
 μεν δὲ τότε τοῖοις ( inquit ) οἱ Πέρσαι οἱ  
 ὡς ἐτετάχατο ἔω' αὐτῷ τέτῳ κατὰ τὸ ἐρ-  
 ἔειπον τῷ Ευφρήτῳ ποταμῷ: ὑπονενοστηκὸς  
 τοῦ ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, κα-  
 τὰ τὸτο ἔσησαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα. Quod  
 quum

quum ita contingeret, Persæ qui ad hoc  
 ipsum instructi erant, per alveum unde  
 fluvius Euphrates abscesserat ita ut vix  
 medium femur transeuntis madefaceret,  
 illac Babylonem introierunt. Quos Ba-  
 bylonii, si factum Cyri aut prius audivis-  
 sent aut sensissent, neque contemnentes  
 Persarum ingressum, pessimo exitio affe-  
 cissent. Nam obseratis omnibus quæ ad  
 flumen ferunt portulis, conscensisque ma-  
 ceriis, quæ erant per labra fluvii ductæ,  
 ipsi illos progressus veluti in nassa ex-  
 cepissent. Nunc ex inopinato eis Persæ  
 astiterunt: & quum capti essent qui ex-  
 trema Urbis incolebant Babylonii, prop-  
 ter ejus tamen magnitudinem non senti-  
 ebant ( ut fertur ab illis qui istic habi-  
 tabant) hi qui circa medium habitabant  
 eos captos esse. Sed quod forte dies fes-  
 tus eis esset exercendis choreis atque ob-  
 lectionibus operam dabant, donec plane  
 etiam hoc resciverunt. Atque ita primo  
 tunc capta est Babylon. Concinit Aris-  
 toteles, Lib. III. Cap. 3. *Politic.* τοιαύτη  
 ( inquit) δὲ ἴσως ἐστὶ καὶ Βαβυλῶν, καὶ πᾶσα ἥτις  
 ἔχει περιγραφὴν μᾶλλον ἔθρους ἢ πόλεως  
 ἥς γὰρ φασὶν ἐαλωμένης τρίτην ἡμέραν, ἐκ αἰσ-  
 θέσθαι τι μέρος τῆς πόλεως. *Talis autem for-  
 tasse est Babylon, omnisque, quæ Gentis potius,  
 quam urbis aut civitatis circumscriptione  
 continetur: quæ tertium jam diem capta, par-  
 tem quandam urbis non sensisse dicunt. Hic*

H. 3.

vides

vides pulcherrimam explicationem, plurimum locorum S. Scripturæ; v. g. prædictum erat *Isaia* Cap. XLV. Comat. 1. 2. *Cyros* aperiendas esse valvas, *ουλιδας*, nimirum ad flumen ducentes; quas *Babylonii* divinitus infatuati, claudere neglexerunt: Et *Jerem.* Cap. LI. Commat. 31. 32. hæc habentur. *Cursor obviam Cursori curret, & Index obviam Indici*; ad indicandum Regi *Babylonia* captam esse Civitatem ejus ab extremitate. Et ipsos angustos aditus occupatos esse, etiam stagna hostes combussisse: viros autem bellatores perturbatos esse Et Com, 39. *Incalescentibus illis disponam potiones eorum, & inebriabo eos ut exultent, sed dormient somno perpetuo, neque exsurgiscantur*, dictum *Jehova*. Hæc & similia Scripturæ loca, dum mihi leguntur atque conféro ea cum Authoribus jam citatis; exprimi nequit quantæ voluptate, quanto gaudio ilico perfundar.

§. XIV. Sed controversia movetur de hac strage *Babylonica*, quando vel sub quo Rege *Babylonis*, contigerit. Omnino censensus hanc cladem accidisse, sub *Belschatzare*. Nam etiamsi abstrahamus a divina inspiratione: permittent, ut spero, *Danieli* veracis historici fidem. Clarissime is dicit, post cædem *Belschatzaris*, *Darium Medum* adeptum esse Regnum *Babylonis*. Et deinde cernimus omnia sub hoc *Dario*, secundum *jus Medorum & Persarum*; esse transacta. Sed

Sed excipit Scaliger in *Fragmen. veterum Græcorum* pag. 17. his verbis *Cum igitur dicat Propheta Cursores & Angaros Regi missos ad nunciandum casum Urbis capta, ergo ipse Rex non solum in urbe non erat, sed & longissime ab urbe utpote in locis munitis Borsipporum, ut dictum est Commate 30. Sed nulla est consequentia; nec quidquam alicujus momenti, pro sua sententia attulit. Nam expresse dicitur copias, quæ cum Cyro conflictarunt, Rege quem ille Labynetum appellat non excepto, in oppidum, scilicet Babylonem impulsos esse. Herod. Lib. I. Cap. 190. Excipit rursus, atque hæc dicit Rursus *Commatibus* 39. 57. viz. Cap. LI. *Jeremie mentio fit epularum & festi, quod celebrabant quo tempore Cyrus urbem cepit, teste Herodoto, quod sane longe differt, re, causse, & tempore ab epulo, quo Proceres excepit Balsarus nepos Nabuchodonosori. Sed nihil horum vel probare conatur. Quod autem (ait Scaliger) dicitur Commate 63. & 64. ejusdem Capituli ita desolatum iri Babylonem, ut nullus in ea habitator supersit, plane nobis ignotum est. Respondeo nequaquam nobis ignotum est. Nam imo Magna pars eorum in prælio extra urbem cecidit. Deinde capta Civitate, ingens ut in talibus casibus fieri solet, clades accidit. 3tio Continuis diminutionibus Babylon in nihilum redacta est ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ (inquit Strabo Lib. 16. pag. 738.) ἀλγωμένη καὶ καὶ ἤρριψαν τῆς πόλεως**

λωός, τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δὲ ὁ χρόνος, ἢ ἡ  
 τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαυτά.  
 Strabonem explicat Plinius, Lib VI. Cap. 26.  
 ‘ Babylon (inquit) Chaldaicarum Genti-  
 ‘ um Caput diu summam claritatem obti-  
 ‘ nuit in toto orbe, propter quam reliqua  
 ‘ pars Mesopotamiæ Afsyriæque Babylo-  
 ‘ nia appellata est. — Durat adhuc ibi Jo-  
 ‘ vis Beli templum. Inventor hic fuit syde-  
 ‘ ralis scientiæ. Cætero in solitudinem redi-  
 ‘ it, exhausta vicinitate Seleuciæ. Minæ  
 igitur, quas Prophetæ in Babylonem deto-  
 nuerunt; quamvis per gradus, revera tamen  
 impletæ sunt. Sed opponuntur verba Bero-  
 si apud Josephum Lib. I. contra Apion.  
 pag. 1045. nimirum αἰσθόμενος δὲ Ναβωννη-  
 δος τὴν ἔφοδον αὐτῆς, ἰωάντησας μετὰ τῆς  
 δυνάμεως ἢ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μα-  
 χῃ ἢ Φυγῶν ὀλιγοστός συνεκλείσθη εἰς τὴν  
 Βορσιππονηνὸν πόλιν. *Sentiens autem Naboni-*  
*dus invasionem ejus, & occurrens cum exercitu*  
*suo, atque congressus pugna, victus & cum pau-*  
*cis fugatus inclusus est in Borsippensium Civi-*  
*tate.* Sed respondetur ex Herodoto Lib.  
 I. Cap. 190. οἱ δὲ Βαβυλωνιοὶ (inquit) ἐν-  
 στρατευταμενοὶ, ἔμενον αὐτοῦ ἕπει δὲ ἐγενετο ἑ-  
 λαυνῶν ἀγχι τῆς πόλεως, συνέβαλον τε οἱ  
 Βαβυλωνιοὶ, ἢ ἐπώθεντες τῇ μάχῃ κατέειλη-  
 θησαν ἐς τὸ ἄπν. ‘ Babylonis cum edu-  
 ‘ cto exercitu præstolantibus. Qui, ubi pro-  
 ‘ pius urbem ille promovit, cum eo con-  
 ‘ fluxerunt, prælioque fugati, in oppidum  
 compulsi

\* compulsi fuerunt. Ex his Herodoti ver-  
bis, qui multos annos ante Berofum scrip-  
sit: Patet 1. Regem quem ille *Labynetum*  
appellat, prodiisse in prælium contra Cy-  
rum. 2. Eum cum reliquis in ἀστυ, scilicet  
Babylonem, fugisse; & non Borsippen quæ  
longe ab urbe Babylone, distabat. Venia-  
mus jam ad Berofi verba, in quibus pro-  
ram & puppim suæ sententiæ; Scaliger col-  
locat. Sunt apud Athenæum Lib. XIV. Cap.  
17. Berofus ( inquit ) autem Libro Baby-  
loniarum rerum primo ad XVI. calendas  
Septembris scribit festum Saceam vocatum  
per dies quinque agi in Babylonia, in qui-  
bus mos erat ut servi Dominis imperita-  
rent, atque unus eorum educebatur ex do-  
mo Stolan Regiæ similem indutus, quem  
Zoganem appellabant. Mentionem fecit  
hujusce festi Ctesias Libro secundo rerum  
Persicarum. Scaliger, ut diximus, præten-  
dit hoc Festum Belschazaris, *Re, Causa &*  
*tempore differre ab illo quod Herodotus me-*  
*morat* Sed esto idem cum Berofi *Saceis*, re-  
vera nihil est in Belschatzaris Festo, vel  
*Re*, vel *Causa*, vel *Tempore*, quod discre-  
pat a *Saceis*. Si dicant Danielelem, meminisse  
duntaxat Festi in gratiam Magnatum a-  
dornati; non omnino licentiæ servis datæ:  
Regero, nec posse probari in Romanorum  
Saturnalibus Primores Urbis serviisse ser-  
vis: Sed duntaxat vulgares Patres & Ma-  
tres Familias. 2. Qui potest probare hoc  
Festum



Festum Herodotæum esse Saceam? Nulla-  
ne quæso præter hoc Festa, celebrari so-  
lebant Babylonii? Porro vix mea sententia  
dubitandum est, quin Babylonii propter Re-  
gem, licet inferiorem, incolumem tamen  
ex prælio in urbem, cum Parte copiarum  
reversum, lætas choreas agitaverint. Præ-  
sertim cum munitiones, ut putabant inex-  
pugnabiles, & Commeatum in non paucos  
annos; repositum haberent. Adde *Jeremia*  
verba *Cap. LI. Com. XXXIX.* quibus de-  
nunciatur eos plane infatuatos fore. Et re-  
vera quotiescunque subeunt mihi hæc *Je-*  
*remiæ & Danielis* verba; toties in memoriam  
vocant illa *Poetæ*.

*Nos Delubra Deum miseri, quibus ultimus esset  
Ille Dies, Festa velimus fronde per Urbem.*

*Et ea*

*Invadunt urbem somno vinoque sepultam.*

§. XV. Sed jam pergamus, ad *Medici*  
*Regni Exitum*; ubi non minorem ἀσυστα-  
σίαν & ἀντιλογίαν quam in initio & pro-  
gressu videbimus: Adeo junctus est *Reg-*  
*ni Medici finis* cum *Persici Initio*, ut neu-  
trum sine altero tangi queat. *Herodotus*  
*Lib. I. Cap. 95.* hæc habet. *Igitur quemad-*  
*modum quidam memorant Persarum, non qui*  
*Res Cyri extollere, sed prout illa se habent,*  
*referre student, ita ego conscribam; ἐπιστάμε-*  
*ρος περὶ Κύρου καὶ τριφάσιας ἄλλας λόγων*  
*ὁδὸς*

ὁδὸς ὅλην. *Gnarus triplices alias esse de Cyro narrandi vias. Ille igitur trivit quartam, & revera pessimam. Nam nemo puto cordatus, hodie ejus infulsissimam de Cyro narrationem pro vero admittet. Ctesias amplexus est aliam. Herodotus dicit Cyrum fuisse Astyagis Nepotem. Ctesias autem dicit Cyrum, nulla generis propinquitate; Astyagi fuisse junctum. Xenophon tertia via usus est: Dicitque Cyrum quidem Astyagis Nepotem; sed Regnum Medorum per Uxorem, Cyaxaris Filii Astyagis natam, consecutum. Quæ sit quarta Herodoti via, haudquaquam ut puto adhuc innotuit. Apparet autem nullam Concordiam esse inter hos tres Historiographos. Et proinde nihil certum de fine Medici Imperii, atque initio Persici, præterquam quod Cyrus Persicorum Regum primus fuerit; & quod ejus Regni initium, præcipuum Parapegma Ethnicæ Chronologiæ stabiliat.*

## CAPUT. VI

### SCYTHIA

§. I. **E** Media brevis est Transitus in Scythiam: una duntaxat Natio interjecta est, nimirum Saspies, Herodot. Lib. I. Cap. 104. Sed quos vel quam Gentem sub Scytharum nomine intelligimus

telligamus; dictu magis arduum est: nam Scytharum Gentes latissime diffusæ sunt. Strabone Teste Lib. XI. Pag. 507. omnes Septentrionales, Scythæ dicuntur. Εἰσὼλεόν-  
 τι δὲ ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς, Εὐρωπαίοις, οἱ σύ-  
 νχεῖς Σκῦθαι νέμονται, καὶ Σαρμάται, &c.  
 Cum ad dextram intro navigatur, Euro-  
 pæis continui Scythæ habitant, & Sarma-  
 tæ qui inter Tanaidem sunt & hoc Mare,  
 incertis plærique vagantes Sedibus, de qui-  
 bus, differuimus. Ad lævam sunt Scythæ  
 Nomades versus Orientem, qui usque ad  
 Mare Orientale & Indiam porriguntur.  
 Veteres Græcorum Scriptores, universas  
 Gentes Septentrionales Scytharum & Cel-  
 toscytharum nomine affecerunt. Et Pag.  
 511. Apud Barbaros autem extrema Pa-  
 ropamisi, & ad Septentriones vergentes  
 partes Eodaa, Himaonum, aliasque ge-  
 runt singula appellationes. In læva Par-  
 te his opponuntur Scythicæ Gentes ac  
 Nomadicæ, totum complentes boreale  
 latus. Plærique Scytharum, qui a Caspio  
 Mari incipiunt, Dæ appellantur: Ori-  
 enti viciniore Massagetæ & Sacæ: reli-  
 quos communi nomine Scythas dicunt,  
 quanquam singuli Populi etiam sua no-  
 mina habent. Plerique omnes vagam de-  
 gunt vitam, id est, Nomades sunt. Di-  
 odorus de India loquens Lib. II. Pag. 85.  
*Quod Arctos (inquit) versus tendit, Hæmo-  
 dus Mons a Scythia, quam Sacæ habitant, di-  
 vidit*

*videt. Similia habet Mela Lib. I. Cap. 2. Et Dionysius Perigetes v. 1088. 1089. Scythas collocat ad Indum, & Rubrum Mare.*

Ἰνδου ὠκεῖ ποταμὸν νότιοι Σκύθαι ἐνναίεσιν  
Ὅς γὰρ τ' Ἐρυθραίης κατενκντιὸν εἰσι θαλάσσης.

Indum ad fluvium, australes Scythæ habitant, qui quidem rubrum contra currit Mare. Et Agathamerus habet quoque ejusmodi. Herodotus Lib. IV. & Justinus Lib. II. innuunt Scythiam late in Europam se porigere. Dant quoque quandam ejus Chorographiam, obscuram plane; & ab citatis authoribus omnino diversam. Summa est; Græci Scriptores, atque hos secuti Latini, totum boreale Asiæ Europæque latus, nec non magnam partem earum Regionum quæ ad Cæciam, immo & ortum spectabant: sub Scythiæ nomine comprehendunt. Et hæc est Ratio cur nonnulli Scriptores, ut opinor, Scythas ut inhumanissimos & truculentissimos: Alii autem ut omnium justissimos, nobis representant.

§. II. Nomen Scytharum est adeo incertæ Originis, atque Historia eorum fabulosa. Laudandus Bochartus *Phaleg. Lib. III. Cap. 13.* locutus de sagittandi peritia in Scythis: ita subdit. *Eo Scytharum nomen multi revocant, quia Germanis SCUTTEN sunt Jaculatores*

*Jaculatores.* Sed an hoc sit genuinum Ety-  
mon, nec affirmo nec nego. Certum est,  
multas alias Gentes præstantissimos fuisse  
Sagittarios, quos tamen probari nequit inde  
habuisse nomen. Certum est insuper Scy-  
thas quos appellant; nequaquam unius fuisse  
Labii & Sermonis: nec ullam Scytharum  
Gentem, atque plurimæ erant, unquam se  
Scythas nominasse; quod Strabonem dicen-  
tem mox audivimus.

§. III. Sed jam paucis, Scytharum origi-  
nem perstringamus. Herodoto Authore Lib.  
IV. Cap. 5. Ὁ δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτα-  
των πάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον. Τοῦ-  
το δὲ γενεσθαι ὧς. &c. ‘Scythæ Gentem  
‘ suam omnium novissimam esse aiunt, idque  
‘ hoc modo extitisse. Virum quendam in  
‘ hac Terra, quum deserta esset primum fu-  
‘ isse, nomine Targitaum, & ejus Parentes  
‘ dicunt esse (mihi quidem non credenda  
‘ dicentes, dicunt tamen) Jovem, Boryst-  
‘ henisque Fluvii Filiam. Tali quidem  
‘ genere ortum Targitaum: ejusque tres  
‘ Liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, & no-  
‘ vissimum Colaxain. Et Cap. 7. Hunc in  
‘ modum se extitisse Scythæ memorent, &  
‘ ex quo extiterunt, a primo Rege Tar-  
‘ gitao, usque ad Darii adversus eos tran-  
‘ situm, Annos omnino mille non amplius,  
‘ sed totidem fuisse. Laudandus est quidem  
Herodotus, quod non præbuerit aurem his  
Fabulis

**Fabulis.** Porro Græci Incolæ Ponti nar-  
rarent Herodoto, Scytham Filium Hercu-  
lis, atque Virginis mixtæ Naturæ, Fæmi-  
næ Natium tenuis, inferius autem Serpen-  
tis: Quæ sola Imperium illius Regionis,  
nimirum Scythiæ, tenuit; fuisse primum  
Regem Scythiæ, & ab illo progeneratos qui  
deinceps fuerint Scytharum Reges. Vide  
Lib. IV Capit 8, 9, 10. Similia habet Di-  
odorus Lib. II. Pag 89. *Fabulantur (inquit)*  
*Scythæ, Virginem ex Terra apud se natam,*  
*cujus Forma cingulo tenuis Fæminam, inferius Vi-*  
*peram representavit. Cum hac Jovem congres-*  
*sam, Scythæ genuisse. Is (inquiunt) cum præ-*  
*majoribus apprimè clarus evaderet, Gentem*  
*suo nomine insignivit.* Τοὺς λαοὺς ἀφ' ἐκτῆ  
σκύθας προσαγορεύσαι. Plane tamen innuit  
Herodotus a Græcis, minime a seipsis, Scythas  
nuncupatos. Σύμπασι (inquit Cap. 6) δὲ εἶναι  
ἑνομα Σκολότας, τὴ Βασιλεὺς ἐπωνυμίην. Σκύ-  
θας δὲ Ἑλλήνες ἐνόμασαν. *Omnibus autem*  
*Nomen esse Scolotis, Regis cognomen. Sed*  
*Scythas Græci appellavere.* Σκύθαι, (inquit  
Stephanus de Urbibus) ἔθνος Θράκιον ἐκα-  
λεντο δὲ πρότερον Νομαῖοι. Σκύθαι δὲ ἀπὸ  
Σκύθε παιδὸς Ἡρακλεως. Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆ  
σκύζεσθαι. Ὁργιλώτατοι γὰρ. *Scythæ, Gens*  
*Thracica. Vocabantur vero prius Nomæi.*  
*Scythæ autem ab Scythæ Herculis Filio. A-*  
*liqui ἀπὸ τῆ σκύζεσθαι irasci; sunt enim ira-*  
*cundissimi. Vel ex his cernit clarissime prudens*  
*lector, quam absurda, insulsa, falsa; Græci*  
*Scriptores,*

Scriptores, eorumque sequaces Latini: pro Gentium veris Antiquitatibus nobis propinquant.

§. IV. Sed cum non alios exoticos Authores habemus; pergendum est ut possumus: & perpenſa Scytharum Origine, eorum Facta, vel verius Historicorum de iis fides examinanda est. Et primum factum eorum non minus egregium quam antiquum: Justinus commemorat Lib. II. Cap. 3. *Primus (inquit) Scythis Bellum indixit Vexoris Rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui Hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ, jam ante de adventu Regis a finitimis certiores facti, legatis respondent: tam oppulenti Populi Ducem stolide adversus inopes occupasse Bellum, quod magis Domi fuerit illi timendum: quod Belli certamen anceps, Præmia victoriæ nulla, Damna manifesta sint. Igitur non expectaturos Scythas dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in Hoste concupiscenda sint; ultroque Præda ituros obviam. Nec dicta, res morata: quos cum tanta celeritate venire Rex addidicisset, in fugam vertitur, exercituque cum omni apparatu Belli relicto, in Regnum se recepit. Scythas ab Ægypto Paludes prohibuere: inde reversi, Asiam perdomitam vectigalem fecere, modico tributo, magis in titulum Imperii, quam in Victoriæ præmium imposito. Quindecim Annis pacanda Asia immorati, Uxorū flagitatione revocantur.*

tur, per Legatos denuntiantium ni redeant sobolem se ex finitimis quasituras, nec passuras, ut in posteritatem, Scytharum Genus per feminas id intercidat. His igitur Asia per mille quingentos Annos vectigalis fuit. Pendendi tributi finem Ninus Rex Assyriorum imposuit. Sed intoto hoc Ser-mone vix est mica veritatis. Nam. 1. Quis erat iste Vexoris? Sesostris ut innuit Can-tel his verbis. ‘ Herod. Diod. & alii re-  
 ‘ ferunt Scythas a Sesostris victos, omnesque  
 ‘ Gentes in quas ille Bellum gessit, ab eo  
 ‘ superatas. Ita ille, in hæc verba Justi-ni quæ transcripsimus, nimirum in fugam  
 vertitur. Ergo Sesostrin sub Vexoris nomine in-telligit, vel quod ipse dicit non intelligit. Sed  
 qui potest Sesostris intelligi? qui ut ferunt, vix  
 duas ætates ante captum Ilium floruit? Vexoris autem juxta Justinum, mille quin-  
 gentos Annos ante Ninum. Sed mittamus  
 hæc: Nam ut Author plane falsa, sic Inter-  
 pres insensatas Nugas nobis tradit. 2. Qui-  
 bus Scythis indixit Bellum Vexoris? Eu-  
 ropæis an Asiaticis? Ponticis an Caspia-  
 cis? an tandem Indicis Scythis ad Montes  
 Hæmodos? non pctest determinari quoniam  
 nullum tale Bellum unquam indictum erat.  
 3. Vel subegerat potentissimas Gentes in-  
 terjacentes, priusquam Bellum indixerit Scy-  
 this, vel intactæ erant: si prius, qui sit  
 quod nobilissimæ illæ Ægyptii victoriæ,  
 nec a Justino, nec a quoquam alio com-  
 I memorentur?



memorentur? Si posterius, dicas, tunc quæretur quo pacto promiserit sibi transitum ad Scythas. 4. En miram timiditatem Ægyptii! brevi antea vel longinquissimis Gentibus Jugum minatus est. Is tamen ad primam Hostis adventantis famam, latebras quæsit. 5. Hæ tamen Paludes non Nebuchadnetzarem, non Cambysem, non denique Alexandrum, ab Ægypto arcuerunt. 6. Non minus mira erat Mansuetudo Scytharum, de quibus tamen Herodotus Lib. I. Cap. 106. plane contraria narrat. 7. An colligi potest ex Justino, Scythas paruisse Uxoribus, mihi non constat. Puto tamen hanc expeditionem a Justino confundi, cum altera octennali quam tertiam vocat, & refert Capite 5. Sed cum ambæ fictæ sunt, his immorari piget.

6. V. Herodotus Lib. I. Cap. 104. & sequentibus; scribit Scythas subegisse Medos eisque Imperium eripuisse, illudque tenuisse viginti octo annos. Et Lib. IV. Capit. 3. 4. scribit Scythas revertentes, a servis qui Uxores suorum Dominorum duxerant, exclusos & præliis aliquot male exceptos, tandem Dominos vicisse hoc lepido Stratagemate Admonentur mutare genus pugnae, (sunt verba Justini Lib. II. Cap. 5.) memores non cum hostibus, sed cum servis præliandum, nec armorum, sed Dominorum jure vincendos: verbera in aciem, non arma

arma adferenda; omissoque ferro, virgas  
ac flagella, ceteraque servilis metus paran-  
da instrumenta. Probato omnes consilio  
instructi sicut præceptum erat, postquam  
ad hostem accessere, inopinantibus ver-  
bera intentant: adeoque illos perculerunt  
ut quos non ferro poterant, metu verbe-  
rum vincerent fugamque non ut hostes  
victi, sed ut fugitivi servi capefferent.  
Egregium! quid si Romani talia servilis  
metus instrumenta, contra *Eunum*, *Athenio-  
nem*, & *Spartacum* secum in prælium attu-  
lissent? Qualis quæso eventus pugnae fu-  
isset? Idem dici potest de servis Tyriis, con-  
tra Dominos conspirantibus. Innumera alia  
exempla proferri possunt. Ut confudit Tro-  
gus primam Scytharum expeditionem, quæ  
nunquam fuerit, cum tertia octennali; sic  
hanc miscet cum Herodotæa, quæ erat 28  
annorum. Quæres utra narratio Herodoti,  
an Justinii verior sit? Respondetur neutra;  
quum ambæ sunt omnino falsæ: ad  
hoc probandum plura in priore dissertatio-  
ne, scilicet de Medis, adduximus. Herodo-  
tus Lib. I. Cap. 106. dicit Cyaxarem at-  
que Medos potiore partem Scytharum ac-  
ceptam hospitio, inebriatamque interimisse;  
& sic Asiæ Imperium recuperasse. Et Lib.  
I. Capit. 1. 2. 3. eos reducit magno ex-  
ercitu & explicatis vexillis, quod parum  
probabile est, perpenſa eorum in Asiaticos  
sævitia, & paucitate quæ relicta erat Di-  
I. 2. co

co, his consideratis nequaquam verisimile est tot eorum potuisse redire; quot poterunt cum exercitu robustorum & desperatorum Juvenum congregi 2. Tota hæc narratio Herodoti de Scytharum Uxoribus nubentibus suis cæcis inanciipiis, putidissimâ fabula est. An putandum est nulla libera capita domi relicta, nullos Viros visu præditos, ut Scythiam tuerentur, remansisse: nullos ne parvulos Scythæ *Cimmerios* persequuturi, sub matribus domi reliquerunt; quæ in spatio viginti octo annorum adoleverunt? Apage ineptias! Si crederem vel scintillam veritatis esse in tota hac fabula; dicerem aliquam vagam Gentem Barbarorum, vel fugatam ab aliqua alia Gente, vel alios persequentem erupisse in Mediam, atque nocuisse incolis: Et hoc esse totum fundamentum, gloriosæ si Diis placet Structuræ, de Scythis toti Asiæ imperantibus. Sed ut dixi ἄδεν ὕψις est in tota hac oratione.

¶ VI. Sed pergamus cum Herodoto, qui Lib. I. Cap. 105. ita scribit. οἱ δὲ Σκῆθαι τῇν Ἀσίαν ὠρεῖαν ὠρεσχοῦν &c. Porro Scythæ universa Asia totiti, hinc rectam in Ægyptum contendunt. Quibus jam Syriam Palestinam ingressis Psammitichus occurrens Ægypti Rex, muneribus precibusque effecit ne ulterius progredirentur. Sed 1. Revera Psammitichus non potuit obviam ire Scythis, quia debitum

tum naturæ perfolverat: namque quadraginta duos annos ante Cyaxarem Regnum inchoavit, quod sic evinco. Ipse Psammitichus regnavit annos 54. Herodot. Lib. II. Cap. 157. Filius Necus, annos 17. Cap. 159. Filius ejus Psammis, annos 6. Cap. 161. Apries annos 25. ibid. Amasis 44. Lib. III. Cap. 10. collecti omnes 146. Jam defuncto Amasi, Cambyfes Cyri filius paulo post Patris mortem cepit Ægyptum. Sed inter initium Regni Cyaxaris, & mortem Cyri, sunt anni omnino 104. scilicet Cyaxares regnavit 40. annos Herodot. Lib. I. Cap. 106. Astyages 35. Cap. 130. Cyrus 29. Cap. 215. hi anni collecti conficiunt omnino 104. Ergo ex ipso Herodoto probatur Psammitichum incepisse regnare 42. annos ante Cyaxarem; rursum perpende negotia quæ Cyaxari peragenda erant, arte infælix prælium cum Scythis, ut ea cernes in Herodoto Lib. I. Cap. 103 & fateberis ea vix potuisse expediri intra septennii spatium. Sed sint citius expedita; haud verisimile est suppetisse otium Scythis, excurrendi in Syriam per plures annos, post cladem Medicam. 2. Diodorus habet historiam Psammitichi Lib. I. pag. 42. & quidem satis luculentam: Sed nihil de Scythis eo regnante minantibus, aut de hujus Regis timiditate: At e contra, eum ut fortem Virum & sapientem Regem, nobis exhibet. Dicit quidem Lib. II. eos

I. 3

ad

ad Nilum usque progressos fuisse; Verum tempus progressus non assignat: Et quæ narrat de Plammiticho, Scytharum expeditionem sub ejus Regno non contigisse, abunde probant. Et certum est quæ narrat, omnino spectare ad antiquissima & fabulosa tempora. 3. Quinimo ipse Herodotus Lib. 2. Cap. 151. & Sequentibus; habet pene eadem quæ Diodorus. 4. In priorē dissertatione ex multis tum Sacris tum Profanis Authoribus, nullos Medos, nullos Scythas, Asiæ eis temporibus imperitasse: Sed primum Assyrios, deinde Chaldæos, regnasse, evicimus.

§, VII. Sed obijciunt Urbem Scythopolin, in Palæstina, argumentum esse hujus Scytharum expeditionis. Scaliger ad *Eusebii Chronicon Num. MCCCLXXXVI*. in hæc verba *Scythæ usque ad Palæstinam penetraverunt. ait Integram historiam pete ex Herodoti Libro primo Et tunc Scythopolim ab illis conditam aiunt quidam veterum.* Sed hos veteres utinam nominasset Vir Doctissimus; primus omnium quos novimus, qui ejus oppidi meminit, est Author Libri secundi Maccabæorum Cap. XII: Commat: 29: 30: 31: *Postea moventes inde irruerunt contra Scythopolim, distantem Jerschalaimis stadiis sexcentis: Sed Jebudæis qui consistebant illic de eis testantibus quæ benevolentia Scythopolita in*

eos usque essent, et quam benigna conversatione adversis temporibus, gratias agentes eis hortati sunt, ut in reliquum tempus erga Gentem benigni essent, Eandem historiam tangit Josephus, Lib. XII. Cap. 12. Trajecto (ait) deinde Jordane, in magnum campum veniunt qua sita est Bethsana, Græcis dicta Scythopolis. Author 1. Maccab. Cap. V. Com 52. vocat eam urbem Bethsan, nequaquam expressio Scythopolews nomine. Unde conjicio Authorem Libri primi, esse antiquiorem Authorem secundi: atque illius tempore, urbem eam nondum vocatam fuisse Scythopolin. An aliquis ante hunc Authorem, eo nomine hanc urbem insignierit, nescio. Scio tamen plurimos post eum ita nominasse: Nam ejus meminit Strabo, Lib. XVI. pag. 763. ἡ περὶ Γαλιλαίαν Σκυθόπολις Scythopolis Galilææ proxima. Meminit ejusdem & Plinius, Lib. V. Cap. 18. & Ptolemæus Tabula 4. Asia, Hieronymus de Locis Hebraicis, Stephanus & alii. Quæri igitur potest, quare dicta sit Urbs Palæstinæ Scythopolis? An Scythæ in ea habitaverunt? Quando vel quomodo acceperunt. Plinius ait l. c. Scythopolin antea Nysam, a Libero Patre, sepulta Nutrice ibi, Scythis deductis. Sed in his nihil præter fabulas, & Tenebras. Σκυθόπολις ( inquit Stephanus de Urbibus ) Παλαιστίνης πόλις, ἡ Νύσσης πόλεως Συρίας, Σκυθῶν πόλις, πρότερον λεγομένην Βαίσον ὑπο τῶν Βαβυλωνίων. Hæc valde

valde depravata esse, dudum vidit doctissimus Salmasius; & multa emendavit ut genuinus sensus sit: *Scythopolis est urbs Palestina, vel Nyssa Calosyria, Scytharum urbs prius dicta a Barbaris Bafan, id est Bethschean.* Ex quibus constat Scythopolis fuisse nomen novitium a Græcis, puto inditum. Nullumne dices nominatio illa habuit fundamentum? nec hoc dico. Nam verisimile est Persas ex Bactriana, vel ei vicina aliqua bellicosa Gente Scythica, deduxisse eo Coloniam, qui Præsidii adinstar vicinæ Regionis Incolas contineret, in fide. Sed hæc conjectura est, quam Lectoris committito iudicio. Interim hoc certum est, eam ante Macedonum Imperium, minime vocatam fuisse Scythopolin.

## CAPUT VII.

*De Syria.*

§. 1. **R**Evertimur jam Ægyptum versus: sed offert se obiter Syria, quare convenit omnino ut eam visamus; quoniam multis modis est nobilissima. Illud Syrorum nomen nequaquam habetur, in Hæbraico Textu veteris Testamenti: sed inibi אֲרָם *Aram* Syri appellantur. Et dicuntur descendere ab אֲרָם *Aram* Filio Sem. Ita Iosephus Lib. I. Cap. 7. אֲרָם

ες (inquit) δὲ ἄραμος εσχευ, οὓς Ἕλληνες  
σύρους προσαγορεύσι. *Aramos Aramus* te-  
nuit quos Græci Syros appellare malunt. Hi-  
eronymus & alii significare aiunt; *excelsus*  
*fuit*, ac si veniret a □□□ De qua tamen  
Etymologia haud parum dubito; licet me-  
liorem adferre nequeam. Atque Syri sub  
nomine Arimorum non erant ignoti Græ-  
cis, ut Homero *Iliade* β Carm. 783.

Εἰν Ἀρίμοις ὅθι Φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐ-  
νας.

*In Arimis, ubi dicunt Typhoei esse Cubilia.*

Et Hesiodo in *Theogon.* Car. 304.

Ἡ' δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρῇ  
Ε'χιδνᾷ.

*Atqui coercebatur apud Syros sub Terra tetra*  
*Echidna.*

Et Strab. Lib. XVI. Pag. 784. Λέγει δὲ  
καὶ τοὺς Ἀρίμους (inquit) ὁ ποιητὴς, &c.  
*Nominat etiam Arimos Homerus, quos Pos-  
sidonius docet esse accipiendos, non locum aliquem*  
*Syriae vel Ciliciae, vel alius Terræ; sed Sy-  
riam ipsam. Arimæi enim sunt, qui in ea*  
*habitant, & fortasse Græci eos Aramos, vel*  
*Arimos vocabant. Et Nonnio in Dionysiacis.*

Ἡ' λθ' καὶ εἰς Ἀρίμον Φόνιων σπῆος, εἴτε  
κολωνναί

⁂ Venit & in Arimorum cruentam spe-  
luncam



luncam, ubi Montes. Et Aram in 70 Interpretibus, vocatur Σύρια, & in Vulgata Syri. Hæc Regio ab utraque Ripa Eu-phratis, latissime sese extendit, ut probat Eruditissimus Seldenus in Prolegomenis ad mirandum Librum *de Diis Syris*. Et Syria & Assyria pro eadem usurpantur; ut Vir doctissimus demonstrat. Assyriorum nomen unde fluit, & quod significat satis notum est. Venit enim ab ܐܝܢ *beatus, foelix fuit*. Syriæ nomen unde derivatur, magis ambiguum est. Sunt qui ducunt a ܐܪܥ *arc-tavit*; hinc nomen ܐܪܥ *Rupes*. Græci igitur a quibus omnem notitiam Antiquitatis, præter Cognitionem S. Literarum, habemus: Quum primi omnium Europæorum navigarunt in Asiam, & appulerunt in Tyrum; quippe celeberrimum Portum Asiæ qui in Rupe fundabatur, & ab hæc juxta vocis significationem ܐܪܥ nominabatur: quod Græci non valentes pronuntiare, mutato ܐ in ܐ Nomen Urbis per vocem Τύρον efferebant. Et tamen non desunt exempla, ubi a Græcis & Latinis, Sarra nuncupata est Tyrus ut ab A. Gellio Lib. XIV. Cap. 6. & aliis. Unde nullo Negotio Συρία & Ἀσσυρία & postea tota fere oriens a Græcis Σύρια, seu Ἀσσυρία sine discrimine dicebantur. Utcunque tamen nomen Assyriæ, magis Transeuphratensibus adhæsit. Aliam Etymologiam probat Seldenus l. c. Nam putat ille Syriam, ab *Assyria* Europæos fecisse

cisse. ' Haud aliter ( inquit ille ) primam  
' Vocabuli syllabam decurtantes quam qui  
' ex Hispania Spaniam aut Abelionem Be-  
' linum fecere.

¶ II. Sed missa Etymologiarum ulteriori  
Indagine, veniamus ad Urbem Joppen quæ  
prætenditur esse antiquissima, immo ante  
Diluvium. ' Est Joppe ( inquit Mela Lib.  
' I. Cap. 11. ) ante Diluvium ( ut ferunt )  
' condita : ubi Cephea regnasse eo Signo Ac-  
' colæ affirmant, quod titulum ejus Fra-  
' trisque Phinci, veteres quædam aræ cum  
' Religione plurima retinent : quinetiam  
' rei celebratæ Carminibus ac Fabulis, ser-  
' vatæque a Perseo Andromedæ, clarum  
' vestigium Belluæ marinæ ossa immania  
' ostentant. Joppe ( ait Plinius Lib. V. Cap.  
' 13. ) Phænicum, antiquior Terrarum in-  
' undatione, ut ferunt. Insidet collem præ-  
' jacente saxo, in quo vinculorum Andro-  
' medæ vestigia ostendunt. Collitur illic  
' fabulosa Derceto. Alias *Ceto*. & Lib.

IX. Cap. 5. ' Belluæ cui dicebatur expo-  
' sita fuisse Andromeda, ossa Romæ ap-  
' portata ex oppido Judææ Joppe, osten-  
' dit inter reliqua miracula in ædilitate sua  
' M. Scaurus longitudine Pedum XL. Alti-  
' tudine costarum Indicos Elephantes exce-  
' dente, Spinæ crassitudine sesquipedali.  
' Joppe ( inquit Solinus Cap. 37. ) oppidum  
' antiquissimum in Orbe toto, utpote ante  
Inundationem

' Inundationem Terram conditum. Id op-  
 ' pidum Saxum ostentat quod Vinculorum  
 ' Andromedæ vestigia adhuc retinet, quam  
 ' expositam Bellua non irritus rumor cir-  
 ' cumtulit. Quippe ossa Mensuri illius M.  
 ' Scaurus inter alia miracula in ædilitate  
 ' sua Romæ publicavit. Annalibus nota  
 ' res est. Mensuræ quoque veracibus Li-  
 ' bris continentur, scilicet quod costarum  
 ' longitudo exceßerit Pedes quadraginta,  
 ' excelsitas Elephantis fuerit Indicis emi-  
 ' nentior. Porro ventriculæ Spinæ ipsius,  
 ' latitudine semipedum sunt supergressi. Et  
 Strabo Lib. XVI. Pag. 759. de Joppa lo-  
 quens. *Εντάῦθα δὲ μνηστέον τινες τὴν Αν-  
 δρομέδαν ἐκτέθειναι τῷ κήτει.* *Ibi quidam*  
*Andromedam Ceto expositam fabulati sunt.*  
 Et Josephus de eadem Joppa Lib. III. Cap.  
 15. de Bello *ἐνθα (inquit) καὶ τῶν Ἀν-  
 δρομέδας δεσμῶν ἐτι δεικνύμενοι τύποι, πισ-  
 τεύονται του ἀρχαιότητα τε μύθε.* *Ubi etiam*  
*nunc Andromeda Catenarum signis extantibus*  
*Fabula veteris fides ostenditur.* Eandem Fa-  
 bulam habent Appollodorus Lib. II. & O-  
 vidius Lib. IV. *Metamorph.* Sed videntur  
 scænam ejus collocare in Æthiopia: Sed  
 hæc ut ego opinor, conciliat Plinius Lib.  
 VI. Cap. 29. At inquires, quorsum tantus  
 accervus nugarum? Respondeo nequaquam  
 de nihilo. Nam habemus in his universale  
 Diluvium, clarissime testatum a celeberrimis  
 Gentium Scriptoribus. Deinde Historiam  
 am

am miraculosæ Jonæ præservationis, miri-  
licet modis larvatam & deturpatam. At  
quare rogabis, finxerunt Joppam fuisse ante  
Inundationem Terrarum? De re tota ita  
accipe. Jonas ejectus est in littus Joppæ,  
unde egressus erat. Nam fingere eum ex-  
positum fuisse in littore Maris Euxini, cum  
Josepho, vel in littoribus Ninives, cum  
Sulpitio; a ratione abhorret. Ergo verifi-  
millimum est Prophetam evomitum fuisse,  
in littore Joppæ. Nec minus probabile  
est, per Divinam Providentiam eluvio-  
nem longe in campos sese extendisse; at-  
que ibi tandem cetum deseruisse: ut Jonam  
ibi Terris sine Noxa redderet. Interim  
Bellua istic loci mortua est, & computruit,  
& neglecta ejus ossa, & tempore depressa  
in Terram, & post multas Centurias An-  
norum eruta; & a Scauro ostensa Romæ,  
ubi habita sunt vulgo ossa monstri alicujus  
antediluviani. Putarunt igitur vanissimi Ho-  
mines Joppam extitisse ante universale Di-  
luvium. Eruuntur hodie ossa magna & ex-  
traordinaria, quæ credulo vulgo videntur  
antediluvianorum Gigantum. Sed non in  
unam Andromedam Jonas transformatus est.  
Nam Fabularum artifices ex eo quoque fé-  
cerunt Herculem. *ωλην* (inquit Cyrillus A-  
lexandrinus in Caput Secundum Jonæ)  
*κακελνο ιεσου, οτι Ελληνων παιδες τους παρὰ*  
*σφισιν αυτοις συντεθεντες μυθους.* &c. Ve-  
runtamen & illud sciendum, Græcos in  
Fabulis

‘ Fabulis a se compositis narrare, Heren-  
 ‘ lem Alcmenæ, & Jovis Filium devora-  
 ‘ tum quidem a Ceto, redditum tamen, ab  
 ‘ infito Pisci calore capite duntaxat Pilis  
 ‘ denudato. En rursus larvatum Jonam,  
 tum absoptum a Ceto, tum percussus a  
 Sole: Nam Scripturæ verba sunt. *Fuit*  
*itaque oriente Sole, quum parasset Deus Eu-*  
*rum silentem, ut percuteret Sol Caput Jona*  
*adeo ut deficeret animo; expeteretque seipsum*  
*mori.* Hunc estum inquinatores sacræ His-  
 toriæ transformarunt in æstum ceti, eoque  
 Jonam Cæsarie sua spoliarunt. Et Jose-  
 phi tempore erant in quadam rupe littorali,  
 foramina quædam vinculorum capacia, vel  
 casu vel arte facta: Inde mendax super-  
 stitio Andromedes vincula extudit. Et  
 multa talia hodie monumenta miraculorum  
 durante in Scotia Papatu, fictorum mon-  
 strantur. Nec dubito quin in Arione, ab  
 Herodoto, aliisque memorata; Jonas quo-  
 que lateat.

§. III. Sed relictis hisce fictis Antiquita-  
 tibus; conferamus nos ad Damascum, quæ  
 vera Antiquitate non cedit ulli Urbi Syriæ:  
 Nam extitit tempore Abrahæ, & condita  
 ut putat Josephus Lib. I. Cap. 7. *Antiq.*  
*ab Uje Arami Filio.* Juvat tamen audire E-  
 tymologias a nugacissimis Græculis confictas.  
*Δαμασκός (inquit Stephanus Byzantinus) πό-*  
*λις Συρίας, μεσόγειος, ὁπερθεν Ποινίης, ὡς*  
*ἔ*

ἐκ τοῦ Βαρδίνου ποταμοῦ. &c Damascus, Urbs Syria Mediterranea supra Phanicen, circa Bardinen Fluvium. Ita autem appellata est ex eo, quod unus e Gigantibus nomine Ascos, simul cum Lycurgo Bacchum vinculis ligatum in Fluvium projecit. Hunc cum solvisset Mercurius, Ascum Pelle exiit. Inde est quod Pellis apta sit Vino cobibendo. Alii vero Originem nominis hinc deducunt, quod Damascus Mercurii & Alimeda Nympha Filius ex Arcadia in Syriam profectus, ibi Urbem ejusdem nominis condiderit. Alii fingunt Hominem quendam Damascum vocatum, qui Baccho Syriam vitibus conferente, illas securi extirpavit. Bacchus vero ira accensus eum persecutus est & excoriat.

Factum est inde Darmascus.

Atque ita Damascus corrupte appellatur. Cives, Damascenus, & Regio & Urbs Damascene dicitur. En Græcorum ignorantiam, simul & superbiam. Vera Etymologia est דם Sanguis & שקה bibit. Hanc Etymologiam vidit Hieronymus. Damascus, (ait de Nominibus Hebraicis) Sanguinis Potus, sive Sanguinis Osculum, vel Sanguis Sacci. Ubi patet Saccum fuisse Genus Vini apud orientales, prout est hodie apud Europæos: nam דם Sanguis, est Vinum rubrum Gen. Cap. 49 Com. 11. לבשו יבדים עֲבִים סִתָּה. Lavit in Vino vestimentum suum, & in Sanguine utrarum operimentum suum. Et Deuter. Cap. XXXII. Com. 14. & שקה est bibit vel bibendum

*bibendum dedit*: Et juxta hanc Etymologiam Damascus seu Damascena Regio, est & Terra rubra & generosi Vini fertilissima. Nam ονοματολογία quæ ab Abelis Sanguine ibi fuso, ut & illa ab Abrahami Dispensatore; sunt frivolæ & sine fundamento. In Libris *Paralipomenon* legitur semper *Darmasek*. Sed quæ sit ratio inserti, τῇ ᾧ *Resch* me prorsus latet; docti quærent, & ut spero invenient.

§. IV. A nomine veniamus ad rem. Hæc urbs nobilissima simul & antiquissima, in magna & fertilissima planicie sita est, quæ causa est ut a Lucano vocetur *ventosa*: Et quod alias insolens est nomen nunquam mutavit. Irrigata erat duobus nobilissimis fluminibus *Abana* & *Parphar*; De prioris nomine ait Hieronymus de *Nomin. Hebrai.* *Abana lapides ejus*: Schindlero est in quo *Aqua Balnei decurrit, fistula parva*. Posterioris, nempe Pharparis, meminit Hieronymus. Farfar ( inquit ) fodientes, sive dissipationes, Talpæ. Quam Hebraicam vocem habuerit in animo Patrum doctissimus, divinare nequeo. Existimo esse Græcorum χρυσόρεχον. Et si locus esset conjecturis, opinarer Pharpar, esse idem cum πορφορεα; atque ambas voces esse Hebraicæ originis. Henricus Maundrell, dicit se nullam potuisse invenire mentionem horum fluviorum. Sed Lithgow nostras, qui videtur accuratius respexisse loca circa Damascum: dicit

dicat urbem hanc adornatam esse multis fluminibus, præsertim Pharpar, et Abderah. Sed etiam si tanto temporis tractu, ejusmodi minora flumina, ita mutata sunt, ut vix & ne vix clare dignosci possunt. Nil mirum; vide Ovid. Lib. XV. De Damasco a tempore Abrahami, ad tempus Davidis, altum silentium est: *Tunc cum venissent Syri Damasceni ad juvandum Hadad-Hezrem Regem Tzoba, percussit David e Syris viginti duo milia virorum: imposuitque David Stationarios Syriæ Damascenæ, & fuerunt Syri Davidi servi adferentes munus.* Sed non satis ut opinor, suis rebus prospexit David; quod stationarios imposuerit, & non colonias in Syriam deduxerit quæ sunt longe firmiora præsidia, quam stationarii milites. Quapropter non diu conservarunt Israëlitarum Damascum. Nam desiciente a Deo Solomone, Damascus a Rezone fugitivo Hadad-hezeris servo occupata est. Nicolaus Damascenus apud Josephum Lib. VII. *Antiq. Cap. 6.* paulo aliter hæc narrat, scilicet ‘ Longo deinde post tempore indigenarum quidam, nomine Adadus, cæteris potentior, Damasci & reliquæ Syriæ præter Phænicem Regnum obtinuit. Hic bello inter eum & Davidem Judæorum Regem exorto, crebris Præliis cum eo conflictatus est, multis editis facinoribus, Regem se & virium & animi robore præstantissimum declaravit. Idem (subdit Josephus

K.

sephus



• *sephus* ) de posteris quoque ejus narrat,  
 • quod quasi per manus alius ab alio Reg-  
 • num simul & nomen acceperint. Hlo, in-  
 • quit, defuncto, posteri ejus ad decimam  
 • usque generationem Regnum obtinuerunt,  
 • quisque a suo Patre cum Imperio nomen  
 • accipiens, quemadmodum apud Ægypti-  
 • os Ptolemæi. Ex his potentissimus ordine  
 • tertius, instaurato bello, abolere volens  
 • ignominiam Avi temporibus acceptam,  
 • expeditione contra Judæos facta, Sama-  
 • riam vastavit. In quæ Damasceni ver-  
 • ba, Notandum 1. Eum retrospicere ad a-  
 • liquod insigne factum Damascenorum, quod  
 • jam prorsus latet. 2. Falso Damascenum  
 • dicere Hadadi illius posteros, regnasse Da-  
 • masci: Cum constat ex XI. Cap. prior  
 • Reg. Rezonem. Nicolai *Hadadum*, nullo  
 • gradu consanguinitatis contigisse Hadad-hez-  
 • erem: 3. Nicolaum dissimulasse, quod Sy-  
 • ri post prælium Euphratense amiserint Da-  
 • mascum, cum tota Syria. 4. Non posse Ben-  
 • hadadum qui obsedit Achabum in Samaria,  
 • nec Patrem ejus, fuisse tertium a Nicolai  
 • Hadado qui Davidi fuit synchronos: nam  
 • necesse est plures successiones in tanto tem-  
 • pore fuisse.

§. V Sed ut pergamus isti Damascenorum  
 Reges, multos annos graviter Israellem &  
 Judam afflixerunt; atque inter eos præci-  
 pius erat Benhadad: qui Samariam bis ob-  
 sedidit

fedit, & Israeliticum Regnum pene ad interneccionem redegit. Tandem Hazaelis unius Purpuratorum suorum fraude periit, qui hoc scelere Syrorum Regnum adeptus est. Josephus ait Lib. IX. Cap. 2. etiam suo tempore, a Syris horum Regum antiquitatem, & magnificentiam, plurimum celebratam esse: & eorum effigies quotidianis pompis honoratas. Tandem regnante Achazo in Judæa, eorum Rex ultimus Rezin a Tiglathpillesere occisus est & Damasceni in Kir deportati 2. Reg. Cap. XVI. Com. 9. Cyrenen vertit Schindlerus in voce כִּיר: Sed Assyrius nullum unquam habuit Dominium in Cyrene. Placet igitur interpretatio eruditi Junii. scilicet *Id est, eam Mediæ partem quæ ab hac deportatione Syromedia est dicta: appellatur autem Kir id est murus, quod monte Zagro veluti muro circumquaque cingatur. De Cyrene accipere alienum est, quum nunquam ad Regnum Assyriorum pertinuerit, & ab Agro eorum sit remotissima Syria.*

9. VI. Syria, & præcipue Damascus, antehac passa fuerit varias clades; sed præcipue a Jeroboamo 2do, 2. Reg. Cap. XIV. Com. 28. verba sunt *Utque recuperavit Damascum & Chamatham, Jekuda pro Israele.* Locus est fateor durior explicatu: ita intelligo. David amænissimam hanc Civitatem, & Regionem circumjacentem,

K. 2.

cientem, destinavit Judæ suæ tribui. Jeroboam secundus magnus Bellator, vi conditionibus non refertur, urbem cepit: Et suis Israelitis, non Judæis restituit. Sed propter confusionem in Regno Israelitico, jamjam perituro; li. non diu tenuerunt, non puto, ultra mortem Jeroboami. Sed opinor, Josephi verbis jam citatis, motus; plures ex deportatis in Mediam Damascenis, procedente tempore, veteris patriæ amore revertisse Damascum: & aliis Syris eo aggregatis solitos fuisset suorum Patrum & Regum, potentiam & gloriam, quotannis saltem celebrare. Utcunque hæc sint, certum est Damascum post hanc Assyriacam captivitatem, nunquam rursus cristas erexisse, nunquam libertatem adeptam fuisse: Sed in servitute in hodiernum diem manere. Cadente Assyrio Imperio, in Babyloniorum manus id comitata est Damascus. Et denuo subactis Babyloniis, una cum illis in Medo-Perfarum potestatem cessit. Et una cum Persis, ut innuit Q. Curtius Lib. III. Cap. 13. Græcis colla sumisit. Et fracta Græcorum potentia Romanis: Joseph Lib. XIV. Cap. 4. Sed paucillum tempus antequam Romani Syria potirentur Damasceni, vexati injuriis Ptolemæi Mennæi, aliorumque Aretam Araba sibi Regem elegerunt; ut habet Josephus Lib. XIII. Capit. 22. 23. & Lib. I. de Bello Jud. Cap. 4. Sed brevi postea Pompeii Legati; Metellus & Lollius fugato

fugato Arabe, Damascum Romano Imperio addiderunt. In quorum potestate manfit, usque donec in Saracenorum manus concesserit: Et ab illis ad Turcas, sub quorum tyrannide hodie gemit.

§. VII, Sed objici potest, Apostoli Pauli tempore eam paruisse Arabi, ut probat ipse Apostolus, *poster. Corinth. Cap. XI. Com. 32.* Ἐν Δαμασκῷ δ' ἐθναρχῆς Ἀρέτα τοῦ Βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θελών. Hæc verba sunt difficilima explicatu. Nemo Interpretum quantum scio Difficultatem solvit, quæ tamen me arbitro gravissi est. Constat ut dictum est Syriam Damascenam per Pompeium M. finito Mithridatico Bello, in Romanorum potestatem fuisse redactam. Quando quæso, aut quo modo incidit in Arabum manus Damascus? Quis Author Araba fugatis Romanis eam Civitatem cepisse dicit? Perdoctus Cellarius in 7. *Dissertatione Accademica* tentat solutionem; sed me Judice non satis feliciter. ‘ Quo (inquit nempe Syllæo) ab Augusto damnato, ‘ Aretas 3. Arabiæ & Damasci Regnum ‘ usurpavit, indignante primum Augusto, ‘ quod se inconsulto occupasset, postea tamen confirmante. Quæ gesta sunt illo, ‘ tempore aut paulo post, quum Syriæ Saturninus pro Consule præesset, hoc est ‘ quum Mundi Servator Homo nasceretur, quod

quod ex Libro XVI. Josephi Capit. 16.  
 17. luculentum est, ut adeo Aretas hic  
 per temporis rationes possit ille esse, aut  
 non dubitetur esse, cujus Præfectus Da-  
 mascenus Apostolum capturus erat. Pau-  
 lus enim intra quintum a Christi Adscen-  
 sione Annum ex Judæo Christianus fac-  
 tus fuit. Hæc Vir eruditus. Sed 1. Non  
 valde probabile est esse eundem Aretam;  
 nam omnibus expensis, deprehendetur Aretas  
 plures Annos ante Christum natum, u-  
 surpasse Regnum. Et Paulus conversus est,  
 ut probat πολυμαθεστατος Spanhemius F. in  
*Dissertatione de æra Conversionis Paulinæ*,  
 ultimo Anno Caligulæ: quod temporis in-  
 intervallum conficit ad minimum ultra 40  
 Annos. Adde his Annos quos regnavit A-  
 retas ante Salvatorem natum & fatebere  
 nequaquam probabile esse, tantum tempo-  
 ris Aretam regnasse. 2. Is Aretas cujus  
 Præfectus Paulum capturus erat, omnium  
 consensu idem est, qui Herodis Antipæ ul-  
 timo Anno Tiberii Copias fuderat; saltem  
 negari non debet. Et proinde non potuit,  
 ut Cellarius supponit, cum Romanorum  
 consensu imperitasse Damasco. 3. Vir doc-  
 tus, nescio quo modo se fefellit, nam de  
 Augusto concedente Damascum Aretæ; ne  
 vel γὰρ habet Flavius. Consule Capita-  
 ab illo citata.

§. VIII. Alia igitur Ratione solvenda est  
 Diffi-

Difficultas. Interpretes dum explicant illa Pauli verba, quæ præ manibus sunt: adducunt illa Justinii contra Tryphonem Pag. 305. ὅτι δὲ Δαμασκὸς τῆς Ἀραβικῆς γῆς ἦν καὶ ἔστιν, εἰ καὶ νῦν προσενέμεται τῇ Συροφονικῇ λεγομένῃ, ὅδ' ὑμῶν τινὲς ἀρνήσασθαι δύνανται. Caterum quod Damascus Arabia Terra fuerit & sit, quamvis nunc ei, quæ in Syrophonice vocatur, accenseatur. nec vestrum aliqui inficiari possunt. Eadem habet Tertullianus Lib. III. adversus Marcionem Cap. 13. Damascus Arabia retro deputabatur antequam transcripta esset in Syrophonice. Sed istis locis hi Patres valde obscuri sunt, ne dicam falsi: Nam apud nullum veterum deputata unquam est Damascus Arabiæ. Habuerint hoc ex falsa Interpretatione 8. Com. Cap. VII. *Isaia* ראשית בראש שנה Caput Aram est Damascus δὲ LXX. vertunt ἡ κεφαλὴ Ἀραμ, Δάμασκος. Sed hi Patres procul dubio Hebrææ Linguae ignari, & incidentes in Versionem aut Exemplar haud sanum pro Ἀραμ & Ἀραμέας legerunt Ἀραβίας. Hieronymus & Vulgata vertunt Syria. Miror igitur Pamelium perdoctum Pontificium, hæc habere verba, nimirum. *Quibus consentit ex parte Esaias Propheta, quum Cap. VII. Caput Arabiæ Damascus vocat.* Sed hæc quæ Justinus & Tertullianus dicunt, etiam si vera essent, ut revera sunt falsa; difficultatem minime solvunt. Dicam igitur quod sentio: **Are-**  
**tas**

tas propter repudiatam Filiam Herodis Uxorem, Hostis ei evasit, atque orto inter eos Bello Herodis Copias interfectione delevit: ut scribit Josephus Lib. XVIII. Cap. 7. *Hæc Herodes per Literas Tiberio significat. Ille vero indigne ferens Areta Audaciam, scribit Vitellio, ut ei Bellum inferat, aut et vivum captum abducatur. aut occisi Caput ad se mittat.* Strenue sese ad Bellum parabat Vitellius, & cum exercitu factis instructo profectus est ad invadendum Araba. Sed dum Hierosolymis in itinere aliquamdiu hæsit, acceptis Literis de obitu Tiberii, revocatus ex itinere Copias, in hyberna dimisit. Atque ita Arabs liberatus est Bello admodum formidabili. Quum igitur Aretas obiisse Tiberium didicisset ut opinor recenti elatus victoria in Syriam irruit ex improvviso & cepit Damascum quam imposito Præsidio, aliquamdiu tenuit. Stolidus namque & vecors erat Successor Tiberii Caligula, qui ut scribit Suetonius in vita ejus. Cap. 43. *Militiam resque bellicas semel attigit, neque ex destinato.* Similia habet Dion Cassius Lib. LIX. *ἐλθὼν δὲ ἐκείσε τῶν πολεμίων ὁδὸν ἐκείκωσεν.* &c. In Galliam quum venisset, Hostium Terram nullo maleficio infestavit, ultra transitum a se Rhenum parumper progressus, inde statim revertitur: tum quasi in Britanniam iturus, motis Castris ab ipso Oceano rediit, iratus etiam Legatis si quid rei gessissent At dices, non credibile

dibile est, tantum Damnum illatum Romano Imperio, omnes Historiographos tacuisse. Respondeo, omnino esse, probabile nam occupantur maxime circa Imperatorum virtutes, aut vitia, aliaque ad eorum personas spectantia; de casibus Imperii minus solliciti. Exemplum habemus præ manibus, ingentem Cladem accepit Herodes Antipas, Romano Imperio subditus: nullus tamen Suetonius, nullus Tacitus, nullus Dion, nec quantum scio, ullus Romanus ejus Cladis, noxiæ admodum haud postremæ parti Imperii meminit. Sed cur inquires fuit Josephus, rem in proximo gestam? quia regeo, destinavit res spectantes ad Judæos solos perscribere. Si hæc non sufficiant, ad hunc difficillimum locum elucidandum: alii ut spero, inveniant clariora.

## CAPUT VIII.

*De Origine, & Rebus Judæorum juxta Exoticos.*

§. I. **N**OMEN Israelis, five Israel, in nullo Ethnicorum scripto me reperisse memini: Judæorum autem frequentissime. Dion-Cassius Lib. XXXVII. *ἔχουσι δὲ (ait) καὶ ἑτέρου ὄνομα ἑσικτητόν, ἢ τε γὰρ χώρα, Ἰουδαία, καὶ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι ὠνομάζονται. ἢ δὲ ἐπικλησις αὕτη ἐκείνοις μὲν οὐκ οἶδα ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι.*  
**Habent**



*Habent autem aliud præterea adscititium Nomen. Regio enim ipsa, Judæa, Gens, Judæi appellantur. Id cognomenti unde initium ceperit haud scio. Sunt qui Judæos Idæos interpretantur; ac si ab Ida Cretæ Monte venissent. Ita Tacitus Histor. Lib. V. Cap. 2. Adeo igitur Rerum Judaicarum ignari erant, ut ne ipsum nomen scirent: ut testatur idem Tacitus luculentissime. 'Quia (ait) famosæ Urbis supremum Diem tradituri sumus, congruens videtur Primordia ejus aperire. Judæos Creta in Insula Profugos, novissima Libyæ insedissee memorant, qua Tempestate Saturnus vi Jovis pulsus cesserit Regnis. Argumentum e Nomine petitur: inclytum in Creta Idam Montem, accolas Idæos, aucto in Barbarum cognomento, Judæos vocitari. Quidam regnante Iside, exundantem per Ægyptum multitudinem Ducibus Hierosolymos ac Juda proximas in Terras exoneratam. Plerique Æthiopum prolem, quos Rege Cephæo, metus atque odium mutare Sedes perpulerit. Sunt qui tradant Assyrios convenas, indigum Agrorum Populum, parte Ægypti potitos, ac mox proprias Urbes, Hebræasque Terras, & propiora Syriæ coluisse. Clara alii Judæorum initia: Solymos Carminibus Homeri celebratam Gentem; conditæ Urbi Hierosolymam nomen e suo fecisse. Multa hic de Judæorum Origine collecta vides, quorum*

quorum nihil ex integro verum & incorruptum est: omnia inscitia, incuria, & malitia, pepererunt. His non obstantibus, plura admodum utilia inde deduci possunt.

1. Ethnicorum Scriptores frontibus adversis, contra se invicem dimicare. Nam hic ex una, ille ex alia stirpe Judæos advehit.
2. Ignorantiam suam in unaquaque particula Narrationis suæ, declarare & stultitiam: & scribere de eis, quorum nihil noverunt.
3. Quod antenus non abludere a vero, cum dicatur *Judæos novissima Libya insedisse, cum Saturnus Vi Jovis cesserit.* Nam Jupiter Raptor Europæ, Cadmi Sororis, circa tempora Josuæ floruit; quo tempore Judæi Cānanæam intrarunt, quam Ethnici confuderunt cum Libya: ut patet ex Strabone Lib. XVI. & Plin. Lib. VI. aliisque. Cernis igitur, quot & quantis Ambagibus Pagani Veritatem incrustatam & inquinatam occuluerint. Ex parte quoque verum dicit, cum scribit *Judæos esse Assyrias convenas.* Assyrii erant feu Syri, nam ut notum est confunduntur, convenæ autem minime; ut patet ex eis scriptis quæ veras Origines Judæorum enarrant.
4. Etiam si sunt ex Paganis, qui falso dicant Judæos ex Ægyptiis ortum ducere; eosdem tamen fateri ex Ægypto fuisse egresos.
5. Nugari Gentium Scriptores, cum dicant Judam & Hierosolymam eduxisse Israelitas: Cum nullos tales Duces Judæorum Literæ agnoscunt.

Ejusdem

Ejusdem fictitii Judæ & Hierosolymi meminit Plutarchus, agnoscitque inter Fabulas reponendum. *Qui perhibent (inquit de Iside & Osiride) ex conflictu Typhonem Asino vectum septem Dies profugisse, salvumque Liberos procreavisse Hierosolymum & Judæum, statim produnt se res Judaicas aut hanc Fabulam trahere.* 6. Cum dicit, *Parte Ægypti potitos* &c. admodum probabile est Authores a quibus Tacitus hæc habuit, tradidisse aliquid de Josephi Fælicitate in Ægypto, deque divinis promissionibus Terræ Canaan; Jacobi posteritati dandæ. 7. Quodcunque per το Σολυμος intelligatur, certum est aliquid prægrande & illustre, designari. Nec minus honorificam Originem, largitur Stephanus Byzantinus. *Ιουδαία, (inquit) Ἀλέξανδρος, ο βασιλευς, ἀπὸ τῶν παίδων Σεμίραμιδος, Ἰουδα δὲ Ἰδουμαίη ὡς δὲ Κλαύδιος Ἰδάλος, ἀπὸ Ἰσδαίης Σπαρτιωνος, ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσιον ἐστρατευκότος.* *Judæa, uti Alexander Polyhistor perhibet, nomen habet a Filiis Semiramidis Judæ & Idumæa. Verum secundum Claudium Tolaum a Judæa Spartonis Fil. qui Thebis una cum Baccho in militiam abiit.* *Et Ἱεροσόλυμα, ἡ μετρόπολις Ἰουδαίας, ἡ Σόλυμα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν Σολύμων ὀγῶν.* *Hierosolyma, Metropolis Judæa, qua Solyma vocabatur a Solymis Montibus.* Hæc dico sunt omnino magnifica Judæis, nam Baccho & Semiramide, nullus erat apud Græcos celebratio.

§. II. Prolixe tradit Justinus Lib. XXXVI. Judæorum Origines, & prope modum omnia quæ scribit in eorum laudem cedunt. ‘ Judæis ( ait Cap. II. ) origo Damascena ‘ Syriæ nobilissima civitas unde & Assyri- ‘ is Regibus genus ex Regina Semirami, ‘ fuit. Nomen urbi a Damasco Rege indi- ‘ tum : in cujus honorem Syri sepulchrum A- ‘ rathis uxoris ejus pro templo coluere, De- ‘ amque exinde sanctissimæ Religionis ha- ‘ bent, Post Damascum Azelus, mox Ado- ‘ res, Abraham, Israhel Reges fuere. Hæc omnino falsa sunt. Difficile est tamen sci- ‘ re, unde Trogus hæc habuerit. Putaverim salva aliorum sententia, a quodam ex pos- ‘ teris Abrahæ, qui idololatra fuerit. & tamen Progenitoris sui laudes falsa hæc narrati- ‘ uncula celebrare voluerit: vel ex Syro quo- ‘ dam qui fictitio isto Abrahami Regno glo- ‘ riam Patriæ conciliare sategerit. Nam A- ‘ brahæ fama totus Oriens, ex quo Euphra- ‘ tem transierit, semper personuit. Hinc illud *Ge- ‘ nejeos* Cap. XXIII. Com. 6. *אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ* *Princeps Dei* vel *Princeps magnificus es* *m.* Nescio quoque an non hujusmodi aliquod ex Com 2. XV. Cap. *Gen.* detorte elicuerunt. Sed pergamus cum Justino vel Trogo ve- ‘ rius. ‘ Sed Israhalem sælix decem filiorum ‘ proventus majoribus suis clariorem fecit. ‘ Itaque populum in decem Regna divi- ‘ sum filiis tradidit, omnesque ex nomine ‘ Judæ, qui post divisionem descefferat, Ju- ‘ dæos

' dæos appellavit; colique ejus memoriam  
 ' ab omnibus jussit: ejus portio omnibus  
 ' accefferat. Minimū ætate inter Fratres  
 ' Joseph fuit: cujus excellens ingenium  
 ' veriti Fratres, clam interceptum peregrini-  
 ' nis mercatoribus vendiderunt. a quibus  
 ' deportatus in Ægyptum, cum magicas i-  
 ' bi artes solerti ingenio percepisset, brevi  
 ' ipsi Regi percarus fuit. Nam & prodigi-  
 ' orum sagacissimus erat, & somniorum primus  
 ' intelligentiam condidit, nihilque divini  
 ' juris humanique ei incognitum videbatur:  
 ' adeo etiam ut sterilitatem agrorum ante  
 ' multos annos providerit: perissetque om-  
 ' nis Ægyptus fame, nisi monitu ejus Rex  
 ' edicto servari per multos annos fruges  
 ' jussisset; tantaque experimenta ejus fuerunt  
 ' ut non ab homine, sed a Deo responsa  
 ' dari viderentur. Et rursus mirari su-  
 ' bit, a quo hauserit Trogus. Censuerim  
 ' quosdam Ægyptios candidioris pectoris, sed  
 ' non valde harum rerum gnaros, Græcis  
 ' hæc minus conspurcata tradidisse; hos ea  
 ' ut jam habemus Latinis. Non operæ præ-  
 ' tium hic est, observare errores in his con-  
 ' tentos; Nam pene adæquant verborum nu-  
 ' merum Sed magis in rem nostram est ve-  
 ' ritatem notare, quæ his involucris male  
 ' tecta pellucet. Nam in his & superioribus  
 ' magna pars *Geneseos* detorta, & deturpata,  
 ' latet. ' Filius ejus (pergit Justinus.) Mo-  
 ' ses fuit, quem præter paternæ scientiæ  
 ' hæreditatem

hæreditatem, etiam formæ pulchritudo com-  
mendabat. Sed Ægyptii, quum scabiem  
& vitiliginem paterentur, responso moni-  
ti, eum cum ægris, ne pestis ad plures  
ferperet, terminis Ægypti pellunt. Dux  
igitur exulum factus, Sacra Ægyptio-  
rum furto abstulit: quæ repentes armis  
Ægyptii, domum redire tempestatibus  
compulsi sunt. Itaque Moses Damascena,  
antiqua patria repetita, montem Synan  
occupat. Et hic habes bonam Exodi par-  
tem, mirum in modum decurtatam, mutila-  
tam, depravatam. Nam 1. Omnino suppri-  
mitur ratio Israelitarum ingressus in Æ-  
gyptum; & statim ex X. Regnis in mise-  
rum popellum, sub alienis dominis viven-  
tem, insigni metamorphosi Israelitæ trans-  
formantur. 2. Ista vitiligo & scabies a Jus-  
tino pluribusque aliis, Israelitis imputata,  
nihil erat aliud quam ulcera & pustulæ Ex-  
od. Cap. IX. memorata. 3. Sacra Ægyptio-  
rum furto ablata sunt plane illa suppel-  
lex & instrumenta prætiosa, quæ Israelitæ  
petierunt ab Ægyptiis & obtinuerunt, quæ-  
que dura servitute meriti erant Exod. Cap.  
III. XI. 4to, tempestates quibus Ægyptios  
domum redire compulsos ementiuntur. Sunt  
submersio Pharaonis, ejusque exercitus in  
mare rubro; qua tempestate, domum fata-  
lem revera adire compulsi sunt.

§. III. Agnoscunt hunc miraculosum tran-  
situm

fitum Israelitarum, per rubrum Mare, ipsi  
 Ægyptii Artapanus apud Eusebium Lib. IX.  
 Cap. 27. Πάρερ. Evang. Μερφίτας (ait)  
 μεν λέγειν, ἔμπειρον οὐτά τὸν Μωϋσέον τῆς  
 Χώρας, τὸν ἀμπωτιν τηρησαντά, διὰ ξηραῶς  
 τῆς θαλάσσης τὸ πλῆθος περᾶναι &c.  
*A Memphitis quidem ita narrari, Moysum to-  
 tius Regionis scientissimum, observato recipro-  
 eantis astus tempore, sicco Mari universam  
 multitudinem transmississe: ab Heliopolitanis  
 vero secus, quippe Regem abeuntes Judæos,  
 quaque ab Ægyptiis mutuo acceperint, secum  
 auferentes, ingenti exercitu cum Animantibus  
 consecratis persecutum esse. At Moysum uti  
 Mare virga percuteret, divinitus admonitum,  
 Aquam virga tetigisse, ac discedentibus illico  
 Fluctibus, Copias sicco Tramite deduxisse. E-  
 andem porro viam tentantibus, ac fugientium  
 terga prementibus Ægyptiis, cum adversum re-  
 pente Ignem corruscasse, tum ipsum quoque Ma-  
 re patentem semitam refluentibus undis obruisse,  
 itaque partim Igni, partim astu maritimo Æ-  
 gyptios ad unum omnes periisse. Sed rever-  
 tamur ad Trogum. Quomodo quæso po-  
 tuit exercitus, omnibus instructus, inhiberi,  
 quo minus persequerentur & assequerentur  
 inopem & omnibus destitutam turbam, æ-  
 gritudine quoque infectam, ut aiunt, nisi  
 vi quadam extraordinaria interpellaretur.*  
 5. Falsa est Geographia Trogi: Nam Sy-  
 nan a Damasco ultra 200. millia passuum dis-  
 tabat: nec unquam Patria Israelitarum fuerat  
 §. IV.

§. IV Subnectamus his verba Diodori,  
Pag. 921. Ἡμεῖς δὲ μελλοντες ἀναγράφειν  
τον πρὸς Ἰουδαίους πόλεμον, δικεῖτον εἶναι δια-  
λαμβάνομεν θεοδίελαθῆν ἐν κρηφαλαίοις την  
τῆς ἐθνους τέτον ἐξ ἀρχῆς κτίσιν, ἢ τὰ παρ  
αὐτοῖς νομίμῃ &c. ‘ Nos Bellum contra  
‘ Judæos literarum memoriæ prodituri nos-  
‘ tri officii esse duximus, si prius summa-  
‘ tim de Origine hujus Gentis & legibus  
‘ ipsorum disseramus. In Ægypto lue pes-  
‘ tifera quondam exorta plerique mali cau-  
‘ sam ad offensam numinis referebant. Cum  
‘ enim multi promiscuæ colluvionis adve-  
‘ nire ibi habitarent, qui peregrinis ritibus  
‘ in Sacrorum ministeriis & immolationibus  
‘ uterentur, evenit, ut aviti Deorum Ho-  
‘ nores apud eos exolescerent. Hinc sus-  
‘ picio indigenis Regionis illius injecta, ni-  
‘ si alienigenas submoverent, futurum ut  
‘ malis nunquam exonerarentur. Statim  
‘ igitur expulsis aliarum Nationum Homi-  
‘ nibus, pars nobilissima & strenuitate alios  
‘ præstans eximiorum Ducum auspiciis in  
‘ Græciam ( ut perhibent ) & alia quædam  
‘ loca, variis jactata casibus, pervenit, qui-  
‘ bus aliorum clarissimi Danaus & Cad-  
‘ mus præerant. Pars autem Populi max-  
‘ ima in Terram, quæ Judæa nunc vo-  
‘ catur ab Ægypto quidem haud longe dis-  
‘ sitam, at omnino temporibus illis deser-  
‘ tam rejecta est. Colonix hujus ductor  
‘ erat



erat Moses quidam, ut appellatur, sapien-  
 tia & fortitudine maxime excellens. Is  
 occupata Regione cum Urbes alias, tum  
 quæ nunc clarissima est, Hierosolyma, ac  
 Templum ibi, quod in summa illis vene-  
 ratione habetur, condidit. Ex his Dio-  
 dori verbis, sponte fluunt hæc consuetaria.  
 1. Judæos nequaquam fuisse indigenas, quod  
 omnino cum multorum Gentium Scriptorum  
 sententia qui eos Ægyptios fuisse scri-  
 bunt, pugnat. 2. Siculum Judæos eodem  
 loco habere cum Cadmo, & Danao, qui  
 Ethnicorum sententia fuere nobilissimi. 3.  
 Tot Profelytas accessisse ad Israëlitarum  
 Religionem; ut Ægyptiorum Tempia pene  
 desolarentur: Moti erant procul dubio, mi-  
 raculis, quæ per Mosi ministerium facta  
 erant; & plagis quibus Ægyptii erant af-  
 fecti: Sed præ omnibus, clade Animalium,  
 Bonum Canum, Felium, et aliorum, quæ  
 numinum adinstar, adorarunt: *Exod. Cap.*  
*XII. Com. 12. Num. Cap. XXXIII. Com. 4.*  
 Hinc Fabula Ægyptiaca, de Diis a Ty-  
 phone fugientibus. Audierunt etiam Isra-  
 elitas loquentes, de rebus magnificis, quæ  
 habendæ erant in Terra promissionis; &  
 sperarunt sese earum fore Particepes: Hinc  
 illud *Exod. Cap. XII. Com. 28.* וַיַּעֲלֵם  
 אֱתָם עִלָּה רַב *Et etiam mixtio multa ascer-*  
*dit cum eis.* Ex qua tamen mixta multi-  
 tudine, haud pauci Apostasiam fecisse vi-  
 dentur, ut patet, ex *Numer. Cap. XI. Com.*

4. Cum existimarent, nimirum carralibus bonis inhiantes, grandibus promissis eventus nequaquam respondere. 4. Agnoscere hic Moſen, ſapientia, & fortitudine omnino præſtantem: In quo conſpirat Diodorus cum multis aliis Gentium Scriptoribus, qui Moſis meminerunt. 5. Confundi Cananæam cum ea parte Arabiæ, quam Iſraelitæ trajecto Mari Rubro, primum ingreſſi erant; quæ revera deſerta erat, & ut autumamus adhuc deſerta eſt. 6. Confundi Moſen cum Salomone, qui Templum Hieroſolymis revera condidit.

§. V. Opportune adjiciemus aliud fragmentum ejusdem Authoris, pag 901. ubi refert hiſtoriam obſidionis Hieroſolymorum, per Antiochum vulgo dictum, pium. Verba ſunt ‘ Antiochus Rex Hieroſolyma oppugnabat. Judæi autem ad tempus reſiſtebant. Sed abſumpta omni victus copia, de tranſactione cum eo Legatos mittere coacti ſunt. Tum amicorum ipſius plerique, ut ſumma vi urbem expugnaret, gentemque Judæorum interneſione deleret, conſulebant. Soloſ enim inter omnes nationes a conſuetudine alterius Gentis abhorrere, & hoſtium loco habere omnes; majores etiam ipſorum ex omni Ægypto fugatos, velut impios & Diis exoſos fuiſſe, demonſtrabant. Cum enim Corpora ipſorum vitiligine ac lepra infecta  
L. 2. eſſent

' essent, expiandi causa, ut homines nefari-  
 ' rios, congregatos e finibus suis expulisse. Ex-  
 ' terminatos autem circumfrita Hierosoly-  
 ' mis occupasse, Gente Judæorum in unum  
 ' corpus redacta, odium adversus homines  
 ' traditione propagasse. Ideoque leges prorsus  
 ' alienas promulgasse, ne mensam cum alia  
 ' natione communem haberent unquam, ne-  
 ' que illi bene cuperent. Antiochus enim  
 ' cognomento illustris, Judæis bello subactis  
 ' inaccessum Dei Fanum ingressus est, quo  
 ' tamen Sacerdoti tantum penetrare lege  
 ' permissum erat. In quo cum viri prolixa  
 ' barba Imaginem ex lapide reperisset,  
 ' Afello incidentem, hanc Mosis esse ju-  
 ' dicavit, qui Hierosolyma condidit, Gen-  
 ' tem coagmentavit, ac mores nefarios,  
 ' odioque hominum scatentes, lege Judææ  
 ' is sancivit. Ipse igitur odium in univer-  
 ' sas gentes detestatus, ut leges aboleren-  
 ' tur, operam dedit. Propterea Conditoris  
 ' Imagini, Aræque Dei subdiali, magnam  
 ' suam immolavit, & cruorem illis effudit  
 ' carnibus etiam apparatus, harum jure li-  
 ' bros sacros, qui leges odio peregrinorum  
 ' flagrantem continent, adspergi iussit. Lych-  
 ' num præterea, immortalem illis dictum,  
 ' qui perpetuo in templo ardet, extinxit.  
 ' Pontificem denique & cæteros Judæos, ut  
 ' carnibus vescerentur, coegit. Hæc ubi  
 ' differuerant amici hortatores Antiocho  
 ' summopere erant, ut Gentem funditus ex-  
 ' tingueret

tingueret. Sin minus, ut abrogaret leges  
& vitæ instituta mutare illam cogeret. At  
Rex, quod magno celsoque animo, & pla-  
cido ingenio esset, cum exacto, quod de-  
beatur, tributo mænibus Hierosolyma nu-  
dasset, obsidibus acceptis, crimina genti  
condonavit. Hæc Siculus: In quæ sequen-  
tes feremus stricture. 1: Vetustissimam fu-  
isse calumniam Ethnicorum, Judæos om-  
nibus mortalibus esse hostes. Hoc namque  
prætendit Haman, dum eorum internecionem  
Regi Ahafuero suavit *Esth.* Cap. III, Com-  
8 idem jactabant Romani, ut notum  
est ex *Juven. Satyr 14. Car. 100 &c.*

*Romanas autem soliti contemnere Leges,  
Judaicum ediscunt & servant ac metuunt jus  
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses  
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti:  
Quæsitum ad Fontem solos deducere verpas.*

Sed hac calumnia nihil injustius, Nam  
in totis S. Bibliis, ne vel chilum reperi-  
es, quod officia Humanitatis erga omnes  
homines prohibet. Immo plurima insunt eis  
qui plane contrarium spirant: Quoties in  
*Psalms?* v. g. laudatur Deus ob benigni-  
tatem in omnes mortales effusam. Et quoties in  
*Proverbiis* illa officia injunguntur, & commen-  
dantur. Quinimo jubetur Israeliticus Popu-  
lus diligere proximos ut seipsos *Levit. Cap.*  
*XIX. 18.* quod *Lucæ* Cap. X. exponitur de  
L. 3. omni

omni homine, non de Judæo solum. Israelitæ equidem jubebantur excindere Cananæos: Sed isti, ut patet *Levit. Cap. XX. Com. 23.* talibus criminibus polluti erant, quæ Dei Hominumque ardentissimum odium mergebantur: Et benefacere peregrinis in plurimis *Pentateuchi* locis imperatur; Et humanitatis officia ab Israelitis erga alias gentes præstita commemorantur; ut *II. Sam. Cap. VIII. Com. 10. & I. Reg. Capit. IX. X: Amos Cap. I. Com. 9.* Fatemur Judæos circiter partem Sospitoris nostri, quando cæperunt rejici a Deo, evasisse summe impios & sceleratos; & proinde irritasse omnes Gentes in sui perniciem; Et paulo post id tempus, erat, cum Paganorum Scriptores cæperunt invehi in eos acerrime. 2. Omnes Gentilium Scriptores in eo consentire, quod Judæi in Ægypto habitaverint, atque inde extraordinaria quadam ratione abierint. 3. Hos Antiochi amicos, infestissimos licet Judæorum hostes, non tamen objecisse Judæis Anthropophagian, ut Molon, alique apud Josephum contra Appionem, objiciunt: Et proinde minime consensisse mendaces Paganos, in testimoniis contra Dei Ecclesiam. 4. His omnibus, alios Gentium Scriptores, ut Strabonem, & Dionem, contradixisse: atque de Judæorum lege & religione, non sine honore maximo locutos fuisse. 5. Ex his juratorum

Judææ

Judææ hostium verbis, nos habere clarissimum documentum de sævissima persecutione, Judæis propter Religionem illata: quod ea quæ habemus in Maccabeorum libris, de Judæorum sua sacra propugnatum, crudelissimis passionibus, haud parum confirmat. 6. Ex iisdem istorum verbis constare, eos nunquam legisse scripta Mosai-  
ca, & proinde suos clausisse oculis; atque ex malitia potius quam ignorantia peccasse, Cum Libros Mosis facillime habere potuissent.

## C A P U T IX.

### *Imago Historia Judaica juxta Exoticos.*

§. I. **J**AM Judaicæ Historiæ quandam Imaginem, Religionis, aliarumque rerum ad eos spectantium juxta Ethnicos trademus. Strabo Lib. XVI. hæc scribit. *Judææ extrema occidentalia Casio proxima, Idumæi occupant, & Lacus Idumæi quidem Nabatæi sunt: per seditionem autem inde ejecti Judæis se adjunxerunt, & eorum leges amplexi sunt. Ad mare autem Serbonidis majorem occupavere partem & qua deinceps sunt usque ad Hierosolimam mari omnia vicina. Jam ante enim docuimus, hanc a navali Joppes conspici, atque hæc quidem versus septentrionem sunt, & magna ex parte a mixtis Gentibus habitata, Ægyptiis, Arabibus & Phænicibus*

nicibus. Nam tales sunt qui Galilæam habent, & Hierichuntem, & Philadelphiam, & Samariam, quam Herodes Sebastiam, id est Augustam, nominavit. Cum autem sint correna, fama qua plurimum obtinet de his, qua de templo Hierosolymitano jactata fidem inveniunt, perhibent ab Ægyptiis fuisse prognatos eos, qui nunc Judæi appellantur. Nam MOSES unus ex Ægyptiis Sacerdotibus, cum partem quandam Regionis haberet, ac moleste ferret præsentem statum, inde huc commigravit multis eum comitantibus quibus divina curæ erant. Affirmabat enim docebatque Ægyptios non recte sentire, qui bestiarum ac pecorum imagines Deo tribuerent, itemque Afros, & Græcos, qui Diis. Hominum figuram affingerent. Id vero folium esse Deum, quod nos & terram ac mare continet, quod Coelum & mundum & rerum omnium naturam appellamus, cujus profecto imaginem nemo sanæ mentis alicujus earum rerum quæ penes nos sunt, similem audeat effingere. Proinde omni simulacrorum effigione repudiata, dignum ei templum ac delubrum constituendum, ac sine aliqua figura colendum. Qui caste ac juste vivunt, eis bona somnia offerri: debere itaque & pro se, & pro aliis eos dormire in templo, & a Deo subinde aliquid boni atque indicii expectare, cæteris nihil sperandum. Talia Moses dicens Hominibus bonis, non sane paucis

cis; fidem fecit, inque ea loca deduxit,  
ubi nunc condita sunt Hierosolyma : quem  
facile obtinuit, cum non essent æmulati-  
oni obnoxia, neque digna de quibus con-  
tenderetur. Est enim locus saxosus, aquis  
ipse quidem abundans, cum Regio circum  
sterilis ac ficca sit, & intra sexaginta sta-  
dia, etiam solum habeat lapidosum in-  
ferne. Interim loco armorum Sacra &  
Deum prætendebat, cui se dicebat sedem  
quærere, & ejusmodi cultum & sacrificia  
traditurum pollicebatur, quæ nec impen-  
sa nec furoribus, neque re ulla absurda  
cultores perturbarent. Hæc ille cum suis  
probasset, non contemnendum adeptus est  
Imperium : Facile enim Gentes omnes  
finitimæ tanta proposita spe, & hujusmodi  
consuetudine ductæ se adjunxerunt. Suc-  
cessores aliquandiu in iisdem institutis per-  
mansere, justi & vere religiosi. Post cum  
Sacerdotium occupassent, primum quidem  
superstitiosi homines, deinde etiam tyran-  
nici: superstitio invexit abstinentiam a  
carnibus, quam etiamnum retinent : & cir-  
cumcisiones, & excisiones & si qua sunt  
hujusmodi alia ; Tyrannis autem latroci-  
nia. Qui enim deficiebant, simul & eam  
Regionem, & vicinam vexabant : At qui  
Principum res agebant ii aliena diripi-  
entes, Syriæ ac Phœniciæ non pauca sub-  
egerunt. Honor nihilominus arci eorum  
habebatur; quam non ut sedem Tyran-  
norum



' norum averfarentur homines, fed vene-  
 ' rarentur ut Templum. Ex his Strabonis  
 verbis, fequentia obfervare convenit: 1.  
 videri Strabonem nunquam fuis oculis luf-  
 traſſe Palæſtinam. Nam v. g. confundit  
 lacum Sodomi, cum lacu Sirbonidis. 2. I-  
 dumæi non funt Nabatæi, utpote diverſis  
 Progenitoribus prognati, cum tamen ambo  
 populi, inter Arabas numerantur: poſſunt  
 Idumæi, lato ſenſu dici Nabatæi; ut apud  
 Ovidium.

*Eurus ad Auroram, Nabatæaque Regna reſceſſit.*

3. Palam eſt ex Joſepho Lib. XIII. Cap.  
 17. Strabonem errare, cum ſcribit ſeditio-  
 nem fuiſſe cauſam, cur Idumæi Judæis ag-  
 gregati ſunt: Nam fuit Joannis Hyrcani  
 violentia, qui eos ad Circumciſionem, re-  
 liquosque Judaicos ritus admittendos, com-  
 pulit. 4. Cum dicat Galilæam habitari a  
 mixtis Gentibus, fæneratur lucem *Iſaiæ* Cap.  
 IX. ubi vocatur גליל הנורים *Galilæa Genti-*  
*um*. Et hic quæri poteſt, quo pacto, poſt  
 Captivitatem Judæi poſſederint Galilæam?  
 Nam obſervare eſt in N. Teſtamento, Ju-  
 dæos poſſediſſe Galilæam, pariter atque Ju-  
 dæam; & illam, non minus quam hanc,  
 ſuam duxiſſe: Et Libri *Maccabeorum*, qui  
 multo antea ſcripti erant, clariſſime in-  
 nuunt, Judæos ea Regione fuiſſe potitos.  
 Verum quomodo eam naſti ſunt, obſcuriſ-  
 ſimum

finum est. Opinor eorum plerosque fuisse ex decem tribubus, qui hæserunt in remotioribus illius Regni locis, dum posterī Senacheribi, & postea Reges Babylonii, Asiæ Imperium tenuerint. Nam videntur Assyriorum Reges Cuthæos, reliquosque ex Oriente Colonos, in ipsa solummodo Samaria, & ei proximis oppidis & Regionibus collocasse; neglectis remotioribus Israelitidis partibus. Constat insuper ex II. *Paralip.* Cap. XXX. Asheritas & Zabulonitas, qui sedes habuerunt in Galilæa fuisse plerumque addictiores vero Dei cultui, quam erant reliquæ decem Tribuum. Probabile est porro cum hi pace qualicunque fruerentur, in illo neglecto angulo, plures ex Captivis Israelis se vel prece vel prætio liberasse, & remeasse in Galilæam, ad Fratres. Et tandem rerum potente Persa, qui æquior erat piis Israelitis, eos coaluisse in aliqualem Rempublicam. Sunt qui autumant Judæos nullas fixas sedes habuisse in Galilæa, ante *Maccabeorum* tempora. Sed aliquot eorum ibi vixisse pallantes, ut Tyri, Damasci, & in aliis Urbibus circumjacentibus, & Regionibus. Sed nulla mentio est in Libris Maccabeorum, quod Judæi tunc habitare Galilæam inceperint: Immo haud obscure innuitur illam Regionem, dudum antea ab Israelitis fuisse possessam; eodem Jure quo ipsam Judæam tenuerunt. Vide sis Lib. I. *Maccab.* Cap. V. & Joseph.

Lib.

Lib. XII. Capit 11. 12. & Lib. XIII. Cap-  
 17. Porro si Judæi Terras vicinas Armis  
 acquirere tentassent, potius Samariam, vel  
 Idumæam, cujus pars tunc ad Judæos re-  
 vera pertinebat, quam Regiones multo re-  
 motiores qualis erat Galilæa, invasissent.  
 Insuper notandum est, Judæos ad ipsam  
 cladem Hierosolymitanam, Galilæam non  
 minus exultasse suam, quam ipsam Judæ-  
 am. Et proinde Josephum Historiographum  
 ei præfecisse, illum aliquandiu eam forti-  
 ter defendisse, donec tandem capta Jotapa-  
 ta in Romanorum manus incideret. Jam  
 cum sermo sit de Galilæa, non abs re quæ-  
 retur, quomodo potuerit Salomon I. Reg.  
 Cap. IX. *donare Hiram; viginti Civitates  
 in Galilæa.* Locus torquet multos; nobis  
 tamen videtur solutu facilis: Si hæc duo  
 recolamus. 1. Solomonem dominatum fuisse  
 omnibus Regnis, ab ipso Flumine, ad Ter-  
 ram Pelischthæorum, & usque ad termi-  
 num Ægyptiorum. 2. לְיָמָיו apposite fumi  
 posse appellative; nam inter alia significat  
*Limitem, Terminum, Confinium.* Ideoque lo-  
 ci sensus est; Solomon dedit Hiram viginti  
 Urbes in confinio, sed extra Palæstinæ  
 limites: an tamen concesserit Hiram ple-  
 num jus in eas, vel solummodo usufructu-  
 um, discutere nil attinet. 5. Loco observa-  
 bis Strabonem, adeo honorifice loqui de  
 Judaica Origine, & Religione: Ut pene  
 de jeres ipsum Strabonem fuisse Judæum,

a quo tamen satis longe aberat. Atque i-  
deo magis mirandum est, quod scribente  
Strabone, Judæi tumultibus suis, & bellis  
civilibus, atque aliis minime necessariis, in  
odium propemodum omnium vicinarum  
Gentium incurrerent. Similia habet Dion-  
Cassius Lib. XXXVII. *Diversum (inquit)*  
*a reliquis Hominibus obtinent cum aliis in*  
*rebus usuque vite quotidiano, tum eo præser-*  
*tim quod nullum ex cæteris Diis colunt unum*  
*autem quendam summo studio venerantur. Tunc*  
*quoque temporis nullum Hierosolymis simula-*  
*crum exstabat, nimirum suum illum Deum, in-*  
*effabilem invisibilemque existimantes, religioso*  
*ejus cultu cæteros mortales superant. Judæi*  
*(inquit Tacitus Lib. V. Histor. Cap. 5.) Men-*  
*te sola, unumque numen intelligunt. Propha-*  
*nos, qui Deum imagines, mortalibus materiis,*  
*in species Hominum effigant. Summum illud*  
*& æternum, neque mutabile, neque interiturum.*  
*Igitur nulla Simulacra Urbibus suis, nedum*  
*Templis sunt. Non Regibus hæc adulatio,*  
*non Cæsaribus honor. Hæc Tacitus; jura-*  
*tus, si quis alius Judæorum Hostis. Sed*  
*pergamus cum Strabone.*

§. III. 6. Igitur notandum graviter errare eum, testibus Dione, & Tacito: cum dicit Mosen docuisse. *Quod id solum Deus esset, quod nos contineret, Terram ac Mare, quod Cælum & Mundum, & rerum omnium Naturam appellamus. Eodem tamen errore,*  
implicitus

implicitus est Diodorus Pag. 922. Ἀγαλμα (inquit) δὲ Θεῶν τὸν συνολὸν οὐ κατεσκεύασε διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπομορφὸν εἶναι τὸν Θεόν. ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι Θεόν, καὶ τὸν ὅλων κύριον. *At nullam omnino Deorum imaginem statuamve fabricavit: quod in Deum minime cadere formam Humanam; sed Caelum hoc, quod Terram circumquaque ambit, solum Deum esse, cunctaque in potestate habere, judicaret. Nec his abludit Juvenal. Saty. XIV. Quidam sortiti metuentem Sabbata Patrem, nil præter Nubes, & Coeli lumen adorant. Vel ut alii Coeli Lumen.* Origo erroris ut opinor, inde fuit: quod Ethnici quasdam Scripturæ phraſes audiverint, (nam apparet eas nunquam legiſſe) & male intellexerint: qualis est illa *Pſal. LXXIII. Com. 9. Opponunt Cœlis os ſuum.* & *Dan. Cap. IV. Com. 26.* ubi dicitur *Cœlos dominari.* Alii putant errorem inde ortum, quod Deus in Monte Sinai apparuerit in Igne & Nubibus: Et Igne & Nube duxerit Populum ſuum per Deſertum. Error iſte erat craſſiſſimus, & falſiſſime Antiquis Judæis imputatus: Minus tamen abominandus, quamquod adſcribit eis Petronius ſcilicet quod ſuam colerent.

*Judæus licet & porcinum numen adoret,  
Et Cœli ſummas advocet Auriculas.*

Immo Plutarchus longe gravior Arbitro,  
Lib.

Lib. V. *Convival. Quæst.* hanc habet Quæstionem. *Utrum Judæi, quod venerentur suam an quod ab eo abhorreant, abstinent se ejus Carne.* Et omnino propendet in priorem, scilicet quod eum venerentur. Ibid. adscribit quoque Judæis *Afinolatriam* Nec (inquit) caret res fortassis ratione: quod sicut *Asinum*, qui eis *Aqua Fontem* ostendit, colunt, sic *Porcum* venerentur *sementis & Arationis Doctorem.* Quinimo cultum Bacchi eis exprobrat, atque Orgia Bacchi cum Festo Tabernaculorum comparat. Sed refutatur a Tacito Lib. V. *Histor. Cap 5.* Sed quia (ait) *Sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur, utrisque aurea Templo reperta: Liberum Patrem coli, Domitorem Orientis quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis. Quippe Liber Festos latoſque ritus posuit: Judæorum mos absurdus sordidusque.* Sed hospes est plane in Antiquitate, cui non constat Bacchi ritus fuisse sordidissimos & crudelissimos. Sed e contra Judæorum Festa, quemadmodum erant sanctissima, ita erant vere læta & Sacro Gaudio plena; quod ex plurimis *Pentateuchi* locis, reliquarumque Scripturarum abunde constat: ut nesciam an magis ex Malitia, vel ex Ignorantia Pagani isti peccaverint. Sed id quod præcipue observandum, solenne est Hostibus veritatis dum eam impugnent, confirmare; & simul se invicem frontibus adversis arietare. Sequitur

tur tamen Tacitus Plutarchum, imputando Asinolatriam Judæis. *Nihil* (inquit Lib. V. Cap. 3.) *æque quam inopia Aqua fatigabant. Jamque band procul exitio, totis Campis procubuerant: cum Grex Asinorum agrestium, e pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses, conjectura herbidi Soli, largas Aquarum venas aperit. Et Cap. 4. Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, Penetrati sacravere. Sed Cap. sequent: sibi contradicit. dum hæc scribit. Ægyptii plerique animalia effigies compositas venerantur. Judæi mente sola unumque numen intelligunt. Sc. ut supra. Et Cap. 9. Romanorum primus Cn. Pompeius Judæos domuit: Templumque Jure Victoriæ ingressus est. Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie vacuam Sedem, & inania Arcana.*

§. IV. Sed id quod præcipue intendimus, est ut inquiramus in Originem calumniæ Asinolatriæ, Judæis primum, & postea Christianis, impactæ. Censemus igitur Ægyptios primos Authores, fuisse hujus contumeliæ: An forsan ex pura puta malitia, quia Asinus est contemptibile Animal; vel ex aliqua alia occasione arrepta, nulli mortaliū puto hodie constat. Transcribam igitur doctissimi Bocharti verba, Hieroz. Part. poster. Lib. II. Cap. 18. *Tamen, (inquit) quia Ægyptius fuit Apion, Fabula Architectus, malo ex Ægyptia Lingua id repetere,*

repetere, qua cum ΠΙΕΩ fit ὁ ὅρος, *Asinus* (ita habetur in Ægyptio Nomenclatore Ib-  
nocabari a Kirchero edito Pag. 166.) vi-  
dentur impuri Homines ad *Asinum* traxisse  
horresco referens quod in Scriptura tam fre-  
quens est פי יהוה pi. Jao, ut quandoque in  
uno versu bis vel ter repetatur. Exempla vi-  
de Num. IX. 18. 20. 23. nempe פי יהוה  
est os Domini, item mandatum, aut verbum  
Domini. In Taciti igitur verbis, duas opi-  
nor confundi Historias, quarum altera re-  
fertur Exod. Cap. XV. altera XVII. 17. & alia  
ei persimilis Numer. XX. Nam in his Taciti  
verbis habetur Israelitarum ardens fitis: De-  
inde habetur Aquæ copia plane insperata.  
3. Dum dicat *Mosen* largas *Aquarum* venas  
aperuisse. Non dubito quin rupes percussa,  
unde largi *Aquarum* Rivi fluxerunt, mali-  
tiose tegatur. Nec dubito quin *Fabula* de  
Typhone, ex Historia *Mosis* procusa sit;  
nam reducente *Mose* Israelitas, exercuit Do-  
minus Judicium in omnes Deos Ægypti  
Exod. Cap. XII. Com. 12. & Num. Cap.  
XXXIII. Com. 4. In Deos etiam illorum ex-  
ercuit *Jehova* Judicium. Sed non est, quod  
plura vecordix documenta demus: Tot  
enim absurda & ridicula Judæis objece-  
runt, ut tandem ipsos Paganos adeo horren-  
dorum mendaciorum puduerit, certe pigu-  
erit: Nam ii quibus frons erat, dixere tan-  
dem se nescire quid Judæi coluerint. Au-  
divimus hæcenus id fatentem *Dionem*; nec  
M aliter



aliter Pompeius apud Lucanum Lin. 592.

*Cappadoces mea Signa timent, & dedita  
Sacris*

*Incerti Judæa Dei.-----*

Præfracte tamen perseverarunt affingentes Judæis pluralitatem Deorum: Ita Syri Lib. I. Reg. Cap. XX. Com. 23. *אלהים הרים אלה Dii montium, sunt Dii eorum.* Et I. Sam. Cap. IV. Com. 8. *אלה הם האלהים המכים את מצרים בכל מכה בפסבר* *Hi sunt ipsi Dii, qui percusserunt Ægyptum in omni Plaga in Deserto.* Notum est Israelitas tunc temporis ingentem Cladem fuisse passos: Quamvis alienigenæ fuerunt adventu Arcæ, vix mentis compotes. Rogabis igitur unde tantum virium *εμψρουντητοis* fuerit? Respondeo si conjecturam meam ex hoc loco, atque *Psal. LXXVIII. Com. 63.* collatis audias; Responsio facilis est, nempe cælitus adjutos fuisse Philistæos: Verba *Psaltæ* sunt *בחורי אלה אנ* *Juvenes ejus comedit ignis.* uterque locus de eadem re agit, nimirum de clade Israelitarum. Et quamvis Philistæi hortati sunt se invicem ad agendum strenue patet tamen ex contextu eos plane fuisse consternatos: Censensus igitur, salva aliorum Judicio, Ignem miraculose ingressum Israelitarum castra, eaque populantem, fecisse Hosti animos. Simile quid habemus

bemus II. Paralip. Cap. XXIV. Com. 24. Rogabis porro qui dicant Philistæi, in Deserto percussos Ægyptios tot Plagis? Cum notum sit effusas fuisse in ipsam Ægyptum. Respondent plures maximam omnium Plagam fuisse effusam in Ægyptios persequentes Israelitas per Mare Rubrum, quod ab utroque latere Desertum habuit: Et non assero huic responsioni suam deesse vim: Sed aliam posse dari opinor. Nam מַרְבֵּי פֶלַע *πολυσημος* est & Cap. IV. Cant. Com. 3. significat *Eloquium* vel *Loquelam*. Potest igitur sensus esse sententiæ Philistæorum, *Qui percussit omni Plaga, vel multis Plagis Ægyptios verbo suo, vel solo verbo suo*. Sed parum fateor refert, quod isti Pagani, admodum rudes Israeliticarum rerum senserint: dummodo observemus eos habuisse aliqualem notitiam miraculorum, quæ Deus in gratiam Populi sui fecit in Ægypto, & proinde eos habuisse quoque notitiam miraculorum quæ fecerat in deserto, & Canaan. 7. An aliqualis Imago Cœli, & Mundi potuerit effingi: judicent alii. 8. Strabone arbitro probi erant quos Moses sequaces sui fecit Ἐκεῖνος (ait) μεν οὖν τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν εὐγνωμονας ἄνδρας οὐκ ὀλιγους.

§. IX. 9no. Supprimat Strabo miraculosum iter Israelitarum, & debellationem Cananæorum. Nam non rationi consentaneum est, Israelitas potitos fuisse Hierosolymis

M. 2.

fine

sine sanguine. Porro nequaquam verum est tot stadia circa Hierosolyma fuisse sterilia. Nam innumeri horti quorum & Antiqui & Recentes meminerunt, contrarium evincunt. Sed finge sexaginta stadia circa Hierosolyma fuisse sicca, minime tamen sequitur ea loca fuisse fructibus destituta. Et insuper patet ex ipso Strabone, *Hierosolyma fuisse urbem munitissimam*, & proinde dignam pro qua contenderetur cum esset *Arx omnino aquis abundans; Regione circumjacente aquis carente*. Sed etiam si nihil circa Hierosolyma fructiferum fuisset; debebat nosci Strabo amplas Regiones possedisse Judæos; quæ omnino erant uberrimæ. Audi Polybium Lib. V. ἡ δὲ Φιλοτερία καὶ ταὶ παρ' αὐτῆν τὴν λίμνην. &c. *Philoteria quidem juxta paludem sita est, in quam Jordanis fluvius fluens, rursus in agrum ejus urbis exiit, quam Scytharum vocant. His duabus urbibus e vestigio positus, animum ad res futuras mirum in modum auxit, quod ager illarum satis superque esset ad præbendum Exercitui com-  
meatum, ac cætera necessaria suppeditanda.* Audi & ipsum Strabonem Lib. XVI. pag. 754. de Trachonitide loquentem, quæ non erat inter fertilissimas Regionum Palæstinae. Δὺο δὲ ἔστιν ( inquit ) ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν κοίλην Συρίαν &c. Porro duo montes sunt, qui Syriam concavam ( hoc enim est *Cælosyria* ) includunt, æqualibus fere inter se diffiti spatiis, *Libanus & Antilibanus*, paulo  
supra

supra mare incipientes: Libanus prope Tripolim. & Dei faciem: Antilibanus supra mare Sidonium: desinunt autem ad Arabiæ montes, qui sunt ultra Damascum & eos, qui ibi Tracponita dicuntur, in alios quosdam Montes, qui glebosos atque fructiferos colles habent. Ex parte tamen excusari potest Strabo; quoniam nullus Exoticus scriptor quem hodie poscimus, videtur novisse Israelitas possedisse aliquid amplius terræ Canaan; nisi eam quæ cecidit forti Judæ & Benjaminis. Nihilominus graviter culpandi sunt Pagani, Strabo æque ac reliqui; quoniam nunquam evolvere dignati sunt, S. Judæorum tabulas, quanquam eas in Græcam versas ad manum habuerint. Et Tacitus Lib. V. Histor. Cap. VI. Corpora hominum salubria, & ferentia laborum Rari imbres, uber solum. Opes Genti (inquit Justinus Lib. XXXVI. Cap. 3, ) ex vestigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum Regionibus gignitur. Multi alii Authores Palæstinam, ob eandem commoditatem plurimum commendant. Plinius Lib. XII. Cap. 25. Sed omnibus odoribus præfertur Balsamum, uni terræ Judææ concessum. Et Diodorus Lib. XIX. pag. 724. γίνεται δὲ καὶ τὴς τοῦτες τούτης ἐν αὐτῶνι τιμὴ καὶ τὸ καλόμενον Βάλσαμον. &c. Et nascitur in vicinia hujus valle ( de Palæstina sermo est) quadam id quod Balsamum vocatur; ex quo dives existit proventus cum nusquam in orbe

M. 3. terrarum

*terrarum alibi stirps hac inveniatur.* Josephus  
 nescio quo rumore deceptus, innuit Judæ-  
 os debere Balsamum Reginae Shebæ λε-  
 γει ( inquit Lib. VIII. Cap. 2. ) λέγει  
 ἡ τὴν τῆ ὀποθαλάμῃ ἐρίζαν ἣν ἐτινύον ἡμῶν ἡ  
 χώρα φέρει δὲ τῆς ταύτης τῆς γυναικὸς εἶ-  
 μεν. *Aiunt etiam, quod balsami plantam,*  
*cujus ferax est hodieque nostra Regio, illius*  
*Reginae munificentia ferri acceptam oporteat.*  
 Sed non legerat cum judicio Flavius  
 XLIII. Cap. Com. 11 *Geneseos* 'Accipite(in-  
 'quit Jacob ) de laudatissimis hujus Regi-  
 'onis in vasis vestris, & deferre ad Virum  
 'illum munus; parum opobalsami &c. Un-  
 de patet in Cananitide, multo ante Solo-  
 monis tempora Balsamum crevisse. Plerique  
 Pagani scriptores quos hodie terimus, lo-  
 quuntur de balsamo, ac si inveniendum tan-  
 tummodo esset in valle Hierichuntina. Sed  
 patet ex *Genes.* Cap. XXXVII. Com. 27  
*Jerem.* Cap. VIII. Com. 22. Præstantis-  
 simum quoque balsamum crevisse in Gal-  
 laditica Regione, quæ est in ulteriori ripa  
 Jordanis: nec id tacuit Strabo Lib. XVI.  
 pag. 755. Nam de Galaditica loquens ita  
 ait "Ἐχει δὲ ἡ λίμνη, ἥ φέρει τὴν ἀρωμα-  
 τικὴν σχοίνον, ἡ καλάμον ὥς δὲ αὐτὴς ἔλη  
 καλαίται δὲ ἡ λίμνη Γεννησχοίτης φέρει δὲ  
 ἡ Βάλαμον. ' Lacum habet, qui aroma-  
 'ticum juncum, & calamum fert: habet e-  
 'tiam paludes. lacui nomen est Gennesa-  
 'ritis, gignit etiam balsamum. Priusquam  
 autem

autem huic suavissimo odori valedicamus, liceat nostram conjecturam præferre de celeberrimis hortis Hierichuntis. Et valde fallor, aut illa mira feracitas prætiosissimi arbusculi, provenit ex prophetia vel benedictione Elishæ: *Reg. Poster. Cap. II. Com. 19. & sequentibus.*

§. VI. Cananitis porro erat uberrima palmis, quarum fructus sunt ad plurimos usus præstantissimi: hinc illud Lucani Lib. III.

—*Arbusto Palmarum dives Idume*

Quid inquires? an Idumæa erat Judæa? Sed difficultas nulla est; Idumæi durante Babylonica Captivitate, partem Judææ non spernendam occuparunt; quæ ut videtur promissa erat eis a Chaldæis, propter operam haud segnem, navatam in bello Judaico; præsertim in obsidione Hierosolymitana, ut patet ex ultimis Capit. *Poster. Reg. & Paralip.* Sed præ aliis ex *Psalmo CXXXVII. & Oba.* Jam vix unquam expelli inde potuerunt, ut patet ex *Libris Maccabæorum.* Tandem subacti sunt ab Hyrcano Judæo, & Judaïsmum recipere coacti, ut liquet ex Josepho. Jam ex familia quadam Idumæorum haud incelebri ortus est Herodes Magnus, revera paganus, saltem semipaganus; quamquam Judaïsmum simulaverat, Judæus inter Judæos

os haberi cupivit; Sed ad suam Gentem extollendam inter Romanos aliosque cujas esset, procul dubio satis aperuit. Ob has rationes, apud Romanos Scriptores orientalium rerum haud gnaros; hæ Regiones Idumæa & Judæa pro uno & eodem usurpantur. Hinc illud Statii Lib. I. *Sylvarum*.

*Quicquid nobile Ponticis Nucetis,  
Fæcundis cadit aut Jugis Idumes.*

Et Lib. III.

*Colloquia, inque vicem Medios narrabimus  
Annos*

*Turapidum Euphraten, & regia Bactra sacra-  
que*

*Antiqua Babylonis opes, & zeugma Latina  
Pacis iter : qua dulce nemus florentis Idumes,  
Qua prætiosa Tyros rubeat, qua purpura succo  
Sidoniis iterata vadis : ubi germine primum  
Candida felices sudent opobalsama virga.*

Et Lib. V,

*Tbura Palæstini simul Hebræique liquores.*

Et

*An Solymum cinerem, palmetaque capta subi-  
bis,*

*Non tibi felices sylvas ponentis Idumes.*

Et illud Horatii *Epistol. 2. Lib. II.*

*Cur alter fratrum cessare, & ludere & ungi  
Præferat Herodis palmetis pinguibus &c.*

Et optimum linum provenire in Palæstina testatur Pausanias Lib. V. Cap. 5.

H<sup>c</sup>

Η' δὲ Βύστος ( inquit ) ἐν τῇ Ἑλῃ, λεωτο-  
τητος μὲν εἶνεκα οὐκ ἀποδίδει τῆς Ἑβραίων.  
i. e. *Byssus in Elea agro non multum cedit*  
*illi quæ est in terra Hebraeorum.* Et ad refu-  
tandum Strabonem satis superque.

§. VII. 10. In sequentibus haudquaquam  
sibi constat Cappadox, nam quomodo Mo-  
ses potuit *proponere Sacra, & Deum pro Ar-*  
*mis.* Nam Strabonis Judicio, Mosis Deus  
erat tantum *Cælum & Mundus Corporeus;*  
quæ nullum tueri ab Hoste possunt. Por-  
ro non verum est Mosen promississe talem  
cultum erigendum, qui parvis impensis con-  
staret: Nam revera non levium impensa-  
rum, aliorumque onerum Leviticus cultus  
erat. 3. Qualem spem habuere Judæi si-  
bi propositam? Nam si credamus Strabo-  
ni, nil suppetebat eis nisi nudum aridum  
& petrosum solum. Et si æternum vitam  
spectes, nequaquam Mosen illam eis pro-  
mississe, vel semel Strabo dicit: nulla as-  
tutia usus est Moses, ad comparandum sibi  
Imperium; nec id comparare unquam stu-  
duit: Erat enim Theocratia. Sacerdotium  
erat destinatum, Deo jubente, Fratris Aa-  
raonis posteris. Civile Imperium Joschuæ,  
Mosis autem Filiis omnino nihil, plane pri-  
vati erant. Insuper observandum est, Stra-  
bonem gravissime errare, dum perpetuo in-  
nuat Israelitas fuisse convenas undique col-  
lectos, quibus libuit Mosen sequi. Erant  
profecto



perfecto ex una stirpe, eaque honestissima, vel ipso Trogo agnoscente, & promissiones antiquas habuerunt; quas miraculis quæ viderunt in Ægypto & in Deserto confirmantibus, secuti sunt Mosen, & deinde Joschuam, donec tandem in Terram promissam venerunt. Valde fallitur Strabo, dum scribit non a Mose vel Abrahamo, verius a Deo jubente, circumcisionem & abstinentiam a quibusdam carnibus traditam. Sed a superstitiosis nescio quibus qui longe post Mosen vixerunt. Interim contradicit Herodoto, qui ait quosdam in Palæstina, Judæos intelligit, agnoscere se habere Circumcisionem ab Ægyptiis: cum e contra putat Strabo introductam Circumcisionem, ab ipsis Judæis, diu postquam ex Ægypto venerint. Hæ duæ sententiæ sunt ambæ falsæ, at sibi invicem plane contrariæ. 12. Patet ex Strabonis verbis, eum propemodum nihil veri novisse de Judaicis rebus, ante Maccabæorum tempora, cum fatalem amicitiam cum Romanis contraxissent.

§. VIII. Mox post dictas relationes digreditur Strabo, ad comparandum cultum Judæorum cum cultu aliarum Gentium & valde fallor aut utrumque omnino refundit in Astum politicum, sic namque pergit.

ὁμοίως γὰρ οὕτω καὶ κοινόν ἐστι τοῦτο καὶ τοῖς Ἑλλήσι καὶ τοῖς Βαρβάροις. Πολιτικοὶ γὰρ οὗτοι ἀπὸ προτάγματος κοινῇ ζοσιν. &c.

Sic

‘ Sic enim a Natura est Hominibus com-  
 ‘ paratum ut commune hoc Græcis & Bar-  
 ‘ baris, ut sua sponte civiles communi in-  
 ‘ stituto atque Præcepto vivant: Aliter  
 ‘ enim multi in unum coire, & conveni-  
 ‘ enter idem agere non possunt, quod est  
 ‘ civiliter degere: neque alia ratione so-  
 ‘ cietas vitæ servari potest. Præceptum  
 ‘ vero duplex est, Divinum aliud, aliud  
 ‘ Humanum. Antiqui sane Divina majore  
 ‘ in honore & veneratione habuerunt, ita-  
 ‘ que multi tunc ad Oracula proficiseban-  
 ‘ tur, atque ea consulebant. In Dodonam  
 ‘ quidem, ut Jovis ex alto caperent Oracu-  
 ‘ la Quercu. Cujus consilio plurimum ute-  
 ‘ bantur: Alii Delphos, ut ille

*Superesset expositus ne quondam Filius  
 Quæsitum-----cum quidem ipse Filius  
 Iret, Parentes ut suos cognosceret  
 Delphis docente Phæbo-----*

*Minos quin &*

*Ter ternos Jovis auditor minos fuit Annos:*

‘ Id est, per novenium (ut Plato dicit) in  
 ‘ Jovis Antrum descendit, & ab illo Præ-  
 ‘ cepta accepit, quæ ad Homines afferet.  
 ‘ Eodem modo Lycurgus ejus imitator egit,  
 ‘ nam sæpe peregrinans, ea ex Pythia in-  
 ‘ tellexit, quæ Lacedæmoniis imperanda e-  
 ‘ rant. Hæc quam vera fuerant non dis-  
 ‘ puto, equidem ab Hominibus putabantur

&

& credebantur vera, & propterea Divi-  
 natores in prætio erant tanto ut Imperi-  
 o digni judicarentur. Et cum pleraque  
 Gentium Oracula percensuisset; tandem ita  
 subdit τοῖς τοῖς δὲ τις ἦν καὶ ὁ Μωσῆς, καὶ οἱ  
 παραδεξαμένοι ἐκείνου, τὰς μὲν ἀρχὰς λα-  
 βοντες ἔ φάλας, ἐκτραπόμενοι δὲ ἐπὶ τὸ  
 χεῖρον. *Talis erat Moses, & Successores ejus:*  
*qui ab initiis non malis, postea degeneraverunt.*  
 Pariter Diodorus Lib. I. pag 84. & Ju-  
 dæorum & Gentium instituta vafrifici poli-  
 ticæ accepta refert. *Ἐὰρ δὲ τοῖς ὀνόμα*  
*ζομένοις γέναις Ζάμολξιν ὡσαύτως τῇν κοι-*  
*νῇν Ἑστίαν, Ἐὰρ δὲ τοῖς Ἰσθαῖος Μωσῆν*  
*τον Ἰαῶ ἐπωνομαζόμενον θεόν.* *Apud Getas*  
*Zamolxis communem vestam apud Judæos Mo-*  
*ses Deum qui JAO dicitur, Legum Aucto-*  
*rem suarum finxisse, perhibetur.* Ubi palam  
 est Cappadocem, & quoque Siculum, suos  
 Deos Oracula & Religionem, fusque deque  
 habuisse: Et simul iniquissime fecisse mis-  
 cendo sua, Mosaicis Oraculis, & utraque  
 eodem loco habendo. Eundem Strabonem  
 supra laudantem Mosaica instituta, & non  
 solum Ægyptiacis, sed etiam suis Græca-  
 nicis, multum anteferentem; audivimus.  
 Nulla igitur ratio suppetebat Cappadoci,  
 cur Originem Mosaicarum institutorum,  
 cum Origine Gentilium conferret: atque  
 hanc illi exæquaret: Quum agnoscat Isra-  
 elitae deseruisse Ægyptum odio eorum Re-  
 ligionis, quæ testibus omnibus sanis Homi-  
 nibus

nibus abominanda est: Nec Græcorum religionem fuisse sanio-rem. Potuitne Moses, & qui cum eo censuerunt? longe commodius mansisse cum Ægyptiis, qualiscunque cultus iis fuerit, quam immensos labores & ærumnas perpeffi, nihil nisi sterilem & omnium egenam Regionem pro Præmio haberent & cultu ex Mosis cerebro ficto fruerentur. Nil puto horum ipse Strabo credidit; sed ea dixit, ne nimium suos Græcos offenderet, quod valde periculosum erat; hoc revocat in Animum, id quod Author de Mundo alicubi dicit, *credendum duntaxat esse unum Deum, collendos tamen esse Deos Civitatis*. His adde, juxta Strabonem & alios Gentium Scriptores, Mosen fuisse Sacerdotem nec infimæ ordinis: Quorum in Ægypto testibus Herodoto & Diodoro, nec Honor nec Salarium erat exiguum. Omnino igitur rationi consentaneum est, ut credamus Mosen & sequaces ejus, saltem plerosque omnino veritatis amore & miraculis, & Dei promissione motos: Ægyptum reliquisse.

§. IX. Sed videamus ὡς ἐν τῷ Originem quorundam Græcorum & Latinorum, Oraculorum. Ita Plutarchus in *Vita Numæ & Scipionis*, plane prodit eorum congressum cum Ægeria esse politicam fictionem. Audi Livium Lib. I. ‘Simulat (inquit) sibi cum Dea Ægeria congressus nocturnos

• os esse: ejus se monitu, quæ acceptissima  
 • Diis essent, Sacra instituere: Sacerdotes  
 • suos cuique Deorum præficere. εἰσα (in-  
 quit) Diodorus Lib. XVI. Pag. 523.) δὲ τῷ  
 τριπόδος ἐμνήσθην, ἐκ ἀκαιρον προσαναλλά-  
 βειν ἡγοῦμαι τὴν παλαιὰν αὐτῶ παρὰ δεδο-  
 μενὴν ἱστορίαν. λέγεται γὰρ τὸ παλαιὸν αἰ-  
 γυς εὑρεῖν τὸ μαντεῖον. &c. ' Postquam ve-  
 • ro mentio tripodis hic sese offert, Histori-  
 • am antiquitus de illo tradita, hic repete-  
 • re, non intempestivum arbitror. Olim a  
 • capris Oraculum hoc inventum memora-  
 • tur. Cujus gratia mactatis ut plurimum  
 • capris, ad hunc usque Diem sortes fati-  
 • dicas Delphi captant. Inventionis porro  
 • hunc modum tradunt. Terræ Hiatus eo  
 • loco fuit, ubi nunc Adytum (quod voca-  
 • tur) Templi existit, circumque hunc Ca-  
 • præ pascētes oberrarunt, quod Delphi  
 • tunc nondum colerentur. Ibi frequenter  
 • accidit, ut quæcunque propius ad Vora-  
 • ginem accedens despiceret, mirum in mo-  
 • dum exultaret, & vocem abusitata prius  
 • dissonam emitteret. Id Pastor gregis ut  
 • insolens admiratus, quid rei foret, explo-  
 • raturus accessit & ipse & despectans eo-  
 • dem modo, quo Capræ adfectus abiit.  
 • Nam istæ ut divino adflata Spiritu se  
 • gerere; hic futuros eventus præcinere.  
 • Mox fama per Rupis Accolas divulgata,  
 • quod tam miris proximantes specui mo-  
 • dis adficeretur, plures eo loci conven-  
 re;

re; cumque propter rei novitatem periculum facerent omnes, quicunque propius adierant, furore Divino corripiebantur. Hinc locus ille seu fatidicus pro Miraculo habitus, Terræque Oraculum esse creditum fuit. Duravit ad tempus ille mos, ut qui divinare vellent, Antro propinquantes de futuris alter alteri responderent. Sed cum multi, per Excessum mentis lymphaticum, in specum defulerent, omnesque e conspectu Hominum auferentur: consultius accolis visum, nequis idem periculum incurreret, unum ex omni Fæminarum sexu vatem consecrari, quæ fatidicis posthac effatis præesset, machinamque illi fabricari, qua conscensa, citra noxam afflatu Divino repleti, & consulentibus vaticinari posset. Machinæ tres erant Bases; unde Tripodi illi nomen obvenit. Figuram ejus propemodum omnes hodieque conflati ex ære tripodes imitantur. Quem igitur admodum Oraculi sedes inventa, quibusque de causis tripus exstructus sit, satis jam declaratum arbitror. Sortes a Virginibus quondam editas, fama est; quod et naturam haberent incorruptam, & sexus cum Diana communionem. Adde quod servandis Oraculorum secretis magis idoneæ viderentur. Sed propinquiore (aiunt) Memoria Thefsalus quidam Echebrates, ad Oraculum profectus, ex fatidicæ Virginis intuitu, propter

ter eximiam ejus venustatem, amore exar-  
 descit, raptæque Stuprum offert. Quod  
 facinus Delphos impulit, ut lege sancita  
 caverent, ne Virguncula deinceps, sed fæ-  
 mina quinquagenaria major, virgineo ta-  
 men ornatu ad Moris antiqui in vatici-  
 nando memoriam Dei responsis præside-  
 ret. Hæc sunt, quæ de Oraculo primitus  
 reperto, ex vetusta Fabularum traditione  
 referuntur. En Oraculum inter Græcos  
 sanctissimum; en ejus Originem, non ex  
 Coelis, sed ex Terra prodiit, non a Deo,  
 sed a Capris monstratum est. An amabo,  
 majus argumentum Gentium vecordiæ,  
 atque Dæmonis Efficaciæ, quispiam requi-  
 reret.

## CAPUT X.

*Historia Judaica utcunque continuata ad  
 Transitus Maris Rubri.*

§. I. **H**ACTENUS de Judæorum Ori-  
 gine & Religione, juxta Exoti-  
 cos egimus. Haud abs re jam facturi nobis  
 videmur, si ejusdem Sancti populi ex Eth-  
 nicis Authoribus Historiæ quandam rudem  
 imaginem tradamus. Præfandum autem nul-  
 lam exactam Judaicarum rerum seriem, ex  
 Paganis Scriptoribus adornari posse, sed man-  
 cam duntaxat, laceram & nulle modis hi-  
 ulcam, Narratiunculam, monendum porro  
 nos

nos distinxisse hoc caput a priori, potius fallendi tædii gratia in hoc qualicumque itinere, quam quod diversa materia in eis tractetur. Josephus Lib. I. *Antiq. Cap. VIII* habet hæc sequentia *μνημονεύει δὲ τῶ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ ἐν Βηρώσῳ &c.* ‘Meminit autem Patris nostri Abrahami Berosus quodque, non tamen eum nominans, his verbis post diluvium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam Justitiæ Cultor, Vir magnus & fideralis scientiæ peritus. Hecataeus vero non meminit tantum obiter, sed Libro in hoc conscripto res ejus posteritati tradidit. Nicolaus autem Damascenus in quarto historiarum sic scribit: Abrahamus regnavit apud Damascum advena, ut qui cum exercitu venerat e Regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur, nec ita multo post hinc quoque migrans cum suo populo, sedem transtulit in Terram tunc Cananæam, nunc vero Judæam nominatam: ejusque posteritas ibi crevit in ingentem numerum, quorum res alibi sum narraturus. Abrahami vero nomen etiam nunc est apud Damascenos celebre, & vicus ostenditur, quem vocant Abrahami Domicilium. Hæc ut opinor, probant opinionem de Abrahami Regno Damasceno, licet falsam fuisse tamen olim ab Ethnicis vulgo creditam: Conjecturam præter eas supra allatas hanc nequiquam absurdam autumo, scilicet

N

cum



cum Abraham fudisset prope Damascum quinque Regum copias; Damasceni pressi forsitan vel civilibus, vel externis Bellis, Abrahamum Præfectum elegerunt; vel Regibus fugientibus favebant: Et ideo Abrahamus eos domuit, ita ut Dominium Civitatis ei offerrent, an alterutra harum conjecturarum rem conficiat, atque Ethnica Scripta cum Sacris conciliet, doctiorum committo iudicio. Et Cap. XVI. nominatis Cheturæ Filiis, sic subdit μαρτυρεῖ δέ μιν τῷ λόγῳ ὁ Ἀλέξανδρος ὁ πολυίστορ λέγων ὅτι. ‘Attestatur huic opinioni & Alexander Polyhistor sic scribens: Cleodemus inquit, Propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationem Moysis Legislatoris historiam contexuit, narrat Abrahamum e Chetura aliquot Filios suscepisse, tres nominatim recensens, Aphram, Surim, Japhram. A Suri appellatam Assyriam. Ab Aphra vero & Japhra urbem Aphrem & Regionem Aphricam nominatas. Hos enim ductu Herculis in Lybia militasse contra Antæum, Herculem etiam ex Aphræ Filia genuisse Filium Dedorum, ex hoc Sophonemi prognatum, a quo Sophæces Barbari habent nomen. Hic inter plura falsa & fabulosa, verum tamen pellucet Et Eusebius de *Præpar Evangel.* Lib. IX. Cap. 17. sic scribit Συναθεῖ δὲ τῶ τοῖς (nempe Josephi verbis) ὁ πολυίστορ Ἀλεξάνδρος &c. ‘Quibus Polyhistor Alexander plane suffragatur

' suffragatur, Vir summi ingenii, multæque  
 ' eruditionis, idemque Græcis hominibus, qui  
 ' non leviter ac perfunctorie doctrinæ fruc-  
 ' tum degustarunt, longe notissimus. Is igitur  
 ' in ea, quam de Judæis texit histori-  
 ' a res Abrahami sic ad verbum exequitur.  
 ' Eupolimus, inquit, in ea, quam de Judæ-  
 ' is Assyriis habet, disputatione, auctor est  
 ' primum quidem Babylonem urbem, ac  
 ' postmodum turrim illam historicorum om-  
 ' ninum jactatam ore, ab iis qui diluvium ef-  
 ' fugissent (Gygantes illi erant) excitatam,  
 ' eaque deinde summa numinis potestate dis-  
 ' jecta toto passim orbe distractos & dissi-  
 ' patos Gygantes fuisse. Idem ætate deci-  
 ' ma, Camarinæ, quæ Babylonæ Civitas est  
 ' quamque Urien nonnulli vocant, Græci  
 ' Chaldæopolin interpretantur, Abraamum  
 ' esse natum tradit, qui cum Nobilitate ac  
 ' sapientia omnibus anteiverat, tum verò  
 ' Astrologiam pariter & Chaldaicam inve-  
 ' nerit, & singulari studio pietatis divinam  
 ' sibi gratiam conciliarit. Hunc porro di-  
 ' vino jussu, collocato rerum suarum in Phæ-  
 ' nicia domicilio, solis lunæque conversi-  
 ' ones ac reliqua id genus omnia Phæni-  
 ' ces docuisse, quæ res summe gratiosum e-  
 ' um apud Regem effecerit. Postea vero  
 ' cum appetitos bello Phænices Armenii  
 ' superassent, ipsumque Abrahami nepotem  
 ' captivum abducerent, Abraamum servo-  
 ' rum manu stipatum auxilium ei tulisse,  
 ' victores suam in potestatem redegis-  
 ' se, e-  
 ' orumque

• orumque Liberos & Uxores belli jure  
 • captos abegisse. Verum Legatis ad ipsum  
 • ab hoste missis, qui captivos pecunia re-  
 • dimerent, victis eum insultare ferocius  
 • noluisse, sed militum suorum stipendio  
 • contentum, Captivos liberaliter reddidisse.  
 • Addit insuper eum in sacro urbis Arga-  
 • rize hoc est altissimi monte susceptum  
 • hospitio, dona simul a Melchisedeco Dei  
 • Sacerdote, qui ibidem regnabat, accepisse.  
 • Postmodum urgente fama Abraamum in  
 • Ægyptum cum universa familia secessisse  
 • ibique fixa sede cum ejus uxore, quam  
 • sororem ille suam vocaret, Ægyptiorum  
 • Regem matrimonium iniisse. Hic vero  
 • fusius exequitur, quemadmodum nec illi-  
 • us congressu frui Rex potuerit, & popu-  
 • lum ejus universum Regiamque adeo fa-  
 • miliam gravissima pestis invaserit: tandem-  
 • que Rex consultis vatibus, ac minime vi-  
 • duam mulierem esse respondentibus, ubi  
 • eam Abraami uxorem esse comperisset, vi-  
 • ro suo reddiderit, ceterum, cum apud He-  
 • liopolin Abraamus Ægyptiarum Sacerdo-  
 • tum consuetudine plurimum uteretur, multa  
 • ipsos, nec non Astrologiam, quæque ad  
 • eam pertinent omnia, illo docente didicis-  
 • se tradit, sic tamen eorum inventionem  
 • Babyloniiis atque Abraamo ipsi attribuens  
 • ut Principem illorum auctorem Enochum  
 • fuisse statuat, quippe qui primus omnium  
 • Astrologiam invenerit, non autem Ægypti-  
 • tii.

tii. Enimvero Babylonios dicere solitos, primum exiisse Belum, qui Saturnus vulgo nominetur, quique Belum alterum cum Chanaan suscepit: hunc vero Chanaanem Phœnicum Parentem genuisse, cujus filius Chumus extiterit quem Asbolum Græci nominant: eum Mestrai-mi fratrem, Æthiopumque simul & Ægypti-orum parentem fuisse: tametsi Atlantem Græci Astrologiæ inventorem esse velint; sed nimirum Atlantem eundem esse, quem Enochum, qui Mathusalamum filium habuerit; huncque ab Angelis Dei omnia didicisse, quæ tandem ad nos cognitionemque nostram permanarint. Notandum juxta plures Antiquos, eosque non infimæ notæ scriptores, Abrahamum docuisse in Palæstina & Ægypto Arithmeticam & Astrologiam, quod me arbitro nequaquam a vero abhorret. Sane oportuit fuisse grande aliquid, quod tantum honorem a peregrinis, & Idololatris, patriarchæ conciliaverit. Fateor Deum extraordinaria ratione, Indignationem suam in Pharaonem, & Abimelechum, qui injurias Abrahamo intulerant, expressisse: apparet tamen ex tota Abrahami historia, eum aliquod insigne beneficium, in Chananæos contulisse; quod eos ei devinxerint. At dices, potueruntne Chananæi vocari alios Chaldæos, ut Arithmeticam & Astrologiam, ab iis docerentur. Respondeo, ignoti nulla Cupido: Nullo tenebantur harum Disciplinarum desiderio, donec Abrahamus illud eis instillaverit, & etiam si

etiamſi Chaldaeos Doctores antea habuiſſent: Præſumo tamen Abrahamum clariuſ longe & ſublimiuſ, eaſ Diſciplinuſ docuiſſe. Et Cap. 18. citat Artapanum, ſeu Artabanum, eadem paucis mutatiſ ſcribentem. Et Cap. 19. Sic pergit ΟΔΕ τὴν ſυγγραφήν τὴν κατὰ Ἰουδαίων γραφάς Μήλων, &c. ‘ At  
 ‘ Melo iſ qui adverſuſ Judæoſ opus inte-  
 ‘ grum edidit, virum quendam, qui cum fi-  
 ‘ liiſ Diluvium effugerat, ab indigeniſ Ar-  
 ‘ menia pulſum, ædibuſque ac poſſeſſioni-  
 ‘ buſ ejeçtum ſuiſ, intermedia Regione pe-  
 ‘ ragrata in deſertoſ Syriae Monteſ ſeceſ-  
 ‘ ſiſſe commemorat. Abraamum vero poſt  
 ‘ tertiam ætatem natum eſſe, cujuſ nomen  
 ‘ Patriſ Amicum ſignificet. Eundem, cum  
 ‘ ſapientiæ laude præſtaret, ſolitudinem per-  
 ‘ curriſſe ac luſtraſſe univerſam: tum du-  
 ‘ abuſ ductiſ Uxoribuſ, altera quidem indi-  
 ‘ gena & affini, Ægyptia vero altera, quæ  
 ‘ ſervitutem ante ſerviebat; ex Ægyptia  
 ‘ Liberoſ duodecim genuiſſe, qui in Ara-  
 ‘ biam proſeçti eam inter ſe diviſerint,  
 ‘ locique Hominiſ Principes imperarint: ex  
 ‘ quo factum ſit, ut Reges Arabum duodecim  
 ‘ primis illiſ cognomineſ ad noſtra uſque tem-  
 ‘ pora numerentur. Ex legitima autem  
 ‘ Uxore Filium unicum ſuſcepit, cujuſ  
 ‘ nomen apud Græcoſ γέλωτα, hoc eſt  
 ‘ Riſum ſonet, quique Abraamo ſeniore  
 jam

‘ jam defuncto, Liberos ex conjuge indige-  
 ‘ na duodecim procreavit, quorum postremo  
 ‘ Josepho nomen fuit, a quo Moyses tertius  
 ‘ numeretur. Hæc Polyhistor, qui nonnullis  
 ‘ interjectis rursus ita subdit, Paulo post jus-  
 ‘ sum a Deo Abramum fuisse ait ut Isaacum  
 ‘ Filium ipsi in Holocaustum immolaret,  
 ‘ eumque continuo Adolescente secum  
 ‘ in Montem educto, succendisse Pyrum,  
 ‘ eique simul Isaacum imposuisse. Verum  
 ‘ ipse cum jamjam Filium jugulaturus esset,  
 ‘ ab Angelo Facinus inhibente Arietem ad  
 ‘ Sacrificium oblatum esse, quem ille sub-  
 ‘ ducto pyræ Filio immolarit. At dices,  
 haudquaquam probabile est, Melonem Ju-  
 dæorum Hostem: adeo honorifice de eorum  
 Patriarcha scripsisse. Sed memine quæso.  
 quæ ex Justino, Srabone, & Diodoro, ali-  
 isque protulimus: & tibi ipse satisfacies.  
 Jam quæ produximus ex hisce Paganis, fa-  
 tis aperta: Alias hi loquuntur ambigue ad-  
 modum, & veritatem sub mendacii larva  
 tegunt. Verbi causa Sanchoniathon apud  
 Eusebium Lib. I. Cap. 10. ita scribit Κρο-  
 νος τοίνυν, ὃν οἱ Φοινίκες Ἰσραὴλ προσαγο-  
 ρεῦσαι Βασιλεύων τῆς χώρας. Sc. Saturnus  
 igitur, quem Phœnices Israël nominant,  
 quemque post obitum in Astrum ejusdem nomi-  
 nis consecrarunt, cum eis in locis regnaret, ac  
 Filium unigenam ex Nymp̃ha quadam Indige-  
 na, quam Anobretem vocabant, suscepisset,  
 eumque propterea nomine Feuden appellatum,  
 quod

quod ea vox apud Phœnices unigenam etiam-  
num significet: cumque gravissimum Belli Pe-  
riculum universam in Regionem incubuisset,  
illum ipsum regio cultu ornatum ad Aram pri-  
us ab sese erectam & instructam immolavit.  
En Hiltoriam Abrahami, Isaacum oblaturi  
turpissime detortam, & nihilominus male  
tectam.

§. II. In Abrahami diebus, Sodomorum  
incendium accidit, apud Exoticos Authores  
notissimum: ut non pauci eorum testantur.  
Strabo Lib. XVI. Pag. 764. τοῦ δὲ (inquit)  
ἐμωρυν την χώραν εἶναι τὰ ἄλλα τεκμήρια  
φέρειν, πολλά. γὰρ καὶ πρὸς τινὰς ἐπικεκαυ-  
μένας. &c. Esse autem Ignem in solo ejus  
Regionis multis etiam aliis signis docent.  
Nam & petras asperas exustas circa Moasa-  
da ostendunt: & multis in locis exesas Ca-  
vernas, & Terram cinerulentam, & Picis Gut-  
tas e petris distillantes, & Flumina fatore e-  
minus edito efferventia: & habitationes passim  
exesas: ut iis fides habere posse videatur,  
quæ ab indigenis predicantur: In hoc loco  
tridecim Urbes olim habitatas fuisse, quarum  
Caput Sodoma adhuc sexaginta stadiorum  
habeat superstitem ambitum: Terra autem tre-  
moribus & Ignis Aquarumque calidarum &  
bituminosarum ac sulphurearum Eruptione exti-  
tisse Lacum, Saxa Ignem concexisse, Urbium  
alias absorptas, alias ab eis, quicunque fugere  
potuerunt derelictas. Eratosthenes contra sentit,  
Regionem

*Regionem stagnis intus conceptis subductam, maxima ejus parte factis eruptionibus reiectam fuisse: quemadmodum & Mare. Et Tacitus Lib. V. Histor. Cap. 7. verba faciens de Lacu Asphaltite. ‘ Haud procul (inquit) in-  
 ‘ de Campi, quos ferunt olim uberes, mag-  
 ‘ nisque Urbibus habitatos Fulminum Jac-  
 ‘ tu arfisse: & manere vestigia, Terramque  
 ‘ ipsam specie torridam, vim frugiferam  
 ‘ perdidisse nam cuncta sponte edita, aut  
 ‘ manu sata, sive herba tenus aut Flore,  
 ‘ seu solitam in speciem adolevere, atra &  
 ‘ inania velut in Cinerem vanescunt. Ego  
 ‘ sicut inclytas quosdam Urbes Igne Cæles-  
 ‘ ti flagrasse concesserim, ita halitu Lacus  
 ‘ infici Terram, corrumpi superfusum Spi-  
 ‘ ritum, coque Fætus segetum & Autum-  
 ‘ ni putrescere reor, Solo Cœloque juxta  
 ‘ gravi. Et Solinus Cap. 38. Longo ab  
 Hierosolymis recessu (inquit) tristis sinus pan-  
 ditur, quem de Cœlo tactum testatur humus ni-  
 gra, & in Cinerem soluta. Duo ibi oppida, So-  
 domum nominatum alterum, alterum Gomorrum.  
 Fusissime autem omnium, & clarissime Ovidi-  
 us Lib. VIII. Fabul. 7. 8. 9. Rem narrat,  
 quamvis sub Fabularum Involucris tectam.  
 Nam 1. Scæna Tragædiæ Phrygia est, quæ  
 locum combustum significat, qualis est Re-  
 gio Sodomitica. 2. Fingitur mutari in Pa-  
 ludem. 3. Duo Dii venerunt ad Philemo-  
 nem: Duo Angeli ad Lotum. 4. Incolæ  
 oppidi in quo habitavit Philemon, erant su-  
 pra*



pra modum barbari; non minus Sodomitæ.  
 5. Philemon Deos humanissime recepit,  
 Festum eis paravit, & inter alia Aquam  
 ad lavandos pedes apposuit: Omnino An-  
 gelos sic tractavit Lot. 6. Ducuntur Phi-  
 lemon & Baucis ad Montem ex Urbe :

---

*Vobis immunibus hujus  
 Esse mali dabitur: modo vestra relinquitæ tecta;  
 Ac nostros comitate Gradus, & in ardua montis  
 Ite simul. Parent: & Diis præeuntibus ambo.  
 Membra levant baculis, tardique senilibus annis  
 Nituntur longo vestigia ponere Clivo.  
 Tantum aberant summo, quantum semel ire Sa-  
 gitta  
 Missa potest; flexere oculos, & mersa Palude  
 Cætera prospiciunt. &c.*

Ita Lot cum suis jubetur fugere in mon-  
 tem. 7. Philemon & Baucis mutati sunt in  
 Arbores, & Loti Uxor effecta est Statua  
 Salis. Certum est igitur, alteram esse al-  
 terius Corruptionem & Detortionem. Ro-  
 gabis igitur, utra sit vera Historia utra Fa-  
 bula? Respondeo procul dubio Historiam  
 Sodomorum esse veram, & Philemonis Fa-  
 bulam; quod hoc certissimo Argumento  
 probatur, quia Sodomitica est antiquior:  
 Nam Ixion Pelops & Pittheus vixerunt in  
 tempore Judicum, non multo ante Trojan-  
 um Bellum. Sed Abrahamus retro multas  
 Annorum Centurias Joannes Clericus in  
 Appendice

Appendice Commentarii in Genesin querit an aliquod miraculosum in hac clade Sodomorum fuerit: & respondit in hæc Verba. *Verum, missis Rhetoricis Figuris, quibus Fucus imperitis fit; Res quidem ipsa, seorsim a circumstantiis considerata, solitas Naturæ vires superare non videtur, ut motuum Terræ variis Exemplis satè ostendimus.* Verum ut agnoscimus Miraculum posse esse in circumstantiis; & non in re ipsa: ita non concedimus rem ipsam hic fuisse sine Miraculo, five solita & ordinaria Naturæ Vi ut loquuntur. Quis enim audivit unquam quod Imber Ignis & Sulphuris pluerit in aliquem locum, & non id miraculum reputaverit, Si regeratur intelligi solummodo Pluviæ nomine, Fulmina & Fulgura. Respondemus minime recedendum a litera Textus sine ratione: Sed hic nulla est. Nam quis audebit dicere, Deum non potuisse efficere pluviam Ignis, & Sulphuris; quemadmodum fecit pluviam Aquæ, & Grandinis.

§. III. Sed ut redeamus ad Abrahami Familiam; idem Eusebius Cap. 21. ita scribit. *Απιωμεν δὲ ὡάλιν ἐπὶ τὸν Πολυιστορα Δημήτριος Φησιν τὸν Ιακώβ γενόμενον ἐτῶν ἐβδoμηκοντα ὥντε. &c.* Deinceps ad Polybistorem redeamus. *Demetrius, inquit, Author est Jacobum Annos quinque ac septuaginta natum, Charram Mesopotamiae Civitatem confugisse, idque Parentum suorum voluntatem*

tatem sequutum, partim ut occulto sese Esau Fratris odio subduceret, paternæ Factura Bene-  
 dictiōnis, quam sibi ipse furtim simulata Esau spe-  
 cie Jacobus exprefferat, concitato; partim ut  
 inde Uxorem duceret. Hæc ille. reliquaque  
 ad finem Capitis, paucis exceptis, Divinis  
 Literis omnino consona. Et Cap. 23. ci-  
 tatur Artapanus qui ad hunc modum loqui-  
 tur Ἀρτάπανος δὲ φησιν ἐν τῷ περὶ Ἰουδαί-  
 ων, τῆς Ἀβραάμ ἱπόγονου γενέσθαι, γόν δὲ  
 Ἰακώβου. συνέσει δὲ καὶ φρονήσει παρὰ τὰς  
 ἄλλας διευεγκόντα. &c. ‘ Artapanus autem  
 ‘ in suo de Judæis Commentario, Josephum  
 ‘ ait Abraami Nepotem, Jacobi Filium cum  
 ‘ reliquis fratribus ingenio, sapientiaque præ-  
 ‘ staret, eorum infidiis appetitum esse; quo-  
 ‘ rum ipse conjuratione prospecta, vicinos  
 ‘ Arabas uti se in Ægyptum abducerent,  
 ‘ obsecrarit, ejusque precibus illos anuisse.  
 ‘ Arabum enim Reges Israelis nepotes,  
 ‘ Abraami Filius et Isaaci Fratres esse.  
 ‘ Ergo Josephum, paulo postquam Ægyp-  
 ‘ tum attigisset, eo Regis studio ac bene-  
 ‘ volentia exceptum esse, ut Præfectus ab  
 ‘ eo totius Regni constitutus fuerit Eun-  
 ‘ dem vero, cum Ægyptii terram eatenus  
 ‘ magna perturbatione coluissent, quod ne-  
 ‘ que divisa Regio esset, ac tenuioris for-  
 ‘ tunæ homines a potentioribus iniquius ha-  
 ‘ berentur; Agros ante omnia divisisse, cer-  
 ‘ tis passim finibus terminisque descriptos,  
 ‘ adeoque magnam soli partem incultam pri-  
 us

us atque sylvescentem, culturæ opportu-  
 nam commodam reddidisse, suosque Sacer-  
 dotibus agros singulares & proprios assignasse. Mensuras præterea invenisse. Quibus ille officiis Ægyptiorum sibi voluntatem majorem in modum devinxerit. Cæterum Asenethen Heliopolitani Sacerdotis filiam uxorem duxisse, ac liberos ex ea suscepisse. Postea vero, Patrem cunctosque fratres, multis cum opibus ac facultatibus ad eum venisse, fixisque in urbe Cæsarena domiciliis, Syrorum in Ægypto autam admodum ac propagatam sobolem fuisse. Eisdem insuper tum quod apud Athon quod apud Heliopolim est, Templum condidisse, Hermiuthios vulgo nominatos. Postremo, Josephum, Ægyptiorumque Regem obiisse. Ac Josephum quidem, cum Ægypto præesset, immensam frumenti vim, quæ toto septennio provenerat, in medium contulisse, ac totius Ægypti Dominum fuisse. Vel hinc constat, hunc Artapanum fuisse Paganum, & Scripturas nunquam legisse, quod plura falsa cum veris misceat. Et Cap. 26. ὁ ἐπὶ Μωϋσέως &c. Idem quoque plurima de Mose habet auditu digna. Mosem, inquit, narrat Eupolemus primum Sapientem fuisse, Judæisque Primum literas tradidisse, a quibus eas Phænices, ut a Phænicipus Græci acceperint: eundemque Judæis leges Principem condidisse. Omnino verisimilia sunt hæc Artapani verba. Phænices fateor, jactarunt literarum inventio-

nem esse suam : sic Lucanus Lib. III. lin.  
220.

*Phanices primi, fama si creditur ausi  
Mansuram rudibus vocem signare figuris.*

In eandem sententiam Mela Lib. I. Cap. 12. Et Curtius Lib. IV. Cap. 4. Sed quod Phænices non fuerint primi literarum inventores, suadent illa Porphyrii apud Euseb. Præpar Evangel. Lib. I. Cap. 9. Ἰσως ἐστὶ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, &c. *Rerum inquit, ad Judæos pertinentium historiam Sanchoniatho Berytius summa fide conscripsit, quippe cum eorum locis atque nominibus apprime consentiat, cum præcipua rerum illarum capita ab Hierombalo quodam Jevi Dei Sacerdote accepisset. Me arbitro, hæc probant Phænices ipsa rudimenta rerum, ab Israelitis accepisse. Nam Ἰεωὺ non est alius a Jehova, nec Ἰεζομβάλορ alius a Gidione firmant hæc verba Plinii Lib. VII. Cap. 56. Literas semper arbitror Assyrias fuisse; Sed alii apud Ægyptios a Mercurio ut Gellius: alii apud Syros repertas volunt. Uique in Græciam intulisse e Phænice Cædum sedecem numero. Jam notum est, Abrahamum Assyrium seu Syrum quod idem est fuisse. Et ut diximus, magno aliquo beneficio Phænices, seu Chananæos, affecisse; quod tantum honoris ei habuerint. Quodcunque autem loquuntur, de literis in Ægypto inventis*

*Nondum flumineas Memphis contexere biblas  
Noverat: & saxis tantum, volucresque feraq;  
Sculptaque servabant magicas animalia lin-  
guas*

His similia habet Diodorus Lib. V. Et  
Cap. 27. citatur rursus Artapanus, qui  
prolixam de Mose historiam texit: In qua  
multa sunt congrua S. Scripturis, multa  
vero secus; & continuat usque ad transitum  
Maris Rubri de quo ex illo supra retulimus

§. IV. Ejus quoque præter Gentium Scrip-  
tores prius recensitos, meminit Strabo Iso-  
eitatαι δὲ ( ait Lib. XVI. pag. 758 ) πα-  
ράδοξον ἄθος: &c. 'Memoriæ proditum est  
' mirum quippiam, & ex eis quæ raro con-  
' tingunt in Littore accidisse inter Tyrum  
' ac Ptolemaidem, cum Ptolemaici prælium  
' cum Sarpedone Imperatore commisissent,  
' fuga insigni facta, Pelagi affluxu inunda-  
' tioni adsimili fugientes obrutos, atque  
' alios in pelagus abreptos, alios in locis  
' concavis mortuos relictos fuisse. Post cum  
' iterum defluxisset æstus, corpora detecta  
' atque ostensa inter pisces mortuos promif-  
' cue jacentia. Ad hunc Strabonis locum  
recte observat perdoctus Clericus. *Quod con-*  
*tigerit in mari Idumæo id male in Tyrium littus*  
*translatum est & falsis circumstantis interpolatum.*  
' **SARPEDON** etiam male quasi Nomen  
' proprium

proprium habitum, cum שר פדון Sar-  
 phaddon, fit Dux Liberationis, aut Liber-  
 atorum, quod Elogium Mofi optime con-  
 venit. Similem Historiam habet Athenæ-  
 us Lib. VIII. Cap. 2. sed aliter paulo re-  
 fictam, & deturpatam. ‘Novi (inquit)  
 Stoicum Posidonium hæc de multitudine  
 Piscium, dixisse, ubi Tryphon Apamensis  
 Regno Syrorum capto contra Sarpedo-  
 nem Demetrii Ducem, apud Ptolemaidem  
 Civitatem decertavit. Sarpedon circum-  
 ventus in Mediterraneam Regionem cum  
 suis militibus secessit, Tryphonisque ex-  
 ercitus qui Pugna eum superaverant, iter  
 habuit per loca mari finitima, tum unda  
 quædam marina ingens in sublimi elata  
 repente in Terram venit, quæ illos om-  
 nes inundavit submersosque necavit, ac  
 unda quum recessisset magnum Piscium  
 cumulum una cum Cadaveribus reliquit.  
 Tunc Sarpedonis milites cum calamita-  
 tem cognovissent, illuc accesserunt, mor-  
 tuorum Hostium Cadaveribus pepercerunt,  
 ac magnam Piscium copiam abstulerunt,  
 atque in suburbiis Civitatis Trophæum  
 erexerunt Neptuno. Hæ narratiunculæ  
 Strabonis & Athenæi, non admodum con-  
 cordant; ut intuenti patebit. Porro de tali  
 prodigio, nihil extat apud ullum alium His-  
 toriographum, quem jam possedemus: Di-  
 odorum puta, Justinum, & Appianum: qui  
 omnes res Syromacedonum pertractarunt.  
 Certissimum

Certissimum igitur est has Relationes, esse Historiam Israelitarum transitus per Mare Rubrum; scelestissime & vaferrime corruptam. Similem habet Diodorus, sed non tot mendaciis inquinatam. *παρὰ δὲ τοῖς πλησίον* (inquit Lib. III. Pag. 122.) *κατοικοῦσιν ἰχθυοφάγοις παραδέδοται λόγος, ἐκ προγόνων ἔχων φυλαττομένην τῇν Φῆμην. &c.* *Apud Ichthyophagos, brevium illorum Accolas, ex Fama, per multas proavorum aetates conservata, traditur quod tota sinus Regio virorem oculis offerens, ingenti quondam Refluxu deficcata, sit, Mari in opposita tum Littora resuso. Jamque Terra usque ad ipsum Maris fundum detecta, per gravem denuo aestum pristino undam Alveo restitutam esse.* Hic revera cernimus Israelitarum transitum, non obscure admodum descriptum: refertur contigisse in eodem sinu Arabico, & fuisse admodum remotum, a memoria eorum qui Diodoro rem narrarent. Objiciuntur tamen Plutarchi, in Alexandro verba. *ἡ δὲ* (inquit) *τῆς Παμφυλίας παρατρομή, πολλοῖς γέγονε τῶν ἱστορικῶν ὑπόθεσις γραφικὴ πρὸς ἐκωληξίν. &c.* Excursio vero Pamphylia ingentem plurimis Historicis scribendi materiam ad immensum usque stuporem exhibuit, quod divina quadam sorte Mare ipsum aliqui sævum semper & procellosum cesserit Alexandro, cum rarissime contingere soleat ut precipitia prae-ruptaque Fuga Glacie modica tenuique conte-  
gantur—— Alexander autem in Epistolis ni-  
bil



hil tale monstri simile perscribens, se per cognominatam Scalam iter habuisse, perque Phaselidem transisse asserit. Ultimo obijciuntur verba Josephi Lib. II. Cap. 7. postquam perfunctorie miraculosum transitum Israelitarum, per Mare Rubrum narrasset, eam tamen comparat Alexandri. M. Itineri, per Mare Pamphylum; a Plutarcho memorato: quæ tamen narratiuncula falsa est, ut modo demonstravimus. Et addit *πρι μεν εν τούτων ως έκάστω δοκεί διαλαμβάνετο.* Sed de his, ut cuique libet, ita sentiat. Hinc Lodovicus-Le-Moyn Jesuita Pag. 101. invehitur in Josephum, ut desertorem Patriæ Religionis & Parasitum Romanorum Principum. Et quidem Josephum prævaricatum, & proinde merito reprehensum, nemo jure negabit. Non tamen defunt, quæ etiamsi eum non defendant, ejus tamen Crimen haud parum extenuant; & alleviant. Et 1. Revocandum in memoriam, Josephum fuisse carnalem & incredulum Judæum, qui Messiam non spiritualem, sed temporalem Monarcham expectabat. Cum igitur vidisset Templum dirutum, & Rempublicam Judaicam destructam, quibus statibus Messias venturus promittebatur: procul dubio vacillabat ejus fides, qualis qualis fuit. Hinc torquet Prophetias de Christo. 2. Non tamen plane Josepho intercidit fides Judaicæ Religionis, ut ejus opera omnia, præsertim Libri nobilissimi contra Apionem demonstrant

demonstrant. 3. Quo ad collationem Israelitarum transitus, cum illo A. M. spectat credit Josephus, miraculosum plane fuisse Alexand. M. transitum per Mare Pamphylum, ut manifestant illa ejus verba. *οἱ αὐτὲς καταλύσαι τὴν Περσῶν ἡγεμόνιαν τὸ θεοῦ θελήσαντος.* Putavit igitur Flavius, Deum dedisse Alexand. miraculosum transitum, propter ingens opus, ad quod eum destinavit: sed quia dubitavit, an aliquid extraordinarium in illo Alexand. M. Transitu fuerit; Ideo de hoc solo addit, *sed de his, ut cuique libet ita sentiat.* De hoc solo dico, & non de Israelitarum transitu, quoniam ista clausula non necessario respicit iter per Mare Rubrum. Non quidem meminit Josephus, Nubis, sive igneæ Columnæ, in Historia Israelitarum transitus, & in eo graviter peccat. Sed non minus graviter Loyolita, dum ita scribit. *Illud miraculosum meteorum quod per tot Annos nunc instar Nubis, alias Columnæ igneæ duxit Israelitas non comparet in Josephi Historia ubi ejus magna fides illud dissipavit, ne scandalum Gentibus praberet.* Sed false dicere Jesuitam, probant Flavii verba Lib. III. Cap. 11. *Et Quandiu (inquit) Nubes super, Tabernaculum perseverabat, tantisper, velut presente Deo, castra eodem loco manebant: quoties vero se alio movebat, tum etiam ipsi migrabant.* Et similia habet Cap. 13. Hinc apparet Jesuitam sponte errasse.

## CAPUT. XI.

*Judaorum Historia, a Transitu Maris Rubri ad Tempus CHRISTI nati.*

§. I. **P**AUCISSIMA sunt quæ dari possunt, in hac, licet proluxa Periodo temporis. Nam Græci Latinique Authores, quos hodie possidemus, si Ægyptiorum malitiosa mendacia excipias, nil pene ante Maccabeorum tempora; cum Judæi infauftam necessitudinem cum Romanis contraxerint: De rebus Judaicis didicerunt. Hinc illud Justini, crassam ignorantiam spirans. *Primum Xerxes Rex Persarum, Judæos domuit. Et illud Taciti Lib. V. Histor. Cap. 8. Dum Assyrios penes Medosque & Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium. Non igitur expectari debet, justa aliqua historia rerum Israelitarum ex Paganis; cum non omnino suppetit materia: Carpemus tamen Fragmentum sicubi nancisci poterimus. Præcedat Tacitus, qui postquam narrasset quomodo Moses indicio Asinorum; aquas invenerit; sic subdit Continuum sex dierum iter censi septimo pulsus cultoribus, obtinere terras in quibus urbs & Templum dicata sunt. Moses quo sibi in posterum Gentem. firmaret; novos ritus, contrariosque ceteris mortalibus, indidit. His Taciti verbis. consentit inscriptio rela-*  
ta

ta a Procopio, de *Bello Vandalico*. ἡμεῖς  
 ἔσμεν οἱ Φυγόντες ἀπὸ πελώσιου Ἰουδαίου  
 Ἰουδαίου. *Nos ii sumus qui fugimus*  
*a facie Jesulatronis Filii Nave.* Ubi sat cla-  
 re refutatur Strabo, affirmans ob sterilitatem  
 Judæam ab omnibus neglectam, & proin-  
 de sine sanguine a Judæis occupatam :  
 Deinde dum innuat Tacitus tantum iter  
 septidui spatio Judæos emensos; impossibi-  
 lia tradit, nequaquam enim potuit in tan-  
 tillo tempore, vel expeditissimus cursor, tot  
 milliaria conficere : multo minus tanta mul-  
 tudo, fæminis pueris atque aliis impedi-  
 mentis gravata. Justinus cum retulisset ad-  
 ventum Israelitarum ad montem Synan,  
 vel ad Damascenam, nam uterque locus i-  
 dem est in Geographia Justiniani : addit *Quo*  
*septem dierum jejuniis, per deserta Arabiæ,*  
*cum populo suo fatigatus, cum tandem venis-*  
*set, septimum diem more Gentis Sabbatum*  
*apellatum, in omne ævum jejuniis sacravit : quo-*  
*niam illa dies famem illis erroremque finierat.*  
 Sabbati quidem hic meminit, sed male cau-  
 sam ejus sedatam esuriem statuit. In Bac-  
 chi honorem institutum esse Sabbatum ha-  
 riolatur Plutarchus, in *Symposiacis*, ut su-  
 pra vidimus. Ab Ægyptiis inventum in Sa-  
 turni honorem, putat Dion Lib. XXXVII.  
 τῷ δὲ ( inquit ) δὴ ἐς τῆς ἀσεβείας τοὺς ἑω-  
 τά τοὺς πλανήτας ἀνομασμένους τὰς ἡμέρας  
 ἀνακεῖσθαι κατέστη μὲν ὑπὸ Ἀἰγυπτίων &c.  
 Quod autem Dies ad septem sidera illa;  
 O 3 quos

quos Planetas appellarunt, referuntur, id  
 ab Ægyptiis haud ita dudum, ut paucis  
 dicam institutum ad omnes homines di-  
 manavit. Nam priscis Græcis, quantum  
 mihi constat, notus is mos non fuit. Sed  
 hic contradicit fociis suis, nam mox audi-  
 vimus Justinum dicentem, Sabbatum ab e-  
 gressu populi ex Ægypto institutum: & pro-  
 inde fuisse Antiquissimum; multo antequam  
 vetustissimi Græcorum literas norant. A  
 Justino haud abludit Tacitus, Lib. V. *Histor.*  
 Cap. 4. *Septimo die ( inquit ) otium pla-*  
*cuisse ferunt: Quia is finem laborum tul-*  
*erit.* Sed Justinus, ob finitam famem die  
 septimo, ideo eum diem illos instituisse in je-  
 junium; immo multo potius lætum festum  
 instituendum fuisset.

§. II Observabis igitur contradictiones, & Ba-  
 bylonicam confusionem, inter Gentiles Au-  
 thores. cum de Judaicis rebus tractent;  
 Nam vix duo eorum consentiunt, & om-  
 nes a veritate dissentiunt. Et quoniam  
 ( pergit Justinus ) metu contagionis pul-  
 sos se ab Ægypto meminerant, ne ea-  
 dem causa invisi apud incolas forent, ca-  
 verunt, ne cum peregrinis communicarent  
 quod ex causa factum paulatim in disci-  
 plinam Religionemque convertit. Sed hæc  
 non admodum cohærent. Nam si accolis  
 invisi erant, omnibus potius illecebris uti  
 debuissent, ut vicinorum amicitiam sibi con-  
 ciliarent,

ciliarent, & scandalum vitiliginis a se amolirentur. Atque hic notari convenit, pauca admodum, vel de peregrinatione in deserto, vel de subacta Cananitide a Gentilibus referri. Innuunt Israelitas ab Ægypto cursu celerrimo Hierosolyma pervenisse; & mox in Palæstinam collocatos fuisse. Equidem præter duos mox citatos, videtur Diodorus Belli contra Cananæos meminisse *εποίητο* ( inquit Siculus pag. 922. ) *ἀεὶ καὶ στρατείας εἰς τὰ πλεσιτόχόρα τῶν ἑθνῶν καὶ πολλὴν κατακτησάμενός χῶραν, κατεληροχῆσε.* ‘Quin etiam expeditiones in gentes finitimas suscepit, ( Moses nimirum, nam Mosē sæpe confundunt pagani, cum Joshua ) multosque terræ bello acquisitæ tractus hæreditario suis jure possidendos attribuit Ratio opinor, cur Exotici Israelitarum post relictam Ægyptum, parce adeo meminerint; erat quod Ægyptii a quibus fere omnia reliqui Exotici habent, Plagas durissimas Israelitarum causa inflictas; Oblivioni tradere nunquam poterant: Ideoque malitiose eas in ipsorum Israelitarum opprobrium vertere satagebant. Sed postquam his plagis liberati erant, & Israelitæ egressi parum solliciti erant quod de eis fieret.

§. III. Sed hic rogabis? quo Pacto defendi possit Israelitarum Invasio, & mox vidimus ex Procopio Chananæis Judæos latronum

latronum loco esse habitos? Antiqui quidem responderunt, Palæstinam cecidisse forti Schemitis; ideoque Jure eam repetiisse Schemi posteros. Sed hæc Responsio, minus placet, utpote incerto Fundamento nixa. Respondemus igitur Cananæos criminibus horrendis fædatos fuisse, quæ ipsa Lex Naturæ omnino condemnat: atque executionem Dei Judicii in reos Cananitas Judæis mandatam, quod miraculis clarissimis Deus demonstravit. Pergit Justinus, *Post Moſen etiam filius ejus Arvas, Sacerdos ſacris Ægyptiis, mox Rex creatur; ſemperque exinde his Mos apud Judæos fuit, ut eoſdem Reges & Sacerdotes haberent, quorum Juſtitia Religione permixta incredibile quantum coaluere.* Notandum 1. nunquam ſucceſſiſſe Aaronem, quem *Arvam* falſo vocat, *Moſi*; nec ejus fuiſſe Filium. 2. Falſo ſupponit Aaronem Ægyptiorum Diis Sacerdotem factum fuiſſe. 3. Regem creatum. 4. Ab initio apud Judæos Sacerdotium, cum Regno confuſum fuiſſe. 5. Omnino honorificum eſſe Judæis Juſtini Præconium. Quærendum tamen quid Pagano extorſerit id, cum paſſim per S. Libros Iſraelitarum ingens Iniquitas declaratur, & repræhenditur? Reſpondeo ſi conjectura noſtra admittatur, Regnum Davidis & Solomonis quod Juſtitia, pariter & Pietate, inſigne erat, occaſionem celebri huic Præconio præbuiſſe. Nam David quanquam multos lapſus, quorum plures admodum graves fuerunt

runt, habuerit. In communi tamen cursu vitæ, adeo notabilis erat ob justitiam & æquitatem, ut vicinæ Gentes ejus Fama percellerentur. Nam dicitur II. *Sam.* Cap. VIII. Com. 15. Davidem exercuisse judicium & justitiam in toto Populo. Idem habetur I. *Paralip.* XVIII. 14. Sapiencia quoque Salomonis, & justitia celeberrima fuit, ut patet ex I. *Reg.* III. & X. 25. Jam hæ Virtutes Davidis, & Solomonis, divulgatæ erant in vicinas Gentes; deinde in Græcos, hinc in Latinos; & proinde Justinus hoc Elogium Judæorum nobis reliquit. Di-  
 odorus, quoque multa præter ea quæ supra notavimus, de Mosis Prudentia, Sapiencia, & politicis Virtutibus, tradit. Nam postquam Mosen Hierosolymis Templum condidisse narrasset, addit. ‘ Tum numinis honores & Ceremonias Sacrorum docuit. ‘ Quin & Rempub. legibus instruxit, atque ‘ in ordinem certum redegit. Multitudinem ‘ in XII. Tribus divisit, quod numerum ‘ hunc perfectissimum esse, ac mensibus, qui ‘ Annum faciunt integrum, respondere existimaret. Et post paucula quæ supra habentur. ‘ Sacrificiorum (ait) autem Ritus ‘ vitæque conformandæ morem ita instituit, ut a ceterarum Gentium institutis plurimum discreparet. Nam propter Gentis ‘ suæ relegationem, inhumanam quandam ‘ & inhospitalem vitæ Rationem præcepit. Immiscet vera falsis Siculo; Nam sæpe-

num



numero in lege jubentur Israelitæ exerceri humanitatem erga peregrinos, atque hoc Argumento utitur Deus, quod peregrini erant ipsi in Terra Ægypti. ‘ Viros (pergit) præterea elegantissimos, & qui Genti in unum tunc Corpus redactæ præesse maxime valerent, delegit, quos Sacerdotes crearet. His munus illud destinavit, ut perpetuo Templum obeuntes Dei cultibus & Sacrificiis operarentur. Eosdem maximarum quoque rerum Disceptationi Judices præfecit, legumque ac institutorum custodiam illorum Fidei commisit. Quocirca nunquam Judæis Regem fuisse aiunt. Quantis erroribus involvitur Sculus, in eis ipsis rebus de quibus ex professo scribere suscepit, vel hinc discere proclive est. ‘ Sed multitudinis gubernandæ Curam & Potestatem ei tradi perpetuo, qui inter Sacerdotes prudentia & virtute præcellere videtur. Hunc Sacerdotem Principem seu summum Pontificem appellant. Hunc pro nuncio & Interprete jussorum Dei habent. Hunc in concionibus, publicis aliisque congressibus mandata proferre, atque hac in parte tam morigeros esse Judæos perhibent, ut ex templo ad Terram prostrati Sacrorum Antistitem, Oracula Dei sibi interpretantem, adorent. Sed plura ibi falsa, nam nunquam legimus Judæos adorare Sacerdotem. προσγέγραπται δὲ καὶ τοὶ νόμοις ἐν τῷ

τῆς τελευτῆς, οτι Μωσῆς ἀκούσας τοῦ Θεοῦ,  
ταδὲ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις. ‘ *In Fine autem*  
‘ *legibus adscriptum: Moses Auditor Dei*  
‘ *hæc dicit Judæis.* Unde hæc habuit? ex  
‘ Exemplari aliquo Apocrypho? id non cre-  
‘ do: Ex vulgari rumore? id magis veri-  
‘ simile est. ‘ Ad hæc multum studii cum  
‘ insigni Prudentia in res bellicas posuit Le-  
‘ gislator, & Juvenes ad tolerantiam & for-  
‘ titudinem, ad constantiam denique in om-  
‘ nibus ærumnis exercendam, adegit. Quin  
‘ etiam Expeditiones in Gentes finitimas  
‘ suscepit, multos Terræ Bello acquisitæ  
‘ tractus hæreditario suis Jure possidendos  
‘ attribuit, ita quidem ut privatis æquales  
‘ Sortis Partes faceret, Sacerdotibus majores:  
‘ ut ampliores percipientes redditus,  
‘ Dei cultibus assidue citra Distractionem  
‘ inhærerent. ‘ Nec privatis sortis suæ Pa-  
‘ trimonium vendere licebat, ne aliqui emp-  
‘ tis per Avaritiam Fundis hæreditariis, e-  
‘ liderent pauperiores, Gentemque redige-  
‘ rent ad Paucitatem. Liberis insuper e-  
‘ ducandis ut operam darent, Regionis In-  
‘ habitatores coegit, cumque exiguo sumptu  
‘ infantes alantur, semper Judæorum Na-  
‘ tio multitudine Hominum viguit. Quod  
‘ denique ad Matrimonia & mortuorum  
‘ Funerationes attinet, ut suæ a cæterorum  
‘ Hominum, legibus differrant, plurimum,  
‘ ab illo effectum est. Hic Diodorus in  
‘ Mose ejusque legibus laudandis, adeo fufus  
‘ est,

est, ut ipsos Judæos pene superat: quamvis cum Successore Joshua, confundere videatur.

§. IV. De Mose igitur atque Joshua, in unum conflatis, satis longam & turbidam Historiam texunt Pagani. Moxque saliant ad res Judæorum gestas, Maccabæis hanc Rempublicam tutantibus; vix tactis rebus aut temporibus interjacentibus. Rogitabis quæ sit causa illius saltus? Respondeo omnes suppare Mosis & Joshuæ, ex Paganis qui viva voce aliquid tradiderunt de eorum Gestis; aut Ægyptii erant aut Phænicii; & proinde Judæorum Hostes capitales. Et scripserunt quidem satis multa; sed plæraque omnia malitiæ veneno, & mendaciorum infecta: tamen divini numinis beneficio verum haud raro eis extortum est. Hæ Farragines primum a Græcis deinde a Latinis in suis linguas traductæ, & in magis adauctæ; avidis ulnis a Paganis acceptæ sunt. Tempora autem sequentia respiciunt, nempe Theocratix & Regni, in quibus raro quicquam Negotii Ægyptiis cum Israelitis fuit: Ideoque parum admodum de Israelitico Populo, ab his Gentibus literis mandatum est. Et hæc est Ratio, me Judice, cur durantibus his mediis temporibus, inter Joschuam scilicet & Regnum Syromacedonum, paucilla adeo Paralipomena de Judæis habeamus: Et ex eis paucillis  
jam

jam Fructum aliquem carpere conabimur. Et imprimis prodire convenit Sanchoniathon, si genuinus sit, cujus Reliquias post Porphyrium conservavit Eusebius *Præpar. Evangel.* Lib. I. Cap. 9. Φίλων δὲ τέταρτος παλαιότερον σύγγραφην, ὁ Βύβλιος, ἔχ' ὁ Εβραῖος μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς Φοινικίων γλώσσης εἰς τὴν ἐλλάδα Φωνὴν ἐξεδῶκε. &c. Res autem istas Sanchuniatho quidam memorie prodidit, vir antiquissimus, quemque ante Trojana tempora floruisse, summaque cum diligentia, tum veritatis laude Phænicum Historiam scripsisse testantur. Hujus opera omnia Philo, non Hæbræus ille, sed Byblius ex Phænicum Idiomate Græcam in Linguam conversam vulgavit. Ejusdem quoque meminit, is qui nostra memoria opus illud adversum nos Mendaciis fraudibusque textum confarcinavit, dum Libro quarto ipsum hujus Testimoni sui Predicatione commendat. Rerum inquit, ad Judæos pertinentium Historiam Sanchuniatho Berytius summa Fide conscripsit, quippe quæ cum eorum locis atque Nominibus apprime consentiat, cum præcipua rerum illarum Capita ab Hierombalo quodam Jevi Dei Sacerdote accepisset. Hoc illius opus Abibalo Regi Berytiorum dedicatum, non modo Rex, sed etiam ii, quorum apud ipsum erat de scriptorum veritate cognoscere, omnes comprobarunt. Atque istorum

rum quidem ætas, Trojanis Temporibus antiquior, proxime ad Mosen ipsum accedit, ut ex Phænicia Regum serie quivis auferre potest. Hic igitur Sanchuniathon, qui Phænicia Lingua veterem Historiam partim ex singularium Urbium actis, partim ex Templorum monimentis coagmentatam singulari veritatis studio perscripsit, Semiramide, quam Iffacis Temporibus vel antiquiorem vel æqualem fuisse memòrant, apud Assyrios regnant, vixit. Ejusdem porro Sanchuniathonis opera Philo Byblius Græco Sermonè donavit. Hæc ille, quibus istius Theologi cum in scribendo veritatem, tum etiam vetustatem nobis testatam reliquit. Sed Sanchuniathon iste, merito ut nobis videtur, postulatur *μοθελας* ab erudito Dodwello: cujus Argumentis non facile satisfiet. Censemus igitur illam Farraginem, cujus reliquias habemus in Eusebio, exaratam, a quodam Phænicum *ματαιολογια* addito, recentiori tamen multo quam potuit esse Sanchuniathon; qui Gidionis temporibus floruisse fingitur. Nam scorix quas iste reliquit (quibus nequaquam negamus inesse Obrysi nonnullas Micas) sunt germanæ omnino Theologiæ Hesiodi quem oriundum, ex Phænicibus non dubitatur.

§. V. Mentio Israelitarum quam proximam huic invenimus, est in Hiramii literis

ris ad Solomonem apud Josephum Antiq.  
 Lib. VIII. Cap. 2. in hæc verba ἀναγνύς  
 δὲ τὴν ἐπιστολὴν Εἰρωμος, καὶ τοῖς ἑωσάλαμε-  
 νοῖς ἡσθεῖς ἀντιγράφει τῷ Σολομῶνι. &c. 'E-  
 am epistolam Iromus libenter legit, So-  
 lomonique in hunc modum rescriptit, Rex  
 Iromus Regi Solomoni : Gratia Deo, quod  
 tibi paternum Principatum tradidit, Vi-  
 ro sapienti & omni virtutum genere  
 prædito: Quare cum nihil mihi gratius  
 accedere potuerit, voluntati tuæ libens  
 obsequar. Excisis enim multis & magnis  
 trabibus cedrinis atque cyparissinis, per  
 meos ad mare deducendas curabo : eos-  
 demque jubebo ut compactis ratibus, ad  
 quemcunque volueris tuæ Regionis locum  
 eas appellant, unde post per tuos Hiero-  
 solyma deportentur. Tu vero hanc nobis  
 gratiam repones, ut exportandi ad nos  
 frumenti potestatem facias, quo utpote  
 insulares maxime indigemus. Et in Lib.  
 I. contra Appionem, hæc habet ; postquam  
 contra Manethonem pluribus disputasset,  
 ita pergit. Βούλομαι τοῖνυν ἀπὸ τῶν ἐπι-  
 μελεθῆναι &c. Sed volo ab istis rursus mi-  
 grari ad ea quæ apud Phænicas de nos-  
 tro genere conscripta sunt, & eorum tes-  
 timonio declarata. Sunt itaque apud Ty-  
 rios multorum annorum publicæ literæ,  
 & conscriptiones diligentissime custoditæ,  
 ex his quæ apud eos facta & invicem ge-  
 sta noscuntur, quæ tamen memoria digna  
 sunt

‘ sunt. Inter hæc ergo conscriptum est quia  
‘ in Hierosolymis ædificatum est Templum  
‘ a Solomone Rege, ante annos 143. & men-  
‘ ses 8. quam Tyrii Carthaginem condi-  
‘ dere. Descripta vero est apud illos Con-  
‘ structio Templi nostri. Hiramus enim  
‘ Tyrriorum Rex amicus erat nostri Regis  
‘ Solomonis, paternis amicitiiis ei devinctus.  
‘ Is ergo munificentiam suam exhibens ad  
‘ claritatem Fabricæ præbuit Solomoni au-  
‘ ri quidem viginti & centum talenta: in-  
‘ cidensque pulcherrimam sylvam in mon-  
‘ te, qui Libanus nuncupatur ad Cameram  
‘ destinavit ei. Quem redonavit Solomon  
‘ & aliis multis rebus, & terra Galilææ Regi-  
‘ onis, quæ Zabulon vocatur. Præcipue autem  
‘ ei amicitiam concupiscentia sapientiæ con-  
‘ ciliavit. Problemata enim solvenda altern-  
‘ tris dirigebant, & melior in his Solomon erat  
‘ & in aliis sapientior apparebat. Hæte-  
‘ nus vero servantur apud Tyrios epistolæ  
‘ multæ, quas illi scripsere ad invicem.  
‘ Quod autem non fingam de Tyrriorum  
‘ literis, testem producam Dium qui in  
‘ Phænicum historia integerrimus approba-  
‘ tus est. Is igitur in Phæniciis historiis hoc  
‘ modo scribit. Abibalo moriente, Filiuse-  
‘ jus Hiramus regnavit. Hic partes orienta-  
‘ les civitatis ampliavit, urbem potio-  
‘ rem fecit: & Olympii Jovis Templum, quod  
‘ in insula situm erat, jactis aggeribus urbi  
‘ adjunxit. & aureis anathematibus exorna-  
vit

vit : Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad Templorum ædificationem. Regem vero Hierosolymorum Solomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo, adjecto ut qui non posset discernere, pecuniam solventi persolveret : confessumque Hiramum, non se posse solvere propositas quæstiones multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, Virum Tyrium, propositas solvisse quæstiones : ipsumque alias proposuisse, quas si non solveret Solomon, multas rursus pecunias Hiram Regi conferret; Dius igitur hoc modo de prædictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesium. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex provincialibus uniuscujusque loci literis, historiæ veritatem pandere, scribens enim de his, qui in Tyro regnare, & deinde veniens ad Hiramum Regem, sic ait : moriente vero Abibalo, successit in ejus Regno filius ejus Hiramus, qui vixit annis 34. Hic aggere conjunxit Eurychotum, aureamque ibi columnam Jovis in templo reposuit : & ad sylvam lignorum profectus, abscidit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitusque antiqua delubra, nova Tempa ædificavit : Herculisque & Astartis Fana dedica-

P. yit,



' **Herculis** primum extructo mense Peritio  
 ' deinde **Astartes** : quando castra movit ad-  
 ' versus **Tyrios**, ( sed in **Lib. VIII. Cap.**  
 ' 2. est *ἠυκέως* **Eyceos** ) minime tributa  
 ' reddentes : quos etiam subdrens sibi met, de-  
 ' nuo remeavit. Sub hoc fuit **Abdemonus**  
 ' puer juvenis, qui semper parabolas solve-  
 ' bat quas **Solomon Hierosolymorum Rex**  
 ' destinavit : Supputatur vero tempus ab  
 ' hoc Rege usque ad constructionem **Car-**  
 ' thaginis, hoc modo : moriente **Hiramo**  
 ' successit in ejus Regno **Baleazarus Fili-**  
 ' us, qui cum vixisset annis 43. regnavit  
 ' 7. annis. Post hunc **Abdastartus** filius cum  
 ' vixisset annis 20. regnavit 9. Hunc filii  
 ' nutricis ejus quatuor insidiis perimere :  
 ' Quorum senior regnavit annis 12, post  
 ' quos **Astartus** filius **Belestarti** regnavit.  
 ' Qui cum vixisset annis 44. regnavit an-  
 ' nis 12. Post hunc frater ejus **Astarinus** :  
 ' Et hic vixit annis 54. regnavit annis  
 ' 9. & interemptus est a fratre **Phellete** :  
 ' qui suscipiens Regnum, mensibus imperavit  
 ' octo : cum vixisset annis 50. Hunc pere-  
 ' mit **Ithobalus Astartæ** sacerdos : qui cum  
 ' vixisset annis 68. regnavit annis 32. Hu-  
 ' ic successit **Badezorus** filius : qui cum vix-  
 ' isset annis 45. regnavit sex. Huic succes-  
 ' sor factus est **Mettinus** : qui cum vixisset  
 ' 32. novem regnavit annis. Huic succes-  
 ' sor fuit **Pygmalion**, qui annos egit in sua  
 ' vita 56. ex quibus 40, tenuit Principa-  
 ' tunc

' tūm, Hujus Regni anno septimo. Soror  
 ' Dido in Africa, civitatem ædificavit Car-  
 ' thaginem. In his Josephi locis, plura sunt  
 omnino observatu digna. Nam 1. Sacra &  
 Exotica Historia se invicem salutant, quia ut-  
 traque de iisdem Personis, rebus & tem-  
 poribus, loquitur: Et proinde haud parum  
 infervit hæc historia pluribus synchronis-  
 mis inter Divinas Scripturas, atque Paga-  
 norum literas figendis. Deducunt nos hæc  
 duo loca Flavii ex Ethnicis annalibus ex-  
 cerpta, a conditu Templi Solomonis ad  
 conditam Carthaginem. Nihil autem certius  
 nihil notius in Exotica historia, quam est  
 tempus conditæ Carthaginis. Nam Autho-  
 re Solino Cap. 30. ' Carthago post annos  
 ' septingentos triginta septem exciditur:  
 quam fuerat extructa. Appianus solummo-  
 do scribit eam septingentos floruisse, in Li-  
 bro de bellis Punicis sub finem. Superius  
 autem dicit septingentesimo anno a Cartha-  
 gine condita Romanos eis abstulisse Sici-  
 liam. Sed hæc fateor conciliari posse, Si  
 dicamus quod Appianus nunquam putave-  
 rit eam floruisse post ereptam sibi Sici-  
 liam. Epitomator Livii est fere ejusdem  
 sententiæ cum Solino; atque ait Lib. LI.  
*Carthaginem expugnatam septingentesimo anno,*  
*quam erat condita. Tertiæ Punicæ Belli* (ait  
 idem Epitomator Lib. XLIX) *Initium al-*  
*tero & sexcentesimo anno ab urbe condita,*  
*intra quintum annum, quam erat captum, om-*  

P. 2.
nino

nino consummatum est. Plinius Lib. XIV. Cap. 4. idem habet. Sed Scriptores de æra Romæ conditæ non idem sentiunt. Ita (ait Eutropius Lib. IV.) 'Carthago septingentesimo anno (post) quam condita erat, deleta est. 'Satis igitur firma concordia est inter Authores, stetisse Carthaginem septingentos annos plus minus; eamque diruisse Romanos circa sexcentefimum annum urbis conditæ; 144. ante C. N. ut consentiunt omnes Chronologi. Et proinde non in Cyro Magno, ut multis videtur, sed in Hiramio Rege Tyrio: eumque esse primum in quo concurrunt Sacræ & Profanæ literæ. Carthaginem conditam 50. annos antecapitulum Ilium scribit Appianus in Libro de Bello Punico ad initium κρηδεόνα (inquit) τῆς ἐν Λιβύῃ ποίνικος ὕμνου ἐπεὶ συνετήκοντα πρὸ αλώσεως Ἰλίου. Quod si verum est, & illa, quæ mox ex fragmentis hisce produximus, vehementer pulsatur communis sententia de tempore cladis Trojanæ: atque vera vel certe veræ proxima apparebunt illa Virgiliana, de Æneæ & Didonis congressu: sed hæc obiter.

§. VI. Alius quoque occurrit in his Fragmentis, in quo Scripturæ & externæ Literæ concutunt, nimirum Ithobaal: Cujus meminit Sacer Scriptor. I. Reg. Cap. XVI. Com. 31. Erat Pater Jezabelis impiæ istius Reginæ, quæ Ahabo non minus impio Regi nupsit.

nuplit. 1. Quæres quis fuerit iste Abde-  
mon, qui Solomoni oppositus erat, ut ejus  
Problemata solveret? Respondeo non erat  
alius quam Hiram memoratus I. Reg. Cap.  
VII. alteram autem duarum Columnarum  
quas fecit Hiram, Salomone jubente, nomi-  
navit Rex Spiritu Prophetico יָכִין *Jachin*,  
quod *Stabilitatem* seu *Stabilimentum* signifi-  
cat; venit namque a יָד *disponere*, vel  
*stabilire*. Rediens autem Hiram Tyrum,  
Honoris Gratia a suis vocatus est אֲבִדֶמוֹן  
~~Abdemon~~ hoc Arabice significat *Patrem Sta-*  
*bilitatis*; & per id nihil aliud intellexerunt  
Tyrii, quam Artificem mirandæ illius Co-  
lumnæ *Jachin*; nam hæc duo vocabula sunt  
plane synonyma. Et Græci ut hoc Nomen  
mollius sonaret, Ἀβδήμονον extulerunt. Pla-  
num est jam ut confido, Scripturarum Hi-  
ramum Hybridam, fuisse prorsus eundem  
cum Tyriorum Abdemone: Et proinde  
frandi debetur vel Tyriorum vel Græco-  
rum, quod Solomoni in sapientia æquipare-  
tur, cum in nullo alio genere Sapientiæ  
excelluisse dicitur, quam in Arte fabili.  
2. Quæritur unde Annales illos & publi-  
cas Tabulas Josephus habuerit? Respon-  
deo nulla talia Scripta publica Tyri supe-  
resse potuerunt, Flavio scribente. Sed pu-  
to ea collecta a Dio & Menandro, suppe-  
ditasse Josepho omnia quæ nobis reliquit.  
3. Quomodo dicit Josephus Hiramum Ty-  
rios subdidisse & remeasse, Regnabit ne Ty-  
ri?

ri? Respondetur, regnavit Hiram & super Tyrum & super Zidonem; videtur tamen in Zidone habitasse: Nam hæc antiquior erat Tyro, cujus Filia Tyrus appellatur *Isai.* Cap. XXIII. Com. 12. & celebrior erat. Nam observat Strabo Homerum meminisse Zidonis, sed Tyri nunquam. Et Ithobalus I. Reg. Cap. XVI. expresse vocatur Rex Zidoniorum. Offensi igitur, ut videtur Tyrii, eo quod ipsorum Rex rara aut nunquam inter ipsos habitaverit, rebellarunt: Sed ad obsequium tandem reducti sunt. Si autem vera lectio sit *ΗΥΚΕΙΩΣ*, ut habet Lib. VIII. Cap. 2. tunc hæret aqua; nam latet nos quos sub hac voce intelligat. Est & aliud fragmentum memorabile, a Flavio conservatum eodem VIII. Lib. Cap. 7. qui postquam retulisset ingentem siccitatem, quæ Achabi tempore contigit; sic pergit. *μνηνται δὲ τῆς ἰνομυρίας ταύτης, καὶ Μενάνδρος ἐν ταῖς ἰσοβάλας τῇ Τύριων Βασιλεως πρᾶξι &c.* Meminit autem hujus Inopie Pluviarum etiam Menander in Gestis Ithobali Tyriorum Regis, sic scribens. Hoc regnante, etiam Pluviarum defectus fuit ab Hyperberetao mense usque ad insequentis Annæ Hyperberetaum continuus, qui cum supplicationes indixisset, secuta est magna vis tonitruum. Revera hæc est eadem Historia, quæ refertur I. Reg. Cap. XVII. Nam illa siccitas, Gentiles procul dubio ad Idola sua supplicanda compulit; & ab eis pluviam impetratam

petratam innuit Fragmentum. Sed prædicta est & Fames & Remedium, ab Elijah Propheta Israelitico; a nullo autem Gentilium. Jam hæc Fragmenta egregie stabiliunt multas Historias Scripturæ, probantque eas non esse inanes Fisiones, & si veræ sunt Res gestæ: Judaica, & proinde Christiana Religio salva est.

§. VII. Hactenus dedimus plura loca ex Berofo, aliisque Exoticis, quæ tangunt res Judaicas, easque vere gestas supponunt usque ad Captivitatem. Nullus autem historicus aliufve jam occurrit, qui aliquid memoratū dignam de eis narrat, donec Persis suberant: tantum generalia quædam partim ex ignorantia, partim ex malitia, partim denique ex vero profecta sunt. Tacitus Histor. Lib. V Cap. 8. Mendacia sua & Bilem in sanctam Gentem evomit. *Dum Assyrios (inquit) penes Medosque & Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium.* Ex his duodecim voculis, notanda primum est ingens Ignorantia & stupiditas Taciti; nani illud Imperium Assyriorum quod fuisse subinnuit, nunquam extitit. 2. Ad manum habuit Tacitus Judaicos Libros, nempe των LXX Biblia, quæ potuerunt eum docere ad longum tempus; Israelitas ab omni servitute fuisse liberos. 3. Etiam si fuerint Chaldæis & Persis subditi, nequaquam fuerunt præ aliis sub his Imperiis despecti; sed a Regibus præ omnibus in suis Dominiis

in

in honore habiti Et quidam ex Judaico Genere, ad maxima officia in his Regnis promoti. Non solum igitur ex Ignorantia, sed ex Malitia peccavit Cornelius. Sed Justinus Tacito contradicit. *Primum* (inquit) *Xerxes Rex Persarum Judæos domuit.* Ubi notanda est supina Ignorantia Trogi: nam subditi erant Judæi primum Chaldæis, a quibus Persæ eos liberarunt, & Rempublicam aliqualem eos habere permisit: Immo restaurare adjuvarunt. Disces igitur quanta Ignorantia fuerit in Ethnicis rerum Judaicarum; imo omnis sanæ Antiquitatis, & proinde quam parum credendum sit Exoticis Authoribus, quando Scripturis Sacris adversantur. Diodorus postquam multa de Mose ejusque legibus honorifica imo honorificentissima scripssisset, ut superius retulimus sic subdit. *κατὰ δὲ ὑστερον γενομενὰς ἐποποιήσεis.* &c. *Caterum sub Imperiis posteriori ætate exortis, maxime in quarto Persarum dominatu, & qui hunc everterunt, Macedonum Tempore ex comixtione cum externis Gentibus multa de Legum avitarum institutis apud Judæos mutata exoleverunt.* Verum est quod dicit, nempe Judæorum ferioribus temporibus pietatem multum deseruisse. Sed quod vocat Persarum Imperium quartum, majorem injicit scrupulum; Sollicitarem quidem lectionem ni subierit animum Siculum forsan inaudisse aliquid de Arabum Imperio fictitio, quod ante Nini tempora

pora floruisse putatur: vel de Scytharum, quod ut Trogus garrit mille quingentos Annos duravit; vel tandem aliquid de Babyloniorum Imperio, & tunc aliquo modo verum est quod dicit: Nam certum est juxta eum Medicum & Persicum fuisse diversa Imperia. Atque hæc & non plura quantum meminimus, de Judæis Ethnici nobis suppeditant, dum de Persarum Monarchia tractant: Quum autem scribunt de Græcorum Monarchia longe plura quorum aliqua narrabimus, si prius scrupulum quendam importune injectum exemerimus Alexander Magnus ut Josephus scribit Lib. XI. Cap. 8. Capta Gaza Hierosolyma venit, Deum adoravit, Pontificem Jaddum veneratus est, cognito de seipso Danielis Vaticinio gavissus est: Judæos tandem multis Privilegiis & Immunitatibus donavit. Sunt quidem qui Historiæ hujus fidem sollicitant, ducto Argumento ab Exoticorum Scriptorum silentio, immemores prorsus quam acri odio Ethnici prosequerentur Judæos, quamque malitiose, saltem ignare ipsorum res vel perverterant vel supprimerent. Nec tamen de re hac, prorsus tacuisse Pagani censendi sunt. Nam inter reliquos Orientis Reges quos Authore Trogo Lib. XI. Cap. 10. cum *Insulis obvios* habuit Alexander, rite poterit numerari Judæorum Pontifex, qui non modo Sacris sed etiam Civilibus prefuit. Admodum porro verisimile est latere



tere hanc Alexandri profectionem Hierosolymitanam, in expeditione Arabica, cujus meminere Curtius Lib. IV. Polyænus Lib. IV. Cap. 3. Stratagem. 4. Arrianus Lib. II. & Plutarchus in A. M. Nam de ejus necessitate, causa, fine, aut rebus inibi gestis nihil clare narrant. Minime profecto putandum est Alexandrum adeo desipuisse, ut cum Tyrus summa Vi & Pertinacia resisteret, omnesque ipsius sperneret minas, & conatus, seipsum & Copiarum partem in vagis Latronibus persequendis fatigaret. Nam nullam urbem, nullum Ducem adversus quem duxit nominant, Gravior igitur causa atque necessitas erat, quæ Alexandrum in tanto Rerum suarum articulo obsidionem relinquere, & hanc expeditionem suscipere coegit. Jam si Josephum audias, omnino dispelluntur istæ Tenebræ; qui Antiq. Lib. XI. Cap. 8. refert Alexandrum scriptis ad Judæorum Pontificem literis, petiisse Auxilium, & ut forum rerum venalium præberet exercitui. Et ut quæ prius Dario conferre sit solitus, nunc det Macedonibus, & Pontificem respondisse Sacramento se obligatum Dario, ne Arma contra eum sumeret. Jam clarescit Causa, cur ex castris tunc Rex profectus sit, nimirum ut Judæam Regionem feracissimam unde Militi inopia laboranti abunde subveneretur in potestatem redigeret. Arabes (inquies) non Judæos citati Authores nominant verum constat ex, Herodoto Lib. II. Cap.

Cap. 104. Manethone apud Josephum contra Apionem, Diogene Laertio in Socrate; Gentium Scriptores involvisse Judæos aliarum præsertim vicinarum Gentium nominibus. Si instabis, & dices Expeditionem Arabicam fervente obsidione contigisse; Hierosolymitanam autem post & Tyrum, & Gazam captam: Repono non sequi, quod ad summum rei falli Flavium, quamvis in circumstantia labatur. Nec deest alia responsio: Nam haud abhorret a vero, si dicatur scriptores allegatos, vel Malita abreptos, vel Ignorantia lapsos, nec verum locum in quem, nec verum tempus quo expeditionem illam Alexander adornavit; indicasse.

§. VIII. Tumultuatur hic Author Dissertationis *Anglice* scriptæ, cui Titulus **AN ANSWER TO Dr. SHERLOCK:** atque egerrime fert aut malitiam, aut oscitantiam, Paganis hisce Scriptoribus ascribi. Atqui tale præloqui audet in Historia *μηδὲς ψιλος* est, quod densa exemplorum nube probari potest. Sed reliquis omissis, pauca sufficiunt. Diodorus primus eorum qui supersunt, Alexandri Gestorum Scriptor; tradit Lib. I. Judæos Circumcisionis ritum derivasse ab Ægyptiis, eorumque esse Coloniam. Idem quoque in Fragmentis fidem habet fabulis & mendaciis, quæ Ægyptii aliique gentiles de Judæis tinxerant. Eadem concoquit Trognus seu

seu Justinus ejus Epitomator Lib. XXXVI ubi plurima falsa veris immiscet. Plutarchus Lib. IV. *Sympos.* ait *Judaos Asinum colere, quia eis Fontem Aqua ostendit. imo dicit eos venerari suum, & Bacchi sacra ab eis usurpari; quod a Ritibus Festi Tabernaculorum probare nititur. Utinam tamen totus is Liber extaret; plura namque Ethnicorum de Judæis cogitata, quibus caremus, declarasset. Hanc autem Plutarchi inscitiam vel potius malitiam, refutat Tacitus, Judæorum alioquin Hostis infensissimus: Probatque Histor. Lib. V. Cap. 5. eorum sacra cum Bacchicis nil habere commune. Sed haud opus pluribus. De ipsa Tyri captæ ratione, non conveniunt Authores: Alexandrum in Urbem viam vi fecisse Curtius l. c. Plutarchus in vita A. M. & Arrianus Lib. II. asserunt. At his contradicunt Justinus. l. c. Polyenus l. c. Quorum hic Stratagemate, ille Proditione Tyrum cepisse affirmat. Verum Dissertator dicit, hos Authores scripsisse vitam & gesta Alexandri, quorum si vera sit Josephi Relatio: maxime insignis fuit ejus illa Profectio Hierosolymitana. In qua objectione οὐδὲν ὑγιᾶν. Herodotus, Xenophon, Ctesias, & Justinus ætulerunt gesta Cyri majoris: nihil autem clare de Judæis per eum liberatis, ergo eos non liberavit; consequentia falsissima. Gentiles procul dubio, Alexandrum ob adorationem Dei Judæorum desipere ad tempus*

pus existimabant; & proinde volebant ejus Admiratores hanc profectionem gestis ejus inferere, qua, ut putabant reliqua inquinata fuissent. Sed urget Dissertator fortius dum dicit, *non potuisse esse in viris tunc Jaddum aut Sanballat*, quod revera vix possum inficiari. Nam opinor Jaddum & Sanballat a Nehemia memoratos, non pervenisse ad Alexandri tempus; & proinde puto in his circumstantiis labi Josephum, non tamen in re ipsa. Et revera excusari poterit Flavius, cum *Nehemia Cap. XII. Comat. 12. 22.* multos Christianos accerime torqueant: & in Josephi sententiam plane trahant.

§. IX. Quisquis enim res Judaicas serio perpendet, agnoscat singularem & extraordinariam Dei Providentiam, invigilasse circa Gentem hanc tempore Alexandri, non minus quam tempore Cyri: nam relictæ sunt ab Alexandro, ut eos invenit, nullo præposito eis Præfecto, nullo Hierosolymis imposito Præsidio; ut in reliquis devictis factum est Gentibus. Ægyptiis v. g. Authore Curtio Lib. IV. Cap. 8. dati erant Præfecti Æschylus, & Peuseses, & Syriæ Andromachus, eum tamen propositum fuisse solis Samaritis, vel reliquæ præter Judæam Palæstinæ; suadent ipsius Curtii verba, dicentis quod hunc vivum Samaritæ cremaverint; quod non admodum probabile

le est eis perpetrandi fuisse copiam; si Andromachus toti præesset Syriæ, & proinde Damasci habitaret. Sæpius miratus sum, cur soli Samaritæ tanto Odio insurgerent in Macedonas, admittentibus Jugum adeo pacate circumjacentibus Regionibus. Subiit tandem in Animum, quod S. produnt Literæ ex Oriente venisse Samaritas, & proinde impense favisse Persis ut consanguineis suis; quod ipsi aliquando non diffimularunt: Nam Authore Josepho *Antiq. Lib. XII. Cap. 7. oriundos sese ex Medis. & Persis, professi sunt*. Optarunt hi, & sperarunt Persas tandem debellaturos esse Alexandrum. Quare ausi sunt insurgere in Præfectum suum, eumque comprehensum cremare, ut more Nationum Transcyphratensium; Deum suum Solem, cujus imago Ignis est, placarent. *Sed unus (inquit Dissertator) Josephus hanc habet Historiam, de Hierosolymitana Alexandri Profectione. Esto: Quid amabo sequitur, cum nullus alius supersit Historiæ Judaicæ antiquus Scriptor? Nam Author Lib. I. Maccab. quem contendit Dissertator, fuisse narraturum eam Historiam, si vera esset: non res quæ contigere regnante Alexandro M. tradit. Paucula duntaxat de eo verba habet, Præfatiunculæ in modum, de ejus autem Successoribus, usque ad Epiphancm ne γρὺ. Interim haud disfitente Dissertatore ipso, habent Talmudici antiquissimi: quibus addendi Christiani præs-*  
ci:

ti, æque ac hodierni. *Alexander* (inquit *Eusebius Num. M. DC. LXXXV.*) *capta Tyro Judæam invadit, a qua favorabiliter exceptus Deo victimas immolavit, Pontificem Templi Honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custodem dimisso, quem postea Samaritani interficiunt: ob quæ ab Ægypto reversus Alexander magnis eos suppliciis afficit, & Urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum tradit.* Similia habet *Sulpitius Severus Lib. II.* Eandem Historiam recenset, & credit *Freculphus Tom. I. Lib. IV. Cap. 22.* Atque nescio an a quopiam ei sit negata Fides, donec Pontificii ex odio *Josephi*, quoniam sæpe discrepat a *Libris Maccabæorum*, quos ut *θεοπνευστους* suspiciunt; eam in dubium vocarunt.

§. X, Exempto jam scrupulo, unum alterumve locum in quibus *Judæis A. M. synchroni* commemorantur, producemus. Et imprimis illustris est locus *Agatharcidis* apud *Josephum, Lib. I. contra Appionem* οἱ καλέμενοι Ἰουδαῖοι πόλιν οἰκοῦντες ὀχυρωτάτην ἀσπῶν. &c. *Qui vocantur Judæi, habitant omnium munitissimam civitatem, quam vocare Hierosolymam provinciales solent: hi vacare consueti sunt septima die, & neque arma portare, in prædictis diebus, neque alterius cujuscumque curam habere patiuntur; Sed in Templis extendentes manus, adorare usque ad vespæram soliti sunt. Ingrediente vero Civitate*

rem Ptolemao Lago cum exercitu & multis Hominibus, cum custodire debuerint civitatem eis stultitiam observantibus, Provincia quidem Dominum suscepit amarissimum: Lex vero manifestata est malam habere solennitatem. Huiusmodi autem casus, prater illos, alios quoque docuit universos: ut tunc ad somnia & opiniones qua tradebantur de lege confugiant, dum circa res necessarias ratio nihil valet humana. Eadem quo ad rem Iosephus habet Lib. XII. Cap. 1. Jam notandum est omnes pene Ethnicos, quos vel integros, vel aliorum fragmenta ad nostras manus pervenisse novimus, ex ardente malitia in Judæos invecos fuisse. 2. Ex his reliquiis Agatharcidis, patere Judæos ab Alexandro in plena potestate & libertate relictos; nullo illis præfecto imposito: & ex sola sua simplicitate & superstitione, quam nunquam Deus injunxit, in servitutem Macedonum incidisse. Appianus quoque in Lib. de Bel. Syr.: scribit a Ptolemæo capta Hierosoly-ma. ἡ ἐξ δὲ γένος ( inquit ) ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἑνιστάμενον δὲ Πομπήιος ἑξέειλὲ κατὰ κράτος. &c. Una Judæorum gens armis subigenda superfuit, cujus Regem Aristobulum victor Pompeius Romam misit, & Hierosoly-ma, maxima sanctissimaque in ea Regione urbis, mania diruit, sicut & Ptolemaus primus Ægypti Rex quondam fecerat. Ex his Agatharcidis atque Appiani verbis, abunde constare puto Judæos libertate Alexandri beneficio gavisos

viſos; uſquedum Ptolemæus ſub ſpecie Amicitiaæ urbem occupans, eos in ſervitutem redigeret: & plurimos Judæos in Ægyptum captivos duceret. *Cæterum* (inquit Joſephus Lib. XII. Cap. 1.) *Ptolemæus multos captivos ex montano Judææ tractu & Hieroſolymorum vicinia, Samariaque & Garizin monte in Ægyptum traductos juſſit ſedes ibi ſigere: & cum Hieroſolymitas pertinaciſſime jurisjurandi fidem ſervare compertum haberet ex reſponſo, quod Alexandri Legatis poſt Darii cladem dederant, multa ex eis præſidia diſpoſuit per arces: & cum eis apud Alexandriam juſ civitatis pari cum Macedonibus conditione dediſſet, Sacramento omnes devinxit, ſervaturos fidem poſteris ejus, qui tam multa iſſis crediderat. Sed de hoc iniquiſſimo facinore Ptolemæi, uſurpari poteſt quod Geneſews Cap. L. Com. 20. habetur. Vos quidem cogitaveratis contra me malum, ſed Deus cogitavit illud in bonum convertere, ut faceret ſicut eſt hoc die, conſervando in vita Populum multum. Nam hoc Ptolemæi ſcelus, divina providentia illud regente, occaſionem præbuit transferendi vetus Teſtamentum in linguam Græcam, longe ſuaviorem & faciliorem linguis orientalibus; Et inde gradus factus eſt, ad diruendum intergerinum parietem inter Judæos & Gentiles*

6, X. A nonnullis putatur verſionem Bibliorum, vel ſaltem partis alicujus eorum  
Q factam



factam fuisse ante Ptolemæum, aut Demetrium Phalereum. Nam Clemens Alexandrinus *Strom. Lib. I.* sic scribit. *διεπληνυται δὲ πρὸς Δημητρίου. &c. Ante Demetrium autem, priusquam rerum potirentur Alexander aut Persæ, versa fuerant, & quæ ab Hebræis nostris gesta fuerant in exitu ex Ægypto, & quacunque eis insignia & facta erant & apparuerant & Regionis per vim quasita possessio, & omnium quæ lata sunt legum descriptio, adeo ut clarum sit, antedictum Philosophum ( nimirum Demetrium Phalereum ) multa ex eis sumpsisse. Fuit enim multa doctrina præditus, sicut etiam Pythagoras multa ex nostris transfudit in suorum dogmatum translationem. An unquam versa Scriptura fuerit in Græcam linguam, ante Ptolemæorum tempora; non determinamus. Perdotus Prideaux contendit hanc τῶν LXX. fuisse primam Græcam translationem. Sed ejus argumenta non admodum firma censemus: v. g. dicit vol. II. Part. I. pag. 39. *Si fuissent Scriptura antea versa quid opus erat nova versione regnante Philadelpho?* Sed probe norat Vir Consultissimus, fuisse aliam versionem ante Jacobum Sextum; hoc tamen non impedivit quin eo regnante, prodiret nova versio.*

§. XI. Sed pergamus cum Ethnicis Res Judaicas enarrantibus, vel potius mentientibus. Justinus postquam dixisset, Xerxem primum Judæos domuisse: sic proseguitur.

*Postea*

Postea cum Persis in ditionem Alexandri Magni venere, diuque in potestate Macedonici Imperii subiecti Syria Regno fuere. A Demetrio cum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus. Verum est quidem, quod ille abunde innuit Romanos solitos fuisse de alieno largiri. Sed eos vel Chylum contulisse ad Judæos liberandos, non minus falsum. Testatur scriptor Maccabæorum, Lib. I. Cap. 8. in hoc fœdere inter Judæos & Romanos, conditiones esse mutuas & æquales, neutro Populo alteri subdito; vel obnoxio. Eadem habet Josephus Lib. XII. Antiq. Cap. 12. Atque certum est in omnibus subsequitis calamitatibus, Fœdus illud Judæorum cum Romanis, nihil eis plane profuisse. Sed quam primum licuit, per propinquitatem loci eis omnibus modis nocuisse, & tandem eorum Rempublicam plane perdidisse. Observat clarissimus Bailius nostras, Judæis postquam hanc infaustam Societatem cum Romanis contraxerint, pene nihil prosperè cessisse. Sed an Romani restituerunt Judæos in libertatem, quid si Tacitus contrarium asserat? Audi eum, Histor. Lib. V. Cap. 8. *Postquam* (inquit) *Macedones præpotuere Rex Antiochus demerre superstitionem, & mores Græcorum dare adnexus, quo minus teterrimam Gentem in melius mutaret, Parthorum Bello prohibitus est.*

Nam ea Tempestate Arfaces desciverat. Tum Judæi Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis (& Romani procul aberant) sibi ipsi Reges imposuerunt. Qui mobilitate vulgi expulsi, resumpta per Arma Dominatione, fugas Civium, Urbium everisiones, Fratrum, Conjugum, Parentum Neces, aliaque solita Regibus ausi, superstitionem fovebant: quia Honor Sacerdotii, Firmamentum Potentia assumebatur. In hac Cornelii invektiva observari pronum est, Romanos non solum, non dedisse Judæis libertatem, sed insuper quamprimum licuit, eis eam eripuisse. Nam, clarum est ex illo, Judæos sine ope vel Romanorum, vel cujuscumque alterius Gentis Alienigenarum: excussisse jugum, & sese in libertatem asseruisse. Sed revertamur ad Justinum, *de alieno largientibus* inquit: Sed finge Romanos, Libertate & Possessionibus donasse Judæos; ad quem quæso spectabant ante? ad Antiochum inquiet quispiam, id pernego.

§. XII. Atque hic quidem doleo doctissimum Samuelem Basnagium, Rebellionis dicam scribere Matthiæ ejusque Filiis. *The Asmoneans* (inquit Lib. I. Cap. I. Historiæ Judaicæ) *designed more to satisfy their Ambition, than to reform the Church. &c. i. e. Hasmonæi studebant ambitioni suæ, magis quam Reformationi Ecclesiæ: Heroes illi qui tantopere celebrantur, & ut indigetes reputantur, nunquam*

nunquam defendi possunt a Crimine Domus Davidis ab ipsis spoliata diademate & imperio: cujus posteris sub pudenda indigentia misere jacebant. Nam usurparunt sibi Sacerdotium, quod Jure erat Familia Eleazaris ut et Regnum quod erat Familia Davidis. Nam non oriundi erant ex aliqua Familia Sacerdotali, sed omnino privati Homines qui rebellarunt contra Antiochum, qui Jure indubitato tenebat Judæam: quandoquidem hic Princeps a Regibus Ægypti eam Regionem Bello acquisiverat. Et insuper priusquam eis obtigerat, diu fuerat ditioris Persarum, quos Alexander debellaverat. Hæc ille quæ ut potui ex Anglicana versione, quam ipse doctissimus Author approbat: Latine reddidi. Mirorque eam excidisse Viro consultiissimo. Nam 1. An non ipse Alexander Prædo clarissimus, verius quam legitimus Rex fuerat, judicent politicorum Filii. 2. Etiam si jus Alexandri in eas terras fuisset indubitatum, neutiquam hoc pertinet ad ejus successores nequissimos raptore, qui Alexandri Domini sui Liberos, Uxorem, Matrem, imo & ipsam longinquam cognationem, nefarie trucidarunt: Vel saltem paricidis nunquam serio succensuerunt. Sed per vim terris occupatis, Diademata sibi imposuerunt; quibus non jus & æquum, sed ipsorum Tyrannorum arbitria pro legibus erant. 3. Certum est non solum ex Josepho, sed etiam ex Plutarcho, & Agathar-

cide,

Q. 3

cide, Appiano, Polyæno, Ptolemæum La-  
gi adeo nequiter invasisse & tractasse Ju-  
dæos; ut etiamsi jus in eos unquam habu-  
isset: id totum amiserit. 4. Etiamsi Seleu-  
cidæ priores fuissent legitimæ Reges Ju-  
dæorum, nequaquam talis erat Epiphanes;  
sed alieni Regni, viz. Nepotis sui Deme-  
trii, Invaſor & Raptor. 5. Nequaquam ut  
decebat moderatum Principem, sed sævis-  
ſimum Tyrannum, erga Judæos se geſſit:  
quod conſtat, atque Polybius apud Joſe-  
phum contra Apionem Lib. II. agnoſcit.  
Accuſat Vir doctiſſimus Maccabæos, quod  
Davidis domum negligerent, & in ſqualore  
jacere ſincerent; Et inſuper Regimen Poli-  
ticum & Sacerdotium conjungerent, quorum  
quidem neutrum defendo. Dici tamen po-  
teſt, eos magis ex ignorantia, quam ex am-  
bitione deliquiſſe. Nam utrumque vitium  
a multis retro annis inoleverat. Aſſerit  
quoque vir præſtantiſſimus, eos non oriun-  
dos ex ulla familia Sacerdotali ſed priva-  
tos fuiſſe. Sed nihil magis abhorret a vero.  
Audiatur Scriptor Maccab. Lib. I. Cap.  
2. Com. 1. *Temporibus illis ſurrexit Matthi-  
thja Filius Jechochanaris, Filii Schimchonis  
Sacerdos e poſteris Jojaribi. In quæ verba  
ita doctiſſimus Junius. Qui primus recenſe-  
tur in Sacerdotum albo. i Chron. Cap. XXIV  
Com. 7. ex Familia ( ut credibile eſt ) El-  
kazaris, tum quia primus eo loco nominatur,  
tum quia Matthithja Pinchaſum Patrem vocat*  
*infra*

*Infra* 54. Hæc Junius. Josephus cum scrip-  
tore Maccab. consentiens, *Antiq. Lib. XII*  
Cap. 8. affirmat Matthithjam fuisse filium  
Joannis, qui fuit Simeonis, ex Asmonæo  
geniti, Sacerdotum ex vice Jojaribi, Simi-  
lia habet *Lib. I. de Bello*. Sed pene obli-  
ti sumus, quod primum dicendum erat, ni-  
mirum *Hasmonæos studuisse magis ambitioni,*  
*quam Reformationi Ecclesia &c.* Sed pace  
tanti viri, hoc non solum falsum est, sed  
insuper his præstantissimis Viris admodum  
contumeliosum. Vocat eos sarcastice He-  
roes, sed vere omnino illustres Heroes e-  
rant; quod omnes subsequentes Judæi, &  
Christiani, censerunt. Legatur amabo *Lib.*  
*I. Maccabæorum*; legatur Josephus: lega-  
tur inter Christianos Eusebius, & Sulpiti-  
us, Freculphus, & quotquot eos secuti sunt  
& Maccabæorum temporum meminerunt.  
Invenies omnes Matthithjam ejusque Fili-  
os, magnis, affirmo & justis, laudibus effe-  
rentes. Et revera in historia non compa-  
rent Viri, in quibus major zelus Dei, ma-  
jor prudentia, & major fortitudo elucet.  
Eorum quidem posterī, admodum impie &  
tyrannice sese gesserunt; Sed hoc nihil ad  
Matthithjam ejusque Filios, majus quam  
Jehorami scelera Patri Jehosaphato impu-  
tanda sunt. Matthithjam dico, ejusque fili-  
os, nam posterī eorum Aristobulus, Alexan-  
der eorumque filii, Hyrcanus, & alter A.  
ristobulus, sua impietate & vecordia Ju-  
dæam

dæam perdiderunt : Et jure in eos invehi-  
 tur Tacitus, verbis quæ mox produximus.  
 Ita Strabo, verbis superius allatis in horum  
 Judææ Regum iniquitatem jure acriter a-  
 nimadvertit. Videatur Josephus Lib. XIII  
 & XIV. Atque his nefariis suis factis, at-  
 traxerunt in se iram divinam. Et Ro-  
 mani, ab Hyrcano & Aristobulo dissen-  
 tientibus vocati, Judæos plane pessundide-  
 runt : Donec a Pompeio subditi erant, Sic  
 Strabo Lib. XVI. pag 763. Ἡδὴ δὲ ἔνθα  
 νεκρῶς τυραννουμένης τῆς Ἰουδαίας, πρῶτος  
 αὐτὸς πρῶτος ἀνέδειξεν ἑαυτὸν Βασιλέα. Ἀλεξ-  
 ανδρὸς &c. Cum vero palam jam Judæa  
 Tyrannide premeretur, primus pro Sacer-  
 dote se Regem fecit Alexander, cujus fi-  
 lios Hyrcanum & Aristobulum de Impe-  
 rio disceptantes, Pompeius superveniens  
 dejecit, atque eorum munitiones evertit  
 & ipsa inprimis Hierosolyma vi capta sunt.  
 Cneius Pompeius ( ait Epitomator Livii  
 Lib. CII. ) Judæos subegit. Fanum eo-  
 rum Hierosolymæ ante id tempus invio-  
 latum, cepit. Et Livius ipse apud Jose-  
 ph. Lib. XIV. Cap. 8. Et Tacitus Lib. V,  
 Histor. Cap. 9. Romanorum primus Cn.  
 Pompeius Judæos domuit : Templumque  
 jure victoriæ ingressus est, Inde vulga-  
 tum, nulla intus Deum effigie vacuum se-  
 dem, & inania arcanâ. Muri Hierosoly-  
 morum dituti, delubrum mansit. Similia  
 habet Florus Lib. III. Cap. 5. Hieroso-  
 lymam

‘ Iymam defendere tentavere Judæi; verum  
 ‘ hanc quoque intravit, & vidit illud gran-  
 ‘ de impiæ Gentis arcanum patens, sub au-  
 ‘ reo uti cælo. Dissidentibusque de Regno  
 ‘ Fratribus, arbiter factus, regnare jussit Hir-  
 ‘ canum, Aristobulo, quia renovabat eam  
 ‘ rem, catenas dedit.

§. XIII. Apparet, jam qua occasione cau-  
 sa & fine, Romani invaserint Judæam, ni-  
 mirum fratres litigabant: alter nixus jure  
 Primogenituræ, alter sua solertia; nam re-  
 vera major fratrum fungus erat & stipes.  
 Romani si non latrones essent & Raptores  
 julte dijudicassent; & fratri cui debebatur  
 Judææ Regnum, integrum ut erat con-  
 servassent: Cum fratres ambo pariter eos  
 sollicitassent. Sed & contra, illi sublato re-  
 vera Sceptro Hyrcano, quem prætulērunt  
 Aristobulo, miseram atque contemptam &  
 ipsis Romanis tributariam Provinciam reli-  
 querunt; audi Josephum Lib. XIV. Cap. 8.  
 τὰ μὲν Ἱερουσόλυμα ὑποτελῆ φέρεσθαι Ρωμαίοις  
 ἐποιήσεν &c. *Et Hierosolyma quidem Pop.*  
*Rom. fecit stipendiaria, urbes vero, quas eo-*  
*rum cives sibi subjugaverant in Calesyria adem-*  
*ptas illis jussit proprio parere Prasidi: Et to-*  
*tam Gentem prius elatam rebus prosperis, con-*  
*traxit intra veteres terminos. Gadara deinde*  
*paulo ante dirupta instauravit in gratiam Libertæ*  
*sui Gadarensis Demetrii. Reliquas, vero Hip-*  
*pon, Scytopolin, Pellam, Dion, Samariam,*  
*Ma;*



*Marissam, Azotum, Jamniam, Arethusam suis restituit habitatoribus: easque in mediterraneis, præter variis bellis dirutas. Maritimas vero, Gazam, Joppen, Dora, Stratonis turrim, quæ ab Herode magnifice condita & portibus atque templis exornata, Cæsarea mutato nomine appellata est: has omnes Pompeius liberas esse iussas provinciæ contribuit. Quorum omnium malorum causa fuisse Hierosolymitanis Hircanus & Aristobulus inter se dissidentes invicem. Nam tum primum libertatem amisimus, subiecti Romanorum Imperio: Et Regionem de Syris bello captam: reddere ipsis coacti sumus: Et insuper plusquam decem millia talentorum brevi tempore a nobis Romani exegerunt: & Regnum, quo prius pontificale Genus honestabatur, ad plebeios translatum est Homines. Apparet jam quam falsa sunt illa Ciceronis verba, pro Flacco. Stantibus Hierosolymis, pacatisque Judæis, tamen istorum Religio Sacrorum a Splendore huius Imperii, gravitate Nominis vestri, majorum institutis, abhorrebat: Nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de Imperio nostro sentiret, ostendit Armis: Quam cara Diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata. Seu quod verius: Quod serva facta est. Sed spirat Atheismum Cicero, nam mox dixerat, sua cuique civitati Religio, Læti, est nostra nobis! In quibus revera sibi contradicit: Nam multoties in suis operibus ea habet, e quibus firmissime concludi potest esse solum unum Deum*

Deum: Sed certe unus Deus admittit nisi unam Religionem 2do, Tullius ponit medullam religionis in externo Splendore, quod nemo sanus affirmabit; et quod a multis et Græcis et Latinis negatur. 3. Falsum est Judæos Românûm Imperium aggressos fuisse, nam cum Fratres ambo, Pompeium ut diximus sollicitarunt: Ille non ut justus Arbiter, sed ut Raptor et Prædo utrumque spoliavit; ut revera non negant Romani Scriptores, videantur Tacitus, Florus, Appianus, et alii. 4. *Careat successibus opto, Quisquis ab Eventu, Facta notanda putat.* Romani quidem pessundati erant a Gallis, quamvis postea emerferint: Quid vetuit igitur quo minus Judæi pariter emergerent, non obstantibus Ciceronis dictis et postea Roma a Gothis, aliisque Barbaris Gentibus plane proculcata est. Cicero quidem erat facundus orator, cæteroquin Homo levissimus et maledicentissimus, nulli Homini, nulli Familiæ, nulli Genti parcens: Sed virulentiam pariter effundens in omnes. Porro revera fuit plane Scepticus, nullum Numen in corde adorans: Denique sua levitate et stultitia Rempublicam perdidit, et Octavium, et cum eo Tyrannidem, in eam introduxit.

§. XIV. Sed misso Oratore, redeamus ad Judæam. A Patriarcha prædictum erat, tollendum esse Sceptrum a Juda. Hujus ablationis quatuor erant Gradus, primus  
cum

cum Judæi ducti erant Captivi in Babylo-  
nem. Secundus cum Pompeius cepit Hiero-  
solyma. Tertius cum Archelaus relegaretur  
Viennam; vide Josephum, Lib. XVII.  
Cap. 15. Quartus cum Titus Urbem et  
Templum destruxerit. ex illo tempore,  
jure vocati sunt Judæi *Argentum reprobum,*  
*quia Deus reprobavit illos.* Nam nullum  
erat scelus, nullum maleficium, nullum Fla-  
gitium, in quo fesse non inquinarent: Si ex-  
cipias paucissimos quos Deus ex errorum  
Tenebris liberavit. Exemplo sit abominan-  
da magia, seu γοητεία, cujus criminis eo-  
rum Doctores celeberrim jure postulantur.  
Josephus non erat minimus nec stultissi-  
mus horum Doctorem, et tamen ille a  
multis videtur probasse hanc nefandam  
Doctrinam. Nam Lib, VIII. Cap. 2. dum  
Regis Salomonis laudes et stupendam sa-  
pientiam, enarrat. Hæc habet. παρέσχε-  
θε αὐτῷ μάθαι ὁ Θεὸς ἡ, τὴν κατὰ τῶν δαι-  
μόνων τέχνην ἐς ὠφελείαν ἡ, θεραπεύειν τοῖς  
ἀνθρώποις &c. ‘Quin & eam rem divinitus  
“ consecutus est ad utilitatem & medelam  
“ Hominum, quæ adversus Dæmones est  
“ efficax. Incantationes enim composuit,  
“ quibus morbi pelluntur: Et Conjuratio-  
“ num modos scriptos reliquit, quibus ce-  
“ dentes Dæmones ita fugantur, ut in poste-  
“ rum nunquam reverti audeant: Atque hoc  
“ sanationis genus usque plurimum apud-  
nos.

“ nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus  
 “ meis quendam Eleazarum, in Præsentia  
 “ Vespasiani et Filiorum et Tribunorum re-  
 “ liquorumque militum, multos arreptitios  
 “ percurantem. Modus vero curationis e-  
 “ rat hic. Admoto naribus dæmoniacci Anu-  
 “ lo, sub cujus sigillo inclusa erat radices  
 “ species a Salomone indicatæ ad ejus Ol-  
 “ factum per Nasum extrahebatur Dæmoni-  
 “ um: Et collapsio mox Homine, adjura-  
 “ bat id, ne amplius rediret, Solomonis inte-  
 “ rim mentionem faciens, et incantatio-  
 “ nes ab illo inventas recitans. Volens de-  
 “ inde Eleazarus his, qui aderant, ostende-  
 “ re suæ artis efficaciam, non longe inde  
 “ ponebat Poculum aut Polubrum aqua  
 “ plenum: imperabatque Dæmonio Ho-  
 “ minem exeunti, ut his subversis signum  
 “ daret spectantibus, quod reliquisset Ho-  
 “ minem. Quo facto, nemini dubium erat,  
 “ quanta fuisset Solmonis scientia et sapi-  
 “ entia. Hæc ille. Atque equidem quæ  
 “ de Eleazaro scribit, quin probabilia, imo  
 “ certa sint; non omnino dubitamus: simi-  
 “ lia enim facta esse cernimus Act. XIX.  
 “ licet eventu omnino dissimili. Verum  
 “ quæ de Salomone effutit, falsissima sunt.  
 “ Nam in omnibus 22 Libris quos Josephus  
 “ Lib. I. contra *Apionem*, haud procul ab  
 “ initio agnoscit pro immota Regula Judiciæ  
 “ Fidei, ne γρὺ quidem illarum Incantatio-  
 “ num; sed plane contrarium. Si roges, ubi  
 “ Jose-

Josephus has Incantationes Scriptas reperiret? Respondeo, haud facile est hunc questionem satisfacere. Mox tamen tentabo, cum prius observaverim; quam proni fuerint Israelitæ ab incunabulis suis ad Idololatricam quam semper comitatur Magia, sive *γοητεία*: Atque hoc in Aprico est Scripturam intuenti. Nam constat ex *Ezek. Capit. XX. & XXIII. & Exod. Cap. XXXII.* Israelitas in ipso Ægypto, & Deserto Idolatria Ægyptiaco, sese polluisse; nec non eorum magia qua semper Ægyptus erat infamis, ut constat ex *Exod. Cap. VII.* Plinio, et aliis Authoribus, hæc lues illis, imo et posteris plærumque adhæsit. Quare Deus magiam multoties severissime, et sub extremo supplicio, prohibuit ut *Exod. Cap. XXII. Com. 18. Prestigiatricem, תכונת* ne finito vivere. Similia habentur *Levit. Cap. XIX. Com. 31. & Cap. XX. Com. ult. et alibi.* Reges Israel cum recte agerent, removerunt Pythones & Ariolos, morte nimirum eos puniendo. Cunctis his non obstantibus, perrexerunt Israelitæ, in scortatione spirituali, & Ariolos, mortuos, imo et Baculum suum consulerunt; ut patet inter alia Loca, ex *Isai Cap. VIII. & Hos. Cap. IV. Com. 12.* Ob hæc & ejusmodi Crimina, ducti sunt Israelitæ in Assyriam nunquam redituri, Judæi in Babylonem, alteram servitutis Domum, unde post septuaginta Annos reversi sunt in suam Terram.

postea

Postea non tam proni erant in crassam illam Idololatriam, sed Diabolus Humani Generis hostis, methodo longe subtiliori in carnalium Judæorum Præcordia sese insinuavit. Nam paulatim vero et genuino Scripturæ sensu posthabito, sensum Cabalisticum, una cum Yomniis suis quæ, *δευτερωταις* seu Traditiones orales appellatæ sunt: introduxerunt. Deinde imbui cæperunt superstitione Paganorum. Tertio. Satanæ Imposturas pro divinis Revelationibus admiserunt, quas nomine BATHCOL appellarunt. Quæ omnia ex Libris Apocryphis, Josepho, N. Testam: Et Scriptis Talmudicis facile colligi possunt.

§. XV. In ea infelicitis temporis periodo, nonnulla Scripta, Nomen Solomonis commentitia prodiisse constat: Inter quæ, istas Flavii Incantationes referre minime veremur. At dices impii hi Magi, non poterunt Incantationes istas, Solomonis Nomine cohonestatas comminisci; priusquam Dæmoniacæ Obsessiones observarentur. Verum istas ante Salvatoris Tempora non legimus. Respondetur Possessiones, vel Obsessiones, fuisse in veteri Testamento, ex I. Sam. Cap. XVI. Com. 14. I Reg. Cap. XXII. Comat. 22. & 23. liquere videtur. Sed postquam Tempore Maccabæorum, exorta sit Secta Sadducæorum, immortalitatem animæ negantium vel certe magnope-

re

re sollicitantium; videntur crebriores fuisse Possessiones, ut hi Athei ocularibus testibus refutarentur. Nam in N. Testamento cum referuntur hæ Possessiones, nihil insoliti aut extraordinarii observatur. Sed sub adventum Christi, omnino congruum erat divinæ providentiæ ut plures et magis conspicuæ Possessiones fierent; quo magis conspicua solis Justitiæ Gloria manifestaretur. Sed hæc de Possessionibus obiter.

§. XVI. Tandem Urbe atque Templo subversis, & Judæis Patria pulsis, magis magisque Magia, cum aliis nefandis artibus nimirum in modum crevit. Nam abhinc semper in sceleribus progressus fecerunt, & palambundi instar Caini, signum iræ divinæ portarunt, & usque ad hunc diem ut monumenta ejus, conservati sunt. Proinde Prophetia Psaltæ impleta est in eis *Psal. LIX* Commat. 12. 13. 14. Nam consumpti sunt ut minime sit Gens, conservati sunt tamen ut monumenta divinæ iræ; ne Christiani obliviscantur tanti argumenti, et firmamenti Religionis suæ. Et ut summum dicantur omnia; *Occupavit eos ira ad extremum usque.* vide sis inter alia Buxtorffii *Synagogam*, præsertim Cap. ult.: & Samuelis Bishnagii *Histor. Jud. Sive Josephum continuatum.*

§. XVII. Sed quamvis Deus rejecerat Judæos

Judæos, non tamen rejecit suam Ecclesiā.  
*Dimittetis nomen vestrum inquit Propheta*  
*ut sit execrationi electis meis, quum morte as-*  
*fecerit te Dominus Jehova; servis vero suis in-*  
*det nomen aliud. Et ut idem Propheta habet a-*  
*libi, Nomen quod indetur novum est, quod os*  
*Jehovæ præfixerit.* Jam hos servos qui alio  
 & novo nomine donandi erant, conitat esse  
 ex Gentibus, non ex Judæis, ut *Isai. Cap.*  
*XI. Com. 10. Et Cap. XLII. Commat. 1.*  


---

*6: & Cap. XLIX. Com-*  
*mat 6. 22. & Cap. LX. Com. 3: &*  
*Jerem. Cap. XVI. Com. 19: & Malachi*  
*Cap. I. Commat. 10. 11. demonstrant ma-*  
*nifestissime. Et cum dicatur Jerem. Cap.*  
*XXXIII. Commat 17. 18. 'Non*  
*'excindetur Davidi Vir sedens in Solio*  
*'domus Israelis: etiam Sacerdotibus Le-*  
*'viticis non excindetur Vir e conspectu*  
*'meo; offerens holocaustum, & adolens mu-*  
*'nus ac faciens sacrificium omnibus die-*  
*bus. Similia habentur Com. 21. Sed se-*  
*det nullus ex posteris Davidis in ejus Solio,*  
*nec sedit, per plusquam duo millia anno-*  
*rum. Nonne tribus planè confusi sunt, &*  
*Hierosolyma & Bethlehém destructæ, &*  
*cum eis Templum Secundum, quo stantē*  
*promittebatur Messię adventus. Impossibile*  
*est igitur intelligi hæc Jeremię loca, de*  
*alio nisi de Jesu nostro qui erat secundum*  
*carnem ex semine Davidis. Adi Joan Cap.*  
*VII. Com. 42. Rom Cap. I. Com. 3.*  
*R. Imo*



Imo Judæi ipsi circa tempora nati Sospi-  
tatoris expectarunt Messiam, idque jure, ni-  
xi multis prophetiis Veteris Testamenti,  
quæ et locum, & tempus, satis clare desig-  
narunt. Imo id Romanos Scriptores non  
latuit: Nam Suetonius in *Vespas*, Cap. IV.

‘ Percrebuerat ( inquit ) Oriente toto vetus  
‘ & constans opinio: esse in fatis ut eo tem-  
‘ pore Judæa profecti rerum potirentur. Et  
‘ Tacitus Lib. V. Histor. Cap. 13. Pluribus  
‘ persuasio inerat, antiquis Sacerdotum li-  
‘ teris contineri, eo ipso tempore fore, ut  
‘ valesceret Oriens, profectique Judæa re-  
‘ rum potirentur. Quæ ambages Vespasia-  
‘ num ac Titum prædixerant. Sed Judæi  
fese fallentes, et carnalem Monarcham ex-  
pectantes, in rabiem versi sunt: Ita ut eos  
diris devoverint, quicumque tempus Messiae  
adventus definiunt. Vide Josephum de *Bello*.

§, XVIII. Ex his igitur clarissimum est  
Virum qui Davidi non excindendus erat,  
nullum esse temporalem Principem; atque  
falsam esse fictionem Judæorum de duobus  
Messiis. Regnum hujus viri quo nunquam  
cariturus erat David, describitur a Daniele  
Cap. II. atque de eo prædicitur tandem im-  
pleturum esse totum orbem, abolitu-  
rum omnia alia Regna, atque nunquam ha-  
biturum finem. His consentiunt verba *Je-  
rem.* Cap. XXX. Com. II. ‘ Tibi enim ad-  
‘ sum, dictum Jehovæ, ad servandum te  
‘ quum faciam consummationem in omni-  
bus

bus Gentibus quo disperfero te, verum-  
tamen in te non facturus sum consumma-  
tionem. Hæc inquam, plane conspirant cum  
locis mox citatis. Nam 1. Non intelligen-  
di sunt Judæi solum, sed Ecclesia quæ con-  
stabat primum ex Judæis, deinde his re-  
probatis, ex Gentibus. 2. Per 70 omnibus  
Gentibus, non intelligendi sunt simpliciter  
omnes Gentes Mundi, sed omnes Gentes  
illæ quæ erant aut sunt circa Ecclesiam,  
eique capitales hostes. Jam hanc prophetiam  
completam fuisse testatissimum est. In I. Cap.  
Amosi detonantur minæ in multas Gentes,  
propter ipforum scelera: sed potissimum  
propter Rabiem in Israelitas, & Judæos ef-  
fusam; quæ omnes dudum implentur. Nam  
effectum consecutæ sunt in Damascum, per  
Tiglathpilneserem II. Reg. Cap. XVI. Com.  
9. *Qui ascendens cepit Damascum, & depor-  
tauit incolas ejus in Kirum; Retzinem vero  
morte affecit.* Verum est quidem, sæpenu-  
mero posthac tum in Sacris, tum in Profa-  
nis Authoribus memorari tum Damascum,  
tum Syros seu Syriam; cujus caput erat.  
Sed æque certum est non fuisse eundem po-  
pulum, qui transductus erat. Non equidem  
negaverim, quosdam ex posteris eorum po-  
tuisse furtim redire, sed hoc nihil ad an-  
tiquos Syros: nam nec ipsi, nec eorum pos-  
teri unquam habuerunt ullum Dominium  
vel Rempublicam in Syria Damascena. Cen-  
semus quoque destructionem idolorum Da-

R. 2.

mascenorum

mascenorum in his minis intendi, quæ etiam  
anisi non revera erat pæna, tamen illis qui  
insaniebant in idola sua, pæna censebatur  
maxima. Nam procul dubio, Syri semel  
transportati, Nisroch pro Rimmone colere  
juebantur. Idem judicium ferimus de aliis  
locis & populis, ad quos Prophetarum mi-  
næ diriguntur. Nam dicitur *Numer. Cap.*  
*XXXIII. Com. 4. Deum exercuisse Judi-*  
*cia in Ægyptiorum Deos. Et Cap. II.*  
*Zephan. Com. 11. Deus dicit se emacia-*  
*turum omnes Deos Gentium.* Sed muta i-  
dola non erant capacia vel famis, vel ul-  
lius generis pænæ. Redundabat igitur do-  
lor ad eos, qui ea pro Numinibus ha-  
bebant.

§. XIX. In *Commat. 6. 7. 8. eadem*  
*minæ in Gazam, Aschdodum, As-*  
*calonem, & Ekronem, & reliquas Pelisch-*  
*thæorum urbes detorquentur: Atque eodem*  
*pacto explicandæ sunt. Nam partim per*  
*Judæos, partim per Nebuchadnetzarem; &*  
*subsequentes Reges adeo subsiderunt, ut*  
*tandem vilia plane oppidula evaserant. Pri-*  
*ma harum urbium est Gaza, contra quam va-*  
*riæ aliæ prophetiæ habentur, ut Jerem.*  
*Cap. XLVIII. Com. 1. & Zephan. Cap. II.*  
*Com. 5. & executio earum variis tempo-*  
*ribus, atque modis contigisse, legitur. Nam*  
*Hezekiam, II. Reg. Cap. XVIII. Com.*  
*6. percussit eam, saltem agros ejus.*  
*Jerem*

*Jerem.* Cap. XLVII. Com. 1. Pharaoh rursus eam percussit, & procul dubio Nebuchadnezar in expeditione sua Ægyptiaca eam pessundedit, si non pluribus ex incolis eam spoliaverit. Postea Persæ in theatrum Mundi venerunt, hi habuere illam pro urbe præsidario, eamque fortissimus Bastes fortissime defendit; sed captus tandem ab Alexandro, qui Princeps insanus, magis quam fortis dicendus est, crudelissime tractatus est. Quo tempore, omnes Gazenses in servitutem abducti sunt. Audi Arrianum Lib. II. extremo 'οι δέ Γαζαῖοι τῆς πόλεως σφισιν ἦδει ἐρχόμενης, &c. 'Gazenses, urbe jam ab hostibus occupata, conglobati nihilominus pugnabant, eoque ipso loco quo quisque constiterat, vitam pugnans amisit. Alexander, uxoribus eorum & liberis in servitutem reductis, coloniaeque ex finitimis in urbem deducta, ea tanquam præsidio ad bellum usus est. En illustrem demonstrationem Amosi nostri prophetiæ completæ! Nam si qui erant ex posteris tunc in Gaza eorum, qui in ea habitabant Amoso vaticinante, omnes vel trucidati, vel in servitutem reducti erant: Et proinde omni forma Reipublicæ spoliata est Civitas. Hieronymus in locis Hebraicis hæc habet. 'Gaza, civitas Evæorum, in qua habitavere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres autem erat terminus Cananæorum juxta

R. 3. Ægyptum,

' Ægyptum, ceciditque in sortem Tribus  
 ' Judæ : Sed eam tenere non potuit, quia  
 ' Enachim i. e. Gigantes fortissimi Allo-  
 ' phylorum restiterunt : & est usque hodie  
 ' insignis civitas Palæstinæ. Quæritur au-  
 ' tem quomodo in quodam Propheta dica-  
 ' tur ( sed in quo non dicit, utinam dix-  
 ' isset ) Gaza futura in tumulum sempiter-  
 ' num. Quod solvitur ita : antiquæ civita-  
 ' tis locum vix fundamentorum præbere  
 ' vestigia, hanc autem quæ nunc cernitur  
 ' in aliq loco, pro illa quæ corruit ædi-  
 ' ficatam. Sed ubicunque locorum ædificata  
 ' est; ista convenarum colluvies, nullo gra-  
 ' du consanguinitatis contingebat veteres Ga-  
 ' zenses. Erant tamen illi novi incolæ Ido-  
 ' latræ, non minus pervicaces, quam fue-  
 ' rant antiqui. De Dagone, nihilominus nul-  
 ' la deinceps, quantum ego novērū, mentio  
 ' in Gaza. In hac perviciā perseverarunt  
 ' usque ad quartam centuriam post *Christum*  
 ' *Natum*, cum triumphante ubique Christia-  
 ' nismo; Ecclesia ibi cum Pastoribus fundata  
 ' est. Antehac fuerat Ecclesia in Gaza, sed  
 ' sub magnis persecutionibus pressa est & pe-  
 ' ne oppressa. Vide Sozomenum Lib. V. Ca-  
 ' pit. 3. 9. & Lib. VII. Capit. 15.  
 ' 27. & Theodoretum Lib. III. *Eccle-*  
 ' *astica Historia* Cap. 6. & Hieronymum  
 ' Lib. VII. in *Esaiam*.

§. XX. Azotum sive Aschdod, paucos  
 annos

Annos post hanc Amosi Prophetiam Psammitichus cepit, Χαμμητιχος (inquit Herodotus Lib. II. Cap: 157.) δὲ ἐβασιλεύσεν Ἀιγυπτὸς τέσσαρα καὶ πενήκοντα ἔτη &c. Psammitichus vero in Ægypto quatuor et quinquaginta regnavit Annos: per quorum undetriginta magnam Syria urbem obsidens oppugnavit, donec cepit. Hæc est Azotos, quæ diutissimam inter omnes urbes (quas novimus) sustinuit obsidionem. De hujus Belli causis et circumstantiis, nil plane mihi constat: Sed plane cernimus Amosi Prophetiam complementum, suum, vel saltem aliquot gradus ejus accepisse. Eruditus Marshamus Pag. 506 Asarhaddon (inquit), Rex Babylonis per Tarbannem Ducem suum, Azotum urbem non ita pridem a Judæis eripuerat. Sed imo. nequaquam certum est, quis sit Sargon memoratus Esai Cap. XX. num sit Salmanassar, Sennacherib, Esarhaddon, vel alius quispiam. 2do, Non probabile est Judæos, circa ea Tempora potuisse retinere alienas Urbes, cum sine miraculo non potuerunt defendere suas. 3. Non videtur potuisse Esarhaddon invasisse longinquas urbes, et Regi potentissimo vicinas: Cum tot negotia domi satis difficilia haberet. Censuerim ergo Asshudum turbatis tum Judæorum, tum Assyriorum rebus, sese in libertatem vindicasse, et suis et vicinorum opibus Urbem ita munivisse, ut maxime diuturnam obsidionem tolerare-

raverit. Firmatur hæc Sententia inde, quod nullam opem ab ulla urbe ei allatam legimus. Hac pertinacissima obsidione redacta est Civitas, in miseram adeo conditionem, ut a *Jerem* Cap. XXV. Com. 20. vocetur *residuum* Aschdodi. Chaldæi non multo post has Reliquias subegerunt, et cum eis procul dubio reliqua oppida Philistæorum. Post non audimus multa de Azoto sive Aschdod, usque ad Tempus Jonathæ Hasmonæi, qui I. *Maccab.* Cap. X. Urbem cum Templo Dagonis combussit: atque ibi habemus funus Dagonis, nam nihil amplius de isto Terriculamento mihi innotuit. Indoluerunt Azotii jacturam Templi Dei sui, brevi tamen oblivioni traditus est, Philistæis admittentibus Idololatriam Græcanicam.

§. XXI Prophetia & hic Com. 9. & alibi Scripturarum complementum habuit per Nebuchadnezaretem, qui Tyrum obsidet 13. Annos, et tandem omnino sibi subegit, quod planum est ex Joseph *Antiq.* Lib. X. Cap. 11. & contra *Appionem* Lib. I. p. m. 1045 & 46. & hic miramur Hieronymi oscitantiam, qui in *Ezek.* Cap. XXVI. Sic scribit. *Gracas et Phenicum, maxime Nicolai Damasceni, et alios Barbarorum aiunt se qui huic Historiæ, contradicunt, Historias legisse, et nihil super oppugnatione a Chaldeis invenisse Tyriæ Civitatis, cum probare possimus multa dici in scripturis*

*turis facta, quæ in Græcis voluminibus non in-  
veniantur. Nec debere nos eorum Authoritati  
acquiescere, quorum Perfidiam et Mendacia  
detestamur. Sed hic bonus dormitat Home-  
rus. Certe Patrum doctissimus nunquam hæc  
scripsisset, si per Otium, et non ad frigidas Al-  
legorias suas festinans; vel unum Josephum  
in l. c. consulisset: Ubi gentilium His-  
toricorum Tyri cladem per Nebuchadnetza-  
rem memorantium abunde reperisset.  
Postquam capta est a Nebuchadnetzare,  
in paupere et contemnenda erat Conditio-  
tione, et ejus Reguli et Judices pende-  
bant a Babyloniis usque ad illius Urbis sub-  
versionem. Postea videtur extulisse Caput, at-  
que αὐτονομίαν recuperasse, eaque gavissimam fu-  
isse ad Tempora Alexandri M. a quo funditus  
deleta est. Tandem tamen Curtio Lib. IV.  
teste resurrexit sub Romanis, vel ut ille  
loquitur, *sub Tutela Romanæ Mansuetudinis  
acquiescit.* Quo declarat eam fuisse tributa-  
riam. A Romanis ad Saracenos, a Sarace-  
nis ad Turcas pervenit; et hodie nihil  
nisi rudera ejus cernuntur. Sed his vix  
opus erat, nam nullum ex antiquis Inco-  
lis Tyri Alexander reliquit.*

§. XXII. Sequens Prophetia Commat.  
11. 12. detonatur in Idumæam. Tota Pro-  
phetia Obadiæ, una cum aliis directæ est in  
eosdem Ecclesiæ Hostes. Notabile est  
Com. 16. hujus Obadiæ: *Nam quum bi-  
beritis*



bertis in monte Sanctitatis, mea, bibent omnes Gentes jugiter; bibent inquam, et absorbebunt, eruntque ac si non fuissent. Ut hujus Loci sensuseruatur: 1mo. Nemo mihi negabit Idumæos esse Objectum hujus Prophetiæ. 2do Igitur per τὸ omnes Gentes, in hoc et præcedente Com, intellegendos solummodo Idumæos, quoniam erant præ omnibus aliis Gentibus maxime malitiosi, et malevolentiam omnium Gentium contra Judæos in se concoctam et contractam habuerunt. Isti quamvis in Judæa subigenda, præ omnibus sedulam operam Chaldæis navarint; Tamen illis nequaquam Nebuchadnezzar perpercit, quod ex hac ipsa Obadia Prophetia, et Jerem. Capit. XXV & XLIX. constat. Babylonius igitur cum depopulatus fuisset Idumæos, eorumque urbes concremasset, videtur recessisse: nullis, aut paucis admodum ductis secum Captivis. Illi autem pauperes et non minus scelesti Judæi a Chaldæis sub cura Gedaliæ relictī, cum contra divinum Præceptum in Ægyptum fugissent: Omnes, vel plærīque eorum a Nebuchadnetzaris gladio trucidati sunt. Idumæi igitur aliquot post Annos, vel annuentibus Babiloniis, vel declinante eorum Imperio; australes partes Judææ, cultoribus vacuas occuparunt: easque aliquando cum tenuissent, reversis e Chaldæa Judæis, videntur inde pulsi ex Nebem. Cap. XI. Constat. 26, 27. Sed postea Judæis a Seleucidis

Seleucidis vel Lagidis afflicti et pene conculcati, erexerunt cristas Idumæi; et invaserunt Judæam, ut testatur Scriptor Lib. I. Maccab. Cap. V. Comat. 65 & 66. Deinde (inquit) procedens Jebuda et Fratres ejus ut oppugnarent Edumæos qui erant in Regione meridiana; percussit Ckebronem et villas illius: Et sublata munitione illius, postquam Turres illius incendit circumquaque, castra movit profecturus in Terram alienigenarum. Tandem Maccabæis in Palæstina, et Terra circumjacente prævalentibus, Joannes Hyrcanus Idumæos plane subegit. Hyrcanus (ait Josephus Lib. XIII. Cap. 17.) vero etiam urbes Idumææ cepit, Adora et Marissam, subjugatisque omnibus Idumæis, edixit, ut circumciderentur, nisi mallent e propriis pelli Sedi- bus. At illi Amore Patriæ admiserunt et Circumcisionem et reliquam juxta Judaicos Ritus vivendi. Formulam: atque ex eo primum Tempore inter Judeos censeri cepti sunt. Et tunc plenum complementum accepit Scriptura jam citata, nimirum Obad. Com. 16. Nam revera cum aliqua Gens, aut Populus, sive vi sive Fraude, absorbentur ab alio Populo, sunt ac si nunquam fuissent.

§. XXIII. Quæri potest, hic an recte Hircanus Idumæos ad Circumcisionem ad- egerit? Affirmat Salius ad annum Mun- di 3925. N. I. hoc argumento nixus, quod Deus totam Abrahami posteritatem ad eam obliga-

obligaverit. Sed consequentia nulla est, nam docti Interpretes, ut Augustinus de *Civitate Dei* Lib. XVI, Cap. 27. & contra Julianum: Rupertus, Vatablus apud Cornelium a Lapide in *Genes.* Cap. XVII. Et Jansenius excisionem qua puniri jubentur, qui non circumcisi erant, intelligunt de spirituali, non corporea pœna. At pone corpoream mortem intelligendam esse, prorsus tamen aliter sentiendum de tota Gente, quorum nec Avi nec Proavi ritu hocce initiati erant: atque de aliquo ex circumcisis Parentibus in media Ecclesia, qui Sacramentum illud contemneret. Quisquis porro iusta trutina expenderit *Numer.* Cap. VII, *Deuter* Capit. II. XXIII libens agnoscet nequaquam debuisse Israelitas aspere tractare fratres suos Idumæos. Patetque ex iisdem locis, Israelitas ut Fratres decebat sese erga Idumæos gessisse. Tandem cum Idumæi sævissimos hostes Israelitarum sese demonstrarent, David eos domuit; manseruntque sub ejus posteris magna ex parte usque ad Jehoramum. Nullus tamen horum Regum, quorum plures erant pii, imo Prophetæ, Idumæos ad circumcisionem admittendam compulit. Horum exemplum debuit imitari Hyrcanus; Nam vi & armis cogere homines ad sacra licet vera, est Hypocritas, non fideles facere. Hæc tamen methodus acquirendi Profelytas per placet Pontificiis, quibus unica cura est, ut magnam

magnam multitudinem sub Pontificem redigant, non ut veros Christianos faciant. Nunquam placuit Deo Religio vi obtrusa: Nescio, an non sit observatu dignum, quod quemadmodum Idumæi coacti sunt admittere Judaicam Religionem ita haud multo post coacti sunt Judæi, admittere Idumæum Regem. Idumæa, Moab, & Ammon, sæpius conjunctæ erant, & a Nebuchadnezare pene simul subactæ erant: postquam cladem nunquam plane emerferunt. Moab & Ammon rarissime in Exoticis Authoribus memorantur, primaria quidem urbs Ammonitarum nominatur a Polybio Παμβαταμωνα. Sed clarum est ex eodem Authore, eam sub vel Lagidarum, vel Seleucidarum, prouti alteruter prævaluit, proculcatam jacuisse.

§. XXIV. Sed revertantur ad Idumæum. Mox diximus Judæos coactos fuisse recipere Idumæum Regem, is erat Herodes. Ut Josephus Lib. XIV. Cap. 5. scribit: quem Romani Judææ aliarumque vicinarum Regionum Regem constituerunt. Vir erat fortis & magnificus & præ cunctis qui servilem trivere purpuram Romanis placuit. Inde fiebat ut Judæa a Romanis Scriptoribus sub Idumææ nomine veniret. Hinc Appianus Lib. V. de bello civili: *Reges aliquot appellavit (scil. Antonius) arbitrati suo, dumtaxat qui certum tributum penderent. Pontidarium*

*Darium Farnacis Filium Mithridatis Nepotem, Ἰδουμαίων δὲ καὶ Σαμαρειῶν Ἡποδῆν Idumæorum, Samaritorumque Herodem. Et Lucanus Lib. III. Gazaque et Arbusto palmarum dives Idume. Et Valerius Flaccus Lib. I.*

*—Versa proles tua pandet Idumæ  
Namque potest Solymo migrantem pulvere fratrem  
Spargentem faces & in omni turre furem.*

*Et Silius Italicus Lib. III*

*Palmiferumque senex bello domitabit Idumæ.*

Et Judææ a Romanis Authoribus Idumææ nomen inditum fuisse conjicio, quod Herodes Magnus, nec non Antipater qui Idumæi fuerunt, in magno prætio erant apud Romanos Præceres; eisque notissimi. Et profecto si qua Historicis fides, Herodes magnus fuit omnium Regum Romanis fervientium potentissimus, erat insuper ditissimus, & illis admodum utilis ut & aliquot ex ejus posteris: & admodum probabile est, etiamsi in Palestina se pro Judæis venditarent, apud Romanos tamen quibus Judæi præ omni populo tunc erant exosi; veras suas origines aperuisse. Par est porro credere, Poetas (nam omnes hic citati scripserunt post Herodem magnum) adulatos fuisse Herodis posteris, & pro Judæa Idumæam scripsisse. Cæterum occiso Antigono Æmulo, Herodes tandem secure regnavit, atque servili Sceptro gavisus est.

§. XXV. Atque tunc temporis, si plerisque

que antiquorum credamus, discessit Scept-  
trum, a Juda, quoniam alienigena fuit He-  
rodes. Sed ratio non sufficit alioquin vi-  
ginti sex septemve annos antea discessisset  
cum alienigenæ, Romani nimirum, Juda-  
icæ Reipublicæ Domini esse inceperint:  
cumque antiquioribus temporibus Chaldæi,  
Persæ, & Græci, Judæis dominati sunt,  
sensus igitur ni fallor, celeberrimi vaticini  
est, usque dum venerit Schilo; sive Mes-  
sias, Judæis, sive tribui Judæ, ut ab aliis  
Tribubus & Gentibus sejunctæ & distinc-  
tæ fore quandam Reipublicæ & Politicæ  
formam, & Regimen. Hæc glossa ut confi-  
do, omnes objectionum nebulas abunde dis-  
sipat. Nam si dicant tempore Babylonici  
servitutis nihil tale extitisse; regeri-  
mus hanc nisi paucos durasse annos, atque  
interim Prophetas Gentem refocillasse, nun-  
ciando ex ista calamitate eam brevi emer-  
suram. Si pergant, dicendo nomine Scep-  
tri intelligendum esse tale Regnum, quod  
non subditum est alii. Responsio in prom-  
ptu est, non ita semper sumi Sceptri vel  
Regis nomen in S. Literis, ad iis I. Reg.  
Cap. XX. Com. 1. & 24. vox est 𐤀𐤁𐤁𐤀  
quem quæso latet frequenter per Orientem  
auditum fuisse Rex Regum, immo in ip-  
sa Judæa, Jehojacim & Zedekia ambo Re-  
ges erant, Regi tamen Nebuchadnetzari  
parebant. Persuasi sumus igitur Jacobæam  
Prophetiam, nunquam accepisse ultimum  
complementum

complementum, donec Hierosolyma per Titum solo æquata fuit.

§. XXVI. Sub finem Regni istius Herodis, incidit salutaris partus Sospitatoris nostri, suavissimi JESU CHRISTI. Hunc Tyrannus ad necem quæsitit atque omnes infantes Bethlehemiticas trucidavit, ut eum eorum ruina involveret: Quemadmodum habet Evangelista. Historiam hanc tangit Macrobius *Saturnal. Lib. II Cap. 4. quod est de jocis Augusti*, his verbis. Cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait melius est Herodis porcum esse quam filium. Pro suspecta habet hanc historiam doctissimus Whitbæus in Cap. II. *Matth.* ' Quia Antipater non poterat occidi Bethleemæ inter pueros. Verum quidem hoc est, sed sequela nulla. ' Porro ( inquit ) Augustus permiserat Herodi interficere Antipatrum, si videretur, & proinde non potuit in eum itaolari. Sed profecto hæc sunt Viri docto indigna: Nam dicit Macrobius illum Herodis filium qui occisus fuerat inter pueros Bethlehemiticos fuisse, Antipatrum, non dicit, non quidem innuit. Quinimo haud obscure innuit, Filium illum Herodis, Puerum, non Virum ut erat Antipater, fuisse. Atque non abhorret a ratione, quempiam Herodis Filium infantem, missum cum nutrice

trice in rura Bethlehemitica salubrioris æ-  
ris gratia; atque ibi occisum inter alios  
cœtantæos, nam novem uxores teste Jose-  
pho habuit; quarum quasdam citius quas-  
dam ferius duxerat. Atque insuper ut cre-  
di par est, non paucas concubinas: Proba-  
bile proinde est nescivisse Regem filium  
suum ibi nutriri, atque misisse milites cum  
mandatis occultissimis, ut secure atque ce-  
lerrime cædes perpetraretur; ne quis par-  
vulorum subtraherentur infanticidarum ma-  
nibus. Hæc, inquam, si perpendamus, nihil  
est in re tota absurdi, nihil non verisimile.  
Sed finge Macrobius, de Antipatro loqui  
falsum est tamen ratiocinium Whitbæanum.  
Nam quamvis permiserit Augustus Hero-  
di, ut de Antipatro statueret pro arbitrio  
apposite tamen in eum sive vivum sive  
mortuum, jacere potuit hoc scomma, re-  
putans infelicitatem, non modo Antipatri  
sed & aliorum duorum Alexandri & Ari-  
stobuli, quos Herodes severissime si non  
crudelissime tractavit: cum Augustus eum  
æquid & lenius cum eis acturum spera-  
verat, imo injunxerat.

§, XXVII. Sunt qui duas historias a Macrobio confundi putant, viz. cædes Bethlehemiticorum; infantium, atque Antipatri: atque hanc historiam cædis infantium esse nimis ignobilem, quæ ad Augusti aures perveniret. Sed si quod jam ostensum est, non  
S. . . . . absurdum



absurdum sit credere, quod Herodes unus ex filiis suis inter Bethleemiticos pueros nutritum habuerit, atque is puer, incerto ut probabile est Herode inter alios occisus sit: Tunc nullum est harum tricarum fundamentum. Atque historia erat satis observatu digna, & proinde ad Imperatorem facillime poterat pervenire. Suspiciantur quoque quidam Macrobius fuisse Christianum, sed nullum signum istius rei in ejus operibus comperio; sed satis multa indicia Paganicæ Religionis. Pro certo porro statuo totum illud caput, *de jocis Augusti*, transcripsisse Macrobius ab alio Ethnico Scriptore Augusto coætaneo, vel suppari, qui hæc joca inter alia Clarissimi Imperatoris facta, & dicta, literis mandaverat.

§. XXVIII. Invadamus jam arcem causæ & fundamentum omnium quæ contra Macrobius, vel verius Augusti testimonium moventur; Silentium nimirum Josephi. *Quis existimaret Josephum (pergit Whitbæus) qui nobis reliquit tot exempla aliorum Herodis flagitiorum, durante hoc agnitudo ipsius tempore, nimirum Judæ & Matthiæ concrementationis &c. neglectarum nihilominus infantium hanc eadem enarrare? Sed Responsio me arbitro facilis est: Nam Josephus quamvis Historiographus præstantissimus, aliquando tamen lapsus habet non leves. & inter alios defectus hunc habet, quod sæpenum-*

ro filuerit, cum loqui debuit non enim meminit Judæorum expulsionis tempore Claudii, cujus & Lucas meminit *Actor. XVIII. Com. 2.* & Suetonius in *Claudio Cap. XXV* Non meminit Josephus insignium pænarum, & mortis Flacci Judæorum hostis acerrimi quæ a Philone facunde & prolixe referuntur. Denique non meminit Pontii Pilati alius Judæorum oppressoris sævissimi, calamitatum, & suicidii; quæ tamen ipsos profanos ejus sæculi Scriptores non latuerunt: ut testatur Eusebius *Histor. Eccles. Lib. II. Cap. 7.* Ἰσορευστὶν ( inquit ) Ἑλλήνων οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς κατὰ χρόνους πεπραγμένοις ἀναγράψαντες &c. Neque vero illud praterendum est, Pilatum ipsum qui Servatorem nostrum morti addixit, postmodum imperante Cajo, cujus nunc tempora prosequimur in tantas incidisse calamitates ut mortem sibi consciscere, suorumque ipse scelerum vindex esse coactus fuerit: divina scilicet justitia in illum ut par erat, sæviante. Idque a Græcis Scriptoribus proditum est, qui Olympiadum seriem & quæ quibusque temporibus gesta sunt, conscripserunt. Et in Chronico Num MMLV. Pontius Pilatus incidens in multas calamitates propria se manu interfecit. Ut scribunt Romanorum historici. Cernimus igitur Macrobiani, vel verius Augusti verba, conficere luculentum documentum Herodis infanticidii, non obstantibus eis quæ ad illud obscurandum adducuntur.

§. XXIX. Jam Christo nato & exhibito, Judaica Ecclesia sicut Foedus legale senescebat, & prope erat ut, evanesceret; & haud multo post in excidio scilicet Hierosolymitano, per Titum omnino evanuit: Et ultimum complementum accepit Prophecia illa *Amosi Propter tres transgressiones Judæ, & illa Ijai. LXV. Interficiet te Dominus Jehova; servis vero suis indet nomen aliud.* Nam quamvis densæ Judæorum cætervæ existant per Terras, nec unquam cessarunt: cessarunt tamen esse Dei סגולה λῶς περιουσίας *Peculium*; Non tamen defecit Deo Ecclesia; Nam insevit Gentes in eorum locum & radicem, & nunquam eradicabuntur; licet propter Flagitia variorum topicæ defectiones contingere possunt. Nam de Ecclesia primum ex Judæis, deinde ex Gentibus conflato, non de Judæis solis *Jerem. Cap. XXX. Com. 11.* loqui certo certius est. Nam omnes Gentes, omnes Civitates, qui olim erant vicinæ Ecclesię, sive Judaicę, sive Christianę, eamque olim vexarunt, nunc extirpati sunt funditus: eorumque memoria prorsus perijt. *Ægyptus* inter primas Gentes gravissime afflixit Ecclesiam Dei; Sed ita isti extirpati sunt, ut nullus sit hodie, nec quidem fuit per multorum annorum centurias, qui gloriatur majores suos. Israelitas sub servitute tenuisse: vel sese ab illis antiquis *Ægyptiis* prognatum proare possit. Vel etiam

amfi

amfi possit, cælaret ut rem propudiosam. Quis est qui hodie jactet sese cultorem esse Apidis, Osiridis, Ifidis, Mneuis? Nam & Ægyptus, & reliquæ Regionēs quæ circa Israelitidem sunt, fatentur omnes unum esse Deum, nec per Idola sive Imagines colendum. Et hæcenus revera amplectuntur veterem Judaicam Religionem: Crimen eorum consistit in eo, quod rejecto æterno verbo Dei, imposturaset abominationes Mahometicas deglutierunt. Quis hodie profitetur se cultorem Dagonis, & Beelzebub. *μυαν* Josephus vocat, Herculis Tyrii, vel Coze Idumæorum; Cemosi Ammonitarum, Rimmonis Syrorum, aut cæterorum id genus Idolorum? Vel quis hodie est, qui sese ex istis populis oriundum affirmet?

§. XXX. Ingens & præ cæteris gravis oppressor Judæorum erat populus Assyrius, cujus primaria urbs erat Ninive. Sed dudum est ex quo poteris quærere Niniven in ipsa Ninive. Jam nec invenies Niniven, nec Nisroch, Deum Ninives, gravissimas quoque calamitates intulit Babylon Sioni, superbissima quondam, & si qua alia urbs magnificentissima. Jam propemodum usurpari potest de ea, quod Florus de Veiis. *Hoc tunc Veientes fuere; nunc fuisse quis meminit? quæ reliquæ? quodve restigium? laborat annalium Fides, ut Veios fuisse credamus.* Hoc dico non minus potest usurpari de Babylone, quam de Vejis vide

*Ifai.* Capit. XIII. XIV. . XLVI. & XLVII & *Jerem.* L. LI. & alibi passim Scripturarum. Defessæ Bestiæ dudum liberati sunt onere; ipsi Bel & Nebo in captivitatem abiverunt. Chaldæis succedere Persæ, mitiores erant quidam eorum Reges erga Ecclesiam Dei, alii tamen satis asperi. Sublato autem Persarum Imperio occuparunt locum eorum Macedones, qui Ecclesiam acerbissime afflixerunt. His sublatis, per Romanos Ecclesiæ conditio non lætior erat, nam sub Romanorum Jugo gravissime omnium gemuit; & in misera hac servitute relictæ Judæi, propter sua flagitia permansit ad ultimum Spiritum. Nec minus aspere tractarunt Romani Christianam Ecclesiam, Judaicæ succenturiatam. Sed Deus misertus Ecclesiæ suæ, Romam Ethnicam penitus sustulit, nunquam in æternum resurrecturam. Ubi quæso nunc colitur Jupiter? Ubi adoratur Apollo, Mars, Venus, Vulcanus? vel cetera ejusmodi. Idola dudum perierunt, quoniam nihil existentiae habuerunt, nisi in miserorum mortalium mentibus. Romanum autem Imperium dividi potest in tres periodos; Prima periodus imperii erat Ethnici, quod cecidit. 2da Erat Christiani, quod duravit per breve tempus. 3tia Antichristiani seu Papalis, quod diutissime persecutum est Ecclesiam Dei, & persequitur adhuc. Sed certissima spes fundatur in verbo Dei, Idola Romæ Antichristianæ ru-  
itura,

itura, non minus quam ruerunt ter-  
menta Romæ Ethnicæ. Nam confer Scrip-  
turas cum Papatu, & comperies ea adeo si-  
bi invicem contraria, atque lucem & te-  
nebras; Quanquam ergo Ecclesiam horrend-  
um in modum vexarunt, & vexant ad-  
huc, non tamen prævalebunt; sed erunt tan-  
quam fœnum tectorum, quia validus est  
Dominus qui damnabit mysticam Babylo-  
nem.

## C A P. XII.

*De Ægypti immensis Antiquitatibus, quas fin-  
gunt.*

§. I. **S**ED Ægyptus nos revocat, Regnum  
antiquissimum; quis dubitat? Sed  
dum se nimium jactat falsis et fictis An-  
tiquitatibus, ammittit laudem, quam alioquin  
haberet ex veris. Et profecto ab antiquis-  
simis Temporibus hoc vanitate infecti erant:  
dicebat enim ipso *Isaia* Tempore Purpura-  
torum quisque Pharaoni, se esse מלך  
קדמון *Filium Regum antiquissimorum*. Eadem  
jactantia descendit ad posteros, eosque tenuit,  
dum aliqua Forma vel nomine Reipublicæ  
gauderent: Hinc est quod nullus Ægyptius  
de Patria sua vel scriberet, vel loqueretur, quin  
imensas antiquitates ipsis vendicaret. Φασὶ  
τοῖνυν Αἰγυπτῖοι (inquit Diodorus Lib. I.  
pag. 6.) κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ἑλλων γέ-  
νησιν

νεσιν πρώτους ανθρώπους γενεσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον διὰ τε τὴν ευκρασίαν τῆς χώρας, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ Νείλου. *Sub primas, ergo rerum omnium ortus, primos in Ægypto homines provenisse Ægyptii memorant, idque tum ob benignam regionis temperiem, tum naturam Nili. Ubi observandum est Ægyptios, ex nullis Literarum monumentis, nullo traditione majorum, suam Antiquitatem demonstrare; sed ex regionis temperie, et Nili natura, quod quam frivolum sit Argumentum, latet neminem.*

§. II. Eorum autem vicini, par pari referunt; Nec minorem Antiquitatem jactant. Αἰθίοψας τοίνυν (inquit Diodorus Lib. III. pag 100) ἰσορουσί πρώτους ἀνθρώπων ἄπαντων γεγενῆσθαι ἢ τὰς ἀποδείξεις τούτων εὐφρανεῖς εἶναι &c. Æthiopes univerſorum mortalium primos exstitisse; ac manifestas hujus rei demonstrationes esse, perhibent. Nam indigenas esse, non advenas, ideoque merito Autochthones nominari, omnium consensu probatur. Quod autem meridianam habitantes plagam credibile sit, primos a Terra in vitales auras progenitos fuisse, cunctis est perspicuum. Namque cum Solis Calor terram prius humidam exsiccaret, eique in primo rerum ortu vitam impertiret, consentaneum esse dicunt, locum Soli proximum primum naturas animatas produxisse. Apud se omnium primos Deum cultus, sacrificiorum

crificiorum pompas et conventus solennes, & alia, quæ numinis honori impendunt mortales, inventa tradunt. Hinc tam celebrem apud omnes ubique homines ipsorum esse pietatem; Æthiopumque sacra omnium gratissima esse numini existimari. In testimonium hujus rei adducunt omnium fere antiquis. et in summa auctoritate habitum apud Græcos Poëtam, qui in Iliade Jovem, reliquosque una Deos in Æthiopiam ad sacrum amiversarium & commune Epulum, apud Æthiopes sibi adornatum; proficiscentes, introducit.

*Jupiter Æthiopes besterna luce revisit  
Accedens epulum, cunctique ex ordine Divi.*

Et manifesta pietatis illis præmia divinitus retribui asserunt, eo quod nunquam externum fuerint experti Dominatum: sed in perpetuæ Libertatis possessione, mutuæque concordiae nexu permanserint. Licet multi, iique potentissimi in ipsos expeditiones fecerint, quorum nemini tamen conatus prospere successerit. Cambysem enim, validiss: eos Copiis adortum, & Exercitum amisisse, & ipsum vitæ & salutis periculum incurrisse. Semiramidem, & consilii magnitudine & rerum gestarum fama celebrem, ad exiguum Æthiopiæ tractum progressam, omnem expugnandæ Gentis spem confestim

ab



‘ abjecisse. Herculem porro & Bacchum  
 ‘ peragrato terrarum orbe toto, solos Æthi-  
 ‘ opes bello non invasisse, tum pietate homi-  
 ‘ num illorum, tum cōnatuum difficultate,  
 ‘ absterritos. Ægyptios suam quoque Co-  
 ‘ loniam esse affirmant, ab Osiride deductam,  
 ‘ Imo Ægyptum, quæ nunc est, non con-  
 ‘ tinentis partem, sed mare a prima mundi  
 ‘ constitutione fuisse: quæ a Nylo postmo-  
 ‘ dum ex Æthiopia limum per inundatio-  
 ‘ nis Tempus deferente, ita paulatim sit ag-  
 ‘ gesta. Quod vero fluminis aggestu ex-  
 ‘ stiterit ea tellus, evidentissimis circa osti-  
 ‘ is signis deprehendi. Nam unoquoque  
 ‘ semper Anno novi accumulatione cæni  
 ‘ ad exitus fluvii mare excludi, et terra ac-  
 ‘ crementum capere videtur. Adhæc ple-  
 ‘ rasque Egyptiorum leges Æthiopicas esse,  
 ‘ quod coloniarum majorum instituta adhuc  
 ‘ servant. • Quod enim Reges pro Diis  
 ‘ habeant, & multum Sepulturis studii im-  
 ‘ pendant, aliaque id genus ex more agant;  
 ‘ id e Disciplina Æthiopum traductum esse.  
 ‘ A quibus etiam statuarum effigies et li-  
 ‘ terarum formæ sint acceptæ. Cum enim  
 ‘ suæ Ægyptiis sint literæ, ab omnibus pro-  
 ‘ miscue disci quas vulgares appellant:  
 ‘ sacras autem quas nominant a sacerdoti-  
 ‘ bus tantum, secreta Parentum disciplina  
 ‘ traditas cognosci; quibus tamen omnes in-  
 ‘ discriminatim Æthiopes utantur. Sacer-  
 ‘ dotum quoque collegia eundem utrobique  
 ordinem

ordinem habere. Quotquot enim cultui  
 Deorum conferati sunt, eos puritati ac  
 sanctimonix deditos esse, eodemque modo  
 rasos et similibus amictos stolis; sceptri  
 præterea formam aratri similitudinem re-  
 ferre. Quod etiam Reges ipsorum gestent,  
 cum pileis oblongis; quorum apex umbi-  
 licum habeat, et serpentium, quos aspides  
 vocant, spiras circumvolutas. Quibus  
 insignibus indicari videtur; eos, qui Re-  
 gem insidiis appetunt, morsibus lethiferis  
 obnoxios esse. multa etiam alia de sua ve-  
 rustate & colonia in Ægyptum expedita o-  
 lim repetunt, de quibus hic scribere non  
 necessum est. Hæc Æthiopes. Sed his om-  
 nibus contraria Ægyptii asserebant

§. III. Jam ut rem paucis expediamus:  
 Sciendum duplices fuisse Æthiopes, Asi-  
 aticos scilicet & Africanos, segregante eos ab  
 invicem longissima illa lingua maris, quæ  
 a vasto mari australi, ad Idumæam usque  
 porrigitur. Duplicium Æthiopum memi-  
 nit Herodotus, in *Polymnia* Capit: 69. 70.

Τῶν μὲν δὴ ὑπὲρ Αἰγυπτῶν Αἰθιοπῶν ἢ Ἀρα-  
 βίων ἤρχε Αἰθίοπες. Οἱ δὲ ἄπ' ἡλίου ἀνατολ-  
 εῶν Αἰθιοπῆς ( διζοῖ γὰρ δὴ ἐστρατὺς εὐόντο )  
 προστετάχατω τοῖσι Ἰνδοῖσι. *Arsunes qui-*  
*dem Æthiopes qui sunt super Aegyptum, at-*  
*que Arabibus præerat. Si autem Æthiopes*  
*qui sunt ab ortu solis ( nam duplices milita-*  
*bant*

bant) accensebantur Indis Idem observavit Homerus Odyss. α Lin 22, &c.

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθιοπας μετεκίχθε τηλοθ' ἔοντας  
(Αἰθιοπας τοὶ διχθὰ δεδαϊάται ἔσχατοὶ ἀνδρῶν  
Οἱ δυσόμενοι Ὑπερίονος, εἰ ἀμικτονος

*Sed ille quidem Æthiopus accesserat longe semo-*  
(tos,  
*Æthiopus qui bisariam divisi sunt, ultimi*  
(hominum  
*Alii quidem occidentalis Solis, alii vero orient-*  
(talīs.

Scripturæ Hæbraicæ constanter nominat eos כּוּשׁ et eorum Terram כּוּשׁ *Cush*. Quæ vox significat aliquid atrum, aut fuscum, et hoc inde evincitur, quod οἱ LXX. semper το Αἰθιοπια vel Αἰθιοπες eam reddant: Nam plerique Populi australes isto colore tincti sunt. Jam mixtæ Tribus cum semel replessent vastum tractum, inter Sinum Arabicum, et Persicum, angustias Maris transmeantes, eas terras qui supra Ægyptum sunt occupantes, occidentales Æthiopes progenuerunt & proinde potuerunt mittere colonos in Pathros, seu superiorem Ægyptum, priusquam Mitzraimi posteri inferiorem impleverint. Porro cum orientalium Æthiopum, seu Arabum, Antiquitas, procul dubio, non minor erat quam illa Ægyptiorum; occidentales Æthiopes cum oriundi essent ab oriente-

orientalibus, eorum origines ut probabile est, sibi vendicarunt. Sed de eis antiquissimis Æthiopum rebus, abunde hæcenus.

§. IV. Sed jam convertamus nos ad Boream, ubi cernemus concertationem omnino lepidam, inter Ægyptios & Scythas, de suis originibus, & antiquitate; habetur apud Justinum Lib. II. Cap. i. Scytharum ( inquit ille ) gens antiquissima semper habitata: quanquam inter Scythas & Ægyptios diu contentio de generis vetustate fuerit: Ægyptiis prædicantibus, initio rerum, cum alia terra nimio fervore solis arderent, alia rigerent frigoris immanitate, ita ut non modo prima generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent, priusquam adversus calorem vel frigus velamenta Corporis invenirentur, vel locorum vitia quasitis arte remediis molirentur: Ægyptum ita temperatam semper fuisse, ut neque hyberna frigora, nec æstivi solis ardore incolas ejus premerent: solum ita secundum, ut alimentorum in usum hominum nulla Terra feracior fuerit. Fure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent. Contra, Scythæ calî temperamentum, nullum esse vetustatis Argumentum putabant: Quippe Naturam, cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam, animalia quoque generasse: sed & arborum atque frugum, pro regionum conditione, apte Genera variata. Et quant.

quanto Scythis sit Calum asperius quam Ægyptiis, tanto et corpora & ingenia esse duriora. Caterum si mundi, quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit; siue illuvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis, qui & Mundum genuit, cuncta possedit, utriusque primordii Scythas Origine præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus, sedem terris dedit; nullam priusquam septentrionalem partem, hyemis rigore ab Igne secretam: adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus. Ægyptum vero, et totum Orientem, tardissime temperatum: Quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exesuet. Quod si omnes quondam terra submersa profundo fuerunt; profecto editissimam quamque partem decurrentibus Aquis primum detectam; humillimo autem solo eandem Aquam diutissime immorata: & quanto prior quaque pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare cepisse. Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata, in Maotin, tum deinde in Ponticum et Ægyptium Mare decurrant. Ægyptum autem quæ tot Regum, tot seculorum cura impensa que munita, sit, & aduersum vim incurrentium Aquarum tantis structa molibus, tot fossas conscissa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aqua nihilominus coli, nisi excluso Nilo, non potuerit, non posse videri hominum vetustate ultimam, quæ, siue ex aggerationibus Regum, siue Nili trabentis limum, terrarum recentissima videatur.

*tur. His igitur Argumentis superatis Ægyptiis, antiquiores semper Scythæ visi. Ex his apparet luculenter, Ægyptios in hac colluctatione nullis usos annalibus nullis Literarum monumentis, sed ridiculis quibusdam hariolationibus, & ratiunculis, quas Scythæ nullo negotio refutarunt. Nullane rogabis habuerunt Ægyptii literarum monumenta? Respondeo non obstante tumida Ægyptiorum jactatione de sua profunda doctrina, atque sapientia, literas tamen ab eis non primum inventas fuisse, sed aliunde inventas: ut testantur Lucanus, Curtius, & Plinius, supra allegati. Ægyptii perhibent, ut scribit Diodorus Lib. I. et Tacitus Lib. XI. Annalium Cap. 14. Literas a se inventas: sed hoc aliis Gentibus, nunquam persuaserunt. Josephus Lib. I. *Antiq.* Cap. 3. Videtur Setho, si non Adamo, harum inventionem adscripsisse. Et revera omnino verisimile est, hanc nobilissimam artem, ante diluvium, vel ab humana sapientia inventam, vel cœlitus quibusdam infusam; nam non solum Moses de eis scribit, ut re jam inventa & vulgo nota: sed a Jobo qui ob suam longævitatē, ante Abrahamum floruisse videtur: Memorantur quoque ut vulgo notæ, quod patet ex ejus verbis Cap. XIX. Com. 23. *O si quis daret, ut scriberentur sermones mei, &c.* Et ut gratis inventionem literarum, suam esse asseriebant Ægyptii; falso pariter jactabant suas antiquitates fuisse*

ui fse primas, & se cunctis Gentibus in his antecellere.

§. V. Herodotus primus est, qui aliquid instar historiæ nobis de Ægyptiis reliquit præter Scriptores Sacros, atque Homerum. Sed quæ de illis habet, sunt, vel nescio quæ fragmenta mutila, hiulca vel meræ nugæ. In ipso initio Lib. II. ubi narrare proponit historiam Ægyptiacam, hæc habet. Οἱ δὲ Αἰγυπτίοι (inquit) πρῶτον μὲν ἢ ψαμμήτιχος σφῆων βασιλευσαι, ἐνομίζον. ἑωυτῶν πρῶτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων &c. *Ægyptii autem, priusquam apud eos regnasset Psammetichus, omnium hominum se primos extitisse arbitrabantur: Verum Psammeticho regnum adepto, quem incessit cupido noscendi quinam primi hominum extitissent, ex eo tempore putaverunt Phrygas quam se priores extitisse, se vero quam ceteros. Enimvero Psammetichus, quum scissitando quinam primi hominum extitissent, nullam viam hujus cura invenire posset, hujusmodi rem machinatur: Puerulos duos ex humilibus parentibus recens natos, tradit pastori inter pecora nutriendos hunc in modum: jubens nihil coram eis vocem ullam edere, sed in deserta casa ambos seorsim locari, eisdemque suo tempore capras adducere: Ubi autem lacte expleti forent, alia administrare. Hæc ideo faciebat jubebatque Psammetichus, quod quæ vox prima ex his puerulis erumperet: ubi inarticulate vagiri desissent, audire cuperet: prout et contigit nam*  
timatus

bimatus exatō tempore, pastori qui hæc admittit, aperienti ianuam atque intranti, ambo pueruli porrectis manibus allabentes, **BECOS** clamabant. Quod primo audiens pastor obtulit: Quum vero crebrius adcunt & curanti idem verbum frequentaretur, ita demum re Domino indicata, iussus ab eo, puerulos attulit exhibuitque. Quos quum & ipse Psammëtichus audisset, percontabatur quinam homines **BECOS** quippiam appellarent. Hæc percontans compertit Phrygas panem appellare. Tali modo quum rem ponderavissent, Ægyptii Phrygas se vetustiores esse concesserunt. Sed quis credet Ægyptios, vanissima natalium suorum opinione adeo inflatos, tam facile Phrygibus, vel ulli genti cessisse, idque ob argumentum nihili: Quare pene cogor sentire Herodotum deceptum ab Ionibus, vel Phrygibus; nam multi Græci Asiatici habitarunt in Ægypto, dum ibi Herodotus conversaretur, ille non calluit Ægyptiacam linguam, isti velificantes honori suorum, mille mendaciorum cudere parati erant.

§. VI. Sed pergamus cum Herodoto, satis grandem numerum annorum dicit fuisse, ex quo Ægyptus Reges habuerat, sed nullas pene res in eis gestas commemorat, & plurimos Reges in ea fuisse scribit, paucissimos tamen ex eis nominat. Ἀλλὰ τις ἀρχαῖος (inquit Cap. 43.) ἐστὶ θεὸς Ἀλγυπτίοισι Ἡράκλειος. ὡς δὲ αὐτῶι λέγουσι ἑταῖροι

T.

est



'εσι 'επτακισ'χίλια ἢ μυρία 'εξ Αμασιν Βασί-  
 λευσαντα, 'επει τὲ 'εκ των οκτώ θεῶν δι Διὶ  
 δεκα θεοί εγενοντο, των Η'ρακλεα ενα νομιζου-  
 σι. 'Atque vetustus quidam est Deus apud  
 ' Ægyptios Hercules, & ( ut ipsi aiunt ) sep-  
 ' tem & decem annorum millia sunt ad Ama-  
 ' sim Regem, ex quo duodecim Dii ex octo  
 ' Diis exsisterunt, quorum Herculem unum  
 ' arbitrantur. Et Cap. 100. cum dixisset Mi-  
 nem primum regnasse in Ægypto postea  
 subdit. Μετὰ δὲ τῶτον, κατελέγον οἱ ἱερεῖς 'εκ  
 Βυβλου ἄλλων Βασιλέων τριηκοτίων τε ἢ τρι-  
 ηκονταβιοματα &c. 'Post hunc recensabant  
 ' ex libro Sacerdotes nominatim alios trecen-  
 ' tos ac triginta Reges. In quibus tot ætati-  
 ' bus hominum, octo & decem fuissent Æthi-  
 ' opes, & una mulier indigena; cæteri Viri  
 ' Ægyptii. Et Cap. 142. Εἰς μὲν τοσονδε τε  
 λόγῳ Αἰγύπτιοι τε ἢ οἱ ἱερεῖς 'λεγον &c.  
 ' Ad hunc usque narrationis locum & Æ-  
 ' gyptii & Sacerdotes referebant, demon-  
 ' strantes a primo Rege ad Vulcani Sacer-  
 ' dotem hunc qui postremus regnavit, ge-  
 ' nerationes vel ætates hominum fuisse tre-  
 ' centas quadraginta unam, & totidem in-  
 ' terea Sacerdotes maximos totidemque Re-  
 ' ges Trecentæ autem generationes de-  
 ' cem millia annorum æquant. Nam tres  
 ' Virorum generationes, centum anni sunt,  
 ' una & quadraginta, quæ reliquæ sunt ul-  
 ' tra trecentas, sunt anni mille trecenti qua-  
 ' draginta. Ita intra undecim millia trecen-  
 tosque

‘ totque & quadraginta annos, negabant  
 ‘ ullum Deum forma humana extitisse. Op-  
 time sane, tot Reges quot Sacerdotes, in  
 tanto annorum tractu, quis credet. Por-  
 ro Cap. 145 dicunt Ægyptii a Libero  
 seu Baccho, licet Deorum minimo, sup-  
 putari ad Amasin, quindecim millia annorum

§. VII: Et Diodorus Lib. I. pag. 13.  
 εἶναι δὲ ( inquit ) ἐτη φασὶν ἀπὸ Οὐσιρίδος  
 ἕως τῆς Ἀλεξάνδρου Βασιλείας &c.  
 ‘ Annos ab Ofiride & Ifide ad Alexandri qu-  
 ‘ nominis sui in Ægypto urbem condidit, reg-  
 ‘ num, annos numerant plus decies mille, vel  
 ‘ ut nonnulli scribunt, paulo minus ter &  
 ‘ vicies mille Et pag. 15. Οἱ δὲ ἱερεῖς τῶν  
 Αἰγυπτίων τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἡλίου Βασι-  
 λείας συλλογίζομενοι, &c. ‘ Atque Sacerdotes  
 ‘ Ægyptiorum facta supputatione temporum  
 ‘ a Regno Solis ad Alexandri transitum in  
 ‘ Asiam, Annorum XXIII millia circiter  
 ‘ colligunt. Fabulantur præterea Deorum  
 ‘ antiquiss: MCC. & posteriores non in-  
 ‘ fra CCC. annos, regnasse. Cum autem fi-  
 ‘ dem excedat ista annorum multitudo,  
 ‘ nonnulli affirmare non verentur, quod  
 ‘ olim Solis motu nondum cognito,  
 ‘ annus ad Lunæ circuitum descriptus fu-  
 ‘ erit. Et ob id cum anni sint tricentorum  
 ‘ dierum non potuisse omnino non fieri, ut  
 ‘ aliqui M. annos viverent: quandoqui-  
 ‘ dem nunc etiam, cum anni duodenis men-  
 T. 2. sibus

' fibus consent, non paucis ultra centum vi-  
 ' ta protrahatur. Consimilia etiam de illi  
 ' dicunt, qui CCC annos regnasse viden-  
 ' tur. Illorum enim ætate annum quatuor  
 ' mensibus absolutum dicunt, quot singulæ  
 ' annis solaris partes continent, ver scili-  
 ' cet, æstas & hyems. Et pag. 28. μυθολο-  
 γουσι δὲ αὐτῶν τινες τὸ μὲν πρῶτον ἀρξαι τῆς  
 Αἰγυπτου θεοῦς τὴν ἡρώας &c. ' Impera-  
 ' runt ( ut quidam ex ipsis fabulantur ) I-  
 ' nitio in Ægypto Dii & Heroes, annos  
 ' paulo minus octies & decies mille, ulti-  
 ' musque Rex fuit Horus, Iside natus. Ab  
 ' hominibus autem Regnum per quindecim  
 ' fere millia annorum gubernatum, ad cen-  
 ' tesimam usque Olympiadem. Sed altio-  
 ' res adhuc antiquitates vendicantur Ægyp-  
 ' tiis. Nam teste Cicerone Lib. I. de *Di-*  
*vinatione, eandem artem, scilicet astrologiam,*  
*Ægyptii longinquitate temporum innumerabili-*  
*bus seculis consecuti putantur.* Et Macrobius  
 in *Somnium Scipionis* Lib. II. Cap. 10 Unde  
 ( inquit ) & *infinita annorum millia in solis*  
*Ægyptiorum monumentis librisque releguntur.*

§. VIII. Quæres quo fine has mendacio-  
 rum sarcinas Ægyptii confinxerint? Res-  
 pondetur Ægyptios & Chaldæos fuisse an-  
 tiquissimas Gentes, quæ de antiquitate sua  
 plurimum gloriatæ sunt. Chaldæi forte pri-  
 ores contentionem moverunt, vel ab Æ-  
 gyptiis provocati, eos mentiendo superare  
 studuerint.

studuerint. Nam quod aiunt verba sunt Ciceronis Lib. II. De divinatione quadraginta & septuaginta millia annorum periclitandis expeririundisque pueris, quicumque essent nati Babylonios posuisse, fallunt. Et Diodorus Lib. II. pag. 83. Περι δὲ τῆς ὀλῆθους τῶν ἐτῶν ἐν αἷς Φασὶ τὴν θειρίαν τῶν κατὰ κόσμου πεπονῆσθαι τό σύστημα τῶν χαλδαίων, ἐκ ἀντις ῥαδιως ὠιδεῦσαι &c. ' At numerum annorum, ' quibus Mundi sese considerationi vacasse ' collegium Chaldæorum asseverat, haud facile credideris. Nam ad expeditionem Alexandri in Asiam quadringenta & LXXII. ' millia numerant, ex quo sidera observari ' cæptum sit. Jam notissimum est, unamquamque Gentem pro virili studere, ut suæ Origines, Originibus cæterarum Gentium altiores ab omnibus credantur. Et sæpenumero mendaciis & fictionibus, hoc aliis persuadere fatagunt. Ita loquitur Diodor: Lib. I. pag. 6. Ἀδυνατον γὰρ τὴν εὐρεσιν τῶν θραυμάτων ἔτιωσιν ἐν κίθαλαίαν, ὥς τοῖς πρώτοις Βάσιλεῦσιν ἡλικιώτιδα γενεσθαι &c. Fieri nam ' non potest, ut inventio rerum in eandem ' cum Regibus ætatem inciderit. Quod et ' si quis concesserit, Historicorum tamen ' Genus recenter admodum vitæ, communi ' extortum esse, apparet. Cæterum cujusque ' nationis antiquitate non modo Græci; sed ' et Barbarorum plærque ambigunt; qui ' indigenas se esse, et omnium hominum ' primos vitæ commoditates invenisse, et

res apud se aetas, a plurimis inde seculis  
literarum monumenta promeruisse, jactitant.

§. IX. Præterea cunctæ Gentes, præfertim  
post Abrahamum vocatum a Deo, permixtæ  
ambulare in viis suis, in duos errores, om-  
nino exitiabiles, dilapsæ sunt, quorum pri-  
or erat Polytheismus, posterior æternitas  
Mundi. οἱ δὲ ἐν χaldaioi ( inquit Diodo-  
rus Lib. II. pag. 82. ) τὴν μὲν τῷ κόσμῳ  
οὕτιν ἀίδιον φασὶν εἶναι &c. *Cæterum Chaldaei  
mundi quidem naturam sempiternam esse per i-  
bent, qua neque certum principii ortum habeat  
neque corruptionem ullo deinceps tempore admit-  
tat* Περὶ τῆς αἰωνιότητος τοίνυν γενέσεως τῶν αν-  
θρώπων ( inquit Lib. I. pag. 4. ) διτταὶ γεγό-  
νασιν ἀποφασεῖς παρὰ τοῖς ὀνομαστατατοῖς ἢ  
νόμιμωτάτοῖς τῶν τε φυσιολόγων ἢ τῶν ἱστορι-  
κῶν &c. De primo igitur hominum ortu,  
duæ apud summæ auctoritatis Physiolo-  
gos & Historicos sententiæ habentur. A-  
lii enim horum, qui & ortus & interitus  
expertum esse mundum statuunt, hominum  
etiam genus ab æterno, sine ullo genera-  
tionis principio extitisse affirmant. Aristot-  
eles Lib. VIII. *Metaphysic.* Cap. 1. con-  
tendit *Mundum nunquam incipisse.* Et pro-  
fecto multi scriptores vel Aristotelis opini-  
onem secuti sunt, vel hac de re ambigue  
loquuti sunt. Sic Censorinus de *Die nata-  
li* Nunc vero ( inquit C. 21 ) id intervallum  
temporis tractabo, quod ἱστορικόν Varro ap-  
pellat. Hic

‘ Hic enim tria discrimina temporum esse tra-  
 ‘ dit. Primum, ab hominum principio ad cata-  
 ‘ clysmum priorem : quod propter ignoran-  
 ‘ tiam vocetur ἀσφαλτον. Secundum, a cata-  
 ‘ clysmo priore ad Olympiadem primam,  
 ‘ quod quia in eo multa fabulosa referun-  
 ‘ tur, μυθικον nominatur. Tertium, a prima  
 ‘ Olympiade ad nos quod dicitur ιστορικόν,  
 ‘ quia res in eo gestæ veris historiis conti-  
 ‘ nentur. Primum tempus, siue habuit initi-  
 ‘ um, siue semper fuit, certe quot annorum  
 ‘ sit, non potest comprehendere. Memoria i-  
 ‘ gitur Creationis, aliarumque antiquiorum re-  
 ‘ rum, cito exulavit; vel saltem evanida  
 ‘ admodum mansit in mentibus hominum, si A-  
 ‘ braamidas excipias. Quare in hac spissa ca-  
 ‘ ligrine, Diabolo operante in pectoribus mor-  
 ‘ talium, vel hariolati sunt, vel finxerunt  
 ‘ quicquid sibi placebat. Et cum aliqua una  
 ‘ Gens arrogaret sibi satis altos natales, æmu-  
 ‘ la non deerat in comminiscendis altioribus,  
 ‘ cum nullos synchronismos utrique commu-  
 ‘ nes & agnitos haberent, qui inter debitos  
 ‘ cancellos eos constringerent. Hinc est quod  
 ‘ immania adeo mendacia, apud tum Chal-  
 ‘ dæos tum Ægyptios, in originibus fuisse  
 ‘ narrandis videamus. Apposita in hanc rem  
 ‘ sunt verba Augustini de *Civitate Dei* Lib.  
 ‘ XII. Cap. 10. ‘ Fallunt etiam eos quædam  
 ‘ mendacissimæ literæ, quas perhibent in  
 ‘ historia temporum multa annorum millia  
 ‘ continere. Cum ex sacris literis ab ir-  
 ‘ stitutione

' stitutione hominis nondum completa an-  
 ' norum sex millia computemus. Unde ne  
 ' multa disputem, quemadmodum illarum  
 ' literarum, in quibus longe plura annorum  
 ' millia referuntur, vanitas refellatur: Et  
 ' nulla in illis rei hujus idonea reperiatur  
 ' authoritas, illa epistola Alexandri magni  
 ' ad Olympiadem matrem suam, quam scrip-  
 ' sit, narrationem cujusdam Ægyptii Sacer-  
 ' dotis insinuans, quam protulit ex literis  
 ' quæ sacræ apud illos haberentur: Conti-  
 ' net etiam regna, quæ Græca quoque no-  
 ' vit historia, in quibus Regnum Assyrio-  
 ' rum in eadem epistola Alexandri quinque  
 ' millia excedit annorum: in Græca vero his-  
 ' toria mille ferme trecentos habet ab ipsius  
 ' Beli Principatu: Quem Regem et ille  
 ' Ægyptius in ejusdem Regni ponit exor-  
 ' dio. Persarum autem et Macedonum Im-  
 ' perium, usque ad ipsum Alexandrum cui  
 ' loquebatur, plusquam octo millium anno-  
 ' rum ille constituit, cum apud Græcos  
 ' Macedonum usque ad mortem Alexandri  
 ' quadringenti octoginta quinque reperiantur  
 ' anni: Persarum vero donec ipsius Alex-  
 ' andri victoria finiretur, ducenti et triginta  
 ' tres computentur. Longe itaque hi numeri  
 ' annorum illis Ægyptiis sunt minores, nec  
 ' eis si ter tantum computarentur, æqua-  
 ' rentur. Perhibentur enim Ægyptii quon-  
 ' dam tam breves annos habuisse, ut qua-  
 ' ternis mensibus finirentur. Unde annus ple-  
 ' nior

nior et verior, qualis nunc et nobis et illis est, tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed ne sic quidem, ut dixi, Græca Ægyptiæ numero temporum concordat historia. Hic ut apparet, Ægyptii quidvis de quavis Natione finxerunt, et sine conscientia aut fronte deblatterarunt.

§. X. Audiamus insuper eundem Patrem nervosissime disputantem, Lib. XVIII, Cap. 40. Frustra itaque vanissima præsumptione garriunt quidam dicentes, ex quo rationem siderum comprehendit Ægyptus, amplius quam centum annorum millia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multo ante annorum duo millia literas magistra Ipse didicerunt: Non enim parvus author est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod a literarum etiam divinarum veritate non dissonat. Potest quidem esse satis firma concordia, inter sacros Libros, & hunc Varronis calculum, secundum Augustini mentem qui τῶν LXX versionem pro authentica habuit. Hebraica tamen veritas, hanc concordiam respuit. Diogenes Laertius in præmio, est paulo modestior quam ii, qui numerant centum millia annorum: Ejus tamen computus, satis est monstruosus Αἰγυπτίοι μὲν γὰρ (inquit) Νεῖλου γένεσθαι παῖδα. Ἡ Φαιστόν, ὃν ἀρξάι Φιλοσοφίας, ἧς τοὺς πρῶτους ἐπέχας εἶναι καὶ ἀροφῆτας. &c. Ad hæc Ægyptii, dicunt Filium Nini fuisse Vulcanum



' num quī philosophiæ aperuit principiā  
 ' porro ipsius rei antistites, Sacerdotes ac  
 ' Prophetas appellari solitos. Ab hoc au-  
 ' tem ad Alexandrum Macedonum Regem  
 ' fluxisse annos quadragesies octies mille oc-  
 ' tingentos sexaginta tres. Quorsum roga-  
 bist tanta farrago ineptiarum? Immo hæc loca  
 variorum Authorem, plurimum inserviunt  
 nobis de veritate Scripturarum confirman-  
 dis: Bene novit nostræ salutis hostis, id  
 solum verum quod primum est, quod pos-  
 terius adulterum. Et proinde satagebat  
 persuadere mortalibus, Chaldæorum aut Æ-  
 gyptiorum doctrinam, & literas esse mul-  
 to antiquiora Judaicis. Sed ita divisit De-  
 us linguas fervorum Satanæ, ut ne duo il-  
 lorum, unum loquerentur; Sed longissime  
 a sese invicem distarent. Una ex Diaboli  
 technis ad occultandas suas fraudes, erat  
 diversitas literarum apud Ægyptios: διαφρα-  
 σιοισι ( inquit Herodotus Lib. II. Cap. 36 )  
 δὲ γραμμασί χρέωνται ἢ τὰ μὲν ἀντῶν, ἢ τὰ  
 τὰ δὲ, δημοτικὰ καλεῖται. *Literis duplici-*  
*bus utuntur, quarum unas sacras vocant, po-*  
*populares alteras.* Hoc artificio Ierophantæ  
 celabant populum omnem eruditionem, &  
 ignorantiam in plebe fovebant: Mihi tamen  
 nunquam suspicio est, Græcas literas ab  
 Herodoto vocari populares, & Ægyptias  
 literas vocari sacras. Fundamentum suspi-  
 cionis est in superioribus Herodoti verbis,  
 γραμματα ( inquit ) γραφῆσθαι ἢ λογίζων-  
 ται

ται ψήφοισι, Ἐλληνες μὲν, ἀπὸ τῶν χρισερῶν  
 ἔωι τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτι-  
 οὶ δὲ ἔσωθεν, ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἔωι τὰ χρισερὰ  
 &c. *Græci literas scribunt & calculis com-  
 putant, a sinistro in dextrum manum ferentes,  
 Ægyptii a dextro in sinistrum; Et hoc faci-  
 entes aiunt se in dextrum, Græcos facere in si-  
 nistrum. An hæc mea conjectura recte fun-  
 data sit, judicent doctiores.*

§. XI. Ægyptii, ut diximus jactabant li-  
 teras inventas apud se, quas ascribunt qui-  
 dam Thoth; quem Sanchoniathori apud Eu-  
 sebiū Ταυτον appellat. De quo Plato in  
 Phædro pag. mihi 212, Ηκονσα τοῖνυν ὧρε  
 Ναυκρατίη της Αἰγύπτου γενέσθαι τῶν ἐκεί  
 παλαιῶν τινα θεῶν, ὃ ἢ τὸ ὄρεσεν τὸ ἱερὸν  
 ὃ δη' καλοῦσιν Ἰβιν αὐτῷ δὲ ὄνομα Ἰεδαίμο-  
 ν εἶναι Θεῶ &c. ' Audivi equidem circa  
 ' Naucraticum Ægypti priscorum quendam  
 ' fuisse Deorum, cui dicata sit avis quam Ibin  
 ' vocant, Dæmoni autem ipsi nomen Theuth.  
 ' Hunc primum omnium numerum, & nu-  
 ' meri computationem invenisse, Geome-  
 ' triamque & Astronomiam, talorum rursus  
 ' alearum ludos, & literas. Erat tunc to-  
 ' tius Ægypti Rex Thamus, & in eminē-  
 ' tissima amplissimaque Civitate, quas Græ-  
 ' ci Ægyptias Thebas appellant, Deumque  
 ' ipsum Amimonem vocant. Ad hunc Theuth  
 ' profectus, artes demonstravit suas, dixit-  
 ' que eas distribui deinceps Ægyptiis cæ-  
 teris

teris oportere. Verum ille quæ cujusque  
utilitas foret, interrogavit: & ipso refe-  
rente, quod bene dictum videbatur, pro-  
babat quidem: quod contra, vituperabat.  
Ubi multa de qualibet arte in utramque  
partem Thamus fertur Theuthi ostendisse,  
quorum singula enarrare si pergamus,  
prolixior erit oratio. Cum vero ad literas  
descendissent, disciplina hæc, inquit  
Theuth: O Rex, sapientiores & memoria  
promptiore faciet Ægyptios. Memoria  
namque & sapientiæ remedium id est  
inventum. At ille, O artificiosissime Theuth  
inquit, alius quidem ad artis opera fabricanda  
idoneus est, alius ad judicandum promptior.  
quid emolumenti damne sit utentibus  
allatura. Atque & tu literarum Pater  
propter benevolentiam contrarium quam  
efficere valeant affirmasti. Nam illarum  
usus propter recordationis negligentiam  
oblivionem in animo discentium pariet:  
Quippe qui externis literarum confisi,  
monimentis res ipsas intus animo non  
revolvent. Quamobrem non memoriæ;  
sed monitionis remedium invenisti. Sapi-  
entiæ quoque opinionem potius quam veritatem  
discipulis tradis. Nam cum multa  
absque Præceptoris doctrina perlegerint,  
multarum rerum periti vulgo cumignari  
sint, videbuntur. Consuetudine quoque  
molestiores erunt, utpote qui non  
sapientiâ ipsa sunt præditi, sed opinione  
sapientiæ

fapientiaë fubornati. In hac hiftoriola vel fabula verius, omnino fentio Iofephum latere. Theuth, ut patet, peregrinus erat; ita Iofephus. Theuth vocatur Θεός & Δαίμων, Pharaoh dicit de Iofepho, *Genes. Cap. XLI. Com. XXXVIII. an invenire poffumus huic parem Virum, in quo Spiritus Dei fit.* 3. Theuth multas artes, immo ipfas literas in Ægyptum introduxiffe dicitur: Iofephus Ægyptiorum Senatores docuit, & profecto ftupenda documenta oportuit Iofephum dediffe, priusquam Dominium in totam Ægyptum idque pene autocraticum, adeptus fit. 4. Theuth vocatur a Thamo τέχνηκωτάτος & πατὴρ γραμμάτων. Iofephus habitus eft, fapientiffimus, & לאב לפרעה *In Patrem Pharaonis.*

§. XII. Quæres quem intellexerunt Pagani per hunc Θεός? Refpondeo folenne fuiffe Gentibus, imponere Regibus, nomina Deorum fuorum, vel nomina quæ ab his partem componentem habebant, ut patet in Benhadad, Belshatzar, & aliis: Et pleræque Gentes Solem ut fupremum Deum, fub mille nominibus adorabant; ut probat Macrobius in utiliffimo fuo opere, quæ *Saturnalia* infcribitur, quorum unum erat Thamus, quod venit a תם vel תם nam literæ unius organi, facile inter fe commutantur. Et תם in Hiph. fignificat *fuicit, exfuicit, mulfat emulfat*; & derivatum תם eft *E-munctor*

muntor, expressor, ita Sol emungit & ex-  
 halat vapores de terra. & significatio *וַיִּבְרָא*  
*וַיִּבְרָא* est ei consanguinea, nempe *separavit*,  
*discrevit*, *probarit*, *scrutatus est*, Quæ om-  
 nia Soli congruunt. Hinc illud Poetæ.

*Inde loco medius rerum novitate paventem  
 Sol oculis Juvenem, quibus adspicit omnia vi-*  
*dit.*

Et ——— *promissi testis adesto  
 Diis juranda palus, ocelis incognita nostris.*

Hieronymus in Ezekielis VIII. hæc habet  
 ‘ Quem nos Adonidem interpretati sumus,  
 ‘ & Hebræus & Syrus Sermo *וַיִּבְרָא* vocat:  
 ‘ Unde quia juxta Gentilem fabulam, in  
 ‘ mense Junio Amasius Veneris & pulcher-  
 ‘ rimus Juvenis occisus, & deinceps revix-  
 ‘ isse narratur: eundem Junium mensem, e-  
 ‘ odem appellant nomine: & anniversariam  
 ‘ ei celebrant solennitatem, in qua plangi-  
 ‘ tur a mulieribus quasi mortuus: & postea  
 ‘ reviviscens canitur atque laudatur. At-  
 que monendus est Lector, Thamum, Ado-  
 nidem, Osirim, Bacchum, & alia ejusmodi  
 fictitia numina; Solem omnia juxta diver-  
 sas ipsius proprietates, denotare. Ut tandem  
 de literis Ægypto invec̃tis, animum expri-  
 mamus: opinamur a Josepho primum eos  
 illuc induc̃tos. Explicavit quidem somnium  
 Pharaoni; sed potuerunt Ægyptii putare  
 ejus interpretationem esse meras conjectu-  
 ras

ras. Opportuit igitur esse grande quoddam & mirabile, quod eum ad tantos honores apud Pharaonem, cunctis Ægyptiis consentientibus, promovit. Par est igitur credi, literas quoque, eum præter reliquam sapientiam Pharaoni, atque ejus Purpuratis ostendisse, immo et eos docuisse. Magnopere confirmant cogitata nostra Diodori verba Lib. I. pag. 10. Τιμάσθαι δὲ ἰσ' αὐτὸς μάλιστα πάντων τὸν Ἑρμῆν &c. ' Apud ' eum in maximo ante omnes honore positus fuit Hermes, ( id est, Mercurius ) eximia ingenii perspicacitate in excogitandis vitæ humanæ commodis instructus. ' Hic enim primus ( ut ferunt ) & communem loquelam articulatim distinxit, & multis rebus nomine destitutis nomen indidit. ' Literas invenit, Deorum cultus & sacrificia ordinavit. Distributam astrorum seriem, vocumque harmonias & naturas Princeps observavit. Nam non dubito, Hieroglyphica ante fuisse inventa; & seris sæculis cum prætenderent ex suis libris Græcos informasse, vel suas antiquas literas & libros non intellexerunt, vel eos malitiose interpretati sunt; Nam quantum videtur nulli Græci, ex quibus solis habemus rerum Ægyptiacarum relationes, eorum libros, si quos habuerunt, intelligere potuerunt. Retinuerunt tamen Ægyptii aliquot micæ vetustissimæ traditionis, de Noacho, ejusque Filiis. Homerus putatur plæraque quæ scribic

bit, ab Ægyptiis habuisse : Ille autem *Iliad*  
O. lm. 187. &c.

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ κρόνου εἰμεν ἀδελφοὶ ὧς τέκε ρεῖη  
Ζεὺς, καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Αἰθήης 'ενεργοῖσιν ἀνατ-  
σον

Τειχθὰ δὲ πάντα θεῶσσαι, ἑκάστος δ, ἔμμορε  
τιμῆς

Ἦ' τσι 'εγὼν ἔλαχον, πολὴν ἄλλα ναίεμεν αἰεὶ;  
Παλλομένων. Αἰθήης δ. ἐλάχεν Ζόφον ἡερέοντα.  
Ζεὺς δ' ἔλαχ' Οὐρανὸν εὖρυν 'εν αἰθέρι καὶ νεφε-  
λησι

Γαῖα δ' ἐτι ξυνὴ πάντων, καὶ μακρὸς Ὀλύμπος.

*Tres enim ex Saturnio sumus fratres, quos peperit*  
*Rhea*

*Jupiter & ego, tertius autem Pluto inferis impe-*  
*rans.*

*Trifariam autem omnia divisa sunt, quisque vero*  
*nactus est honorem*

*Quippe ego sortitus sum, canum mare habitare*  
*semper*

*Motis sortibus. Pluto autem sortitus est caligi-*  
*nem obscuram*

*Jupiter autem sortitus est Caelum latum in athe-*  
*re & núbibus*

*Terra autem adhuc communis, & altus Olympus.*

§, XIII. Est quidem fatis antiqua tradi-  
tio, quam inter alios habet Syncellus pag.  
45. Noachum divisisse totam Terram inter  
tres Filios suos, atque eam testamento suo  
consignasse :

consignasse: Et quamvis putamus hanc divisionem, sive tripartitionem, non omnino fuisse factam. Certum tamen est orientales partes plærumque Schemo, australes Chamo, & occidentales Japheto, cessisse. Is Ethnicis Neptunus est, & dicitur sorte obtinuisse Mare, quoniam ejus posterī magna ex parte obtinuerunt insulas, atque terras quæ mari ab Asia discretæ sunt. Progenies autem Chami, vel plerique eorum sedes fixerunt in Africa, ut Schemi posterī in Asia. Schemus, judice Bocharto, Pluto dictus est, & habuit inferos, ex odio Ethnicorum in eum, quoniam Ecclesia, & ipse Christus ab ipso oriundus erat. Neptunus i. e. Japhetus sorte dicitur obtinuisse Mare, ex eo, quod magna pars terræ ab ejus posteris possessæ, est insularis, & prope Mare. Chamus, Jupiter Hammon, fingitur habuisse Coelum, quod tota Africa est admodum callida, quod illi putarunt ideo esse cælestem.

### C A P. XIII.

*De Sesostre, an Schisakus fuerit.*

§. I. QUAM manca, quam falsa & absurda sit Ægyptiorum historia & chronologia, in superiori capite monstratum est. In præsentī nonnulla de Ægypti Regibus, eorumque Regnis, speciatim



atim trademus, si quid solidi in istis rudibus invenire possit. Habetur apud Syncellum pag. 29 ex Manethone Sebennyta longissima series Regum, qui per multa annorum millia regnasse dicuntur. Sed iste catalogus nihil pene continet nisi nuda nomina Regum, & numerum annorum quibus Ægypto, præfuisse scribuntur. Nec utilior est catalogus Eratosthenis Thæbeorum Regum, qui reperitur apud eundem Syncellum pag. 91. Doctissimus Marshamus qui conatus est, eos immensos annorum numeros, ad mille octingentos constringere, ut cum Sacris Literis Aegyptiorum chronologia concordaret: omnino operam lusisse probat eruditus Perizonius in Libro de *Ægyptiacis Originibus*. Nam certum est Manethonem qui has Dynastias nobis reliquit, eas ut succedentes sibi invicem, non autem ut synchronas tradidisse. Sunt qui quadantenus excusant Ægyptios, qui tam immanem annorum numerum jactitabant. Nam Plutarchus in *Numa*, hæc habet, *Ægyptiis mensurus annus fuit, deinde mensium quatuor, ut aiunt: quare qui vel nuperrime eam Regionem incoluerint vetustissimi videntur esse, annorumque incredibili multitudine in familiarum deductionibus differunt, quippe qui menses in numerum annorum collocent* In Ægypto (inquit Censorinus de *Die Natali* Cap. XIX) 'quidem antiquissimum ferunt annum limestrem fuisse, post deinde ab Ilone Rege quadrimestrem factum: novissime Arminon ad tredecim menses & dies

*quinque perduxisse. Sed non tales annos voluerunt intelligi mendaces Aegyptii, sed Julianos, vel eis per similes, ut patet. ex fere omnibus reliquiis Aegyptiacæ historiæ quæ supersunt: Vide sis Herodot: Lib. II. Cap. 4. Sed Marshamus detruncat, refecat, vel eis addit, vel demit pro libitu, ut hypothese suæ subserviat. Porro Aegyptii ut antea visum, usi sunt annis quadrimestribus, trimestribus, imo mensuribus; unde fiebat, ut facile aliis Gentibus imposuerunt. Quare Petavius doctissimus Jesuita Lib. IX. *Doct. Tem.* Cap. 15. recte ut censemus judicat. *Ægyptiorum origines & Dynastias, quas Africanus & Eusebius scriptis prodiderunt, fabulosas & quod ad vetustatem attinet, ementitas esse. Quicquid Supelectilis (inquit Marshamus pag. 1.) hodie superest ad instaurandas Ægyptiorum origines: id fere totum debetur Syncello: Neque tanti sunt momenti quæ Herodotus omnium primus, aut illum secutus Diodorus, de Regibus Ægypti tradiderunt. Ex adverso certum est, nihil omnino supelectilis Syncello debetur, si cum Herodoto, & Diodoro, conferatur. Consulatur Herodotus Lib. II. & Diodorus Lib. I. exemplo sit Sesostris apud utrumque, & Sethon & Necaos, apud Herodotum.**

§. II. Et jam oboritur quæstio quando vixit Sesostris, & an sit diversus a Schisako memorato I. Reg. Cap. XIV. & II. Paralip. U. 2.

lip. Cap. XII. Nos asserimus Schisakum esse Sesostrim. Doctissimus Perizonius in *Origin. Aegypti*. Capit. VIII. & IX. & alibi multis argumentis it probatum, diversos esse Schisakum. & Sesostrim. Et quidem efficacissime demonstrat contra Marshamum Cap. V. Menem minime esse Chamum; ex quo fundamento probare nititur Marshamus, Sesostrim atque Schisakum, fuisse unum & eundem. Sed quamvis Marshami argumenta non valeant, in hac re tamen fortuito fœlix est, & casu in veritatem incidit: Nam revera Sesostris non alius est a Schisako, ut in decursu hujus disputationis patebit. Exorditur a Josepho, quem ut fautorem suæ sententiæ laudavit: Locus Flavii de quo digladiantur, est in Lib. VIII. Cap. IV. Τιμωρόν δὲ τῶν εἰς αὐτὸν ὑβρέων ὁ Θεὸς ἐπιπέμει τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Σούσακον. περὶ ἧς πλὴν θείας Ἡρόδοτος τὰς πράξεις αὐτοῦ Σέσοςτροι ὀνομάζει. &c. Hanc contumeliam Deus per Susacum Aegyptiorum Regem ultus est, cujus res gestas Herodotus per errorem Sesostris adscribit. Hic enim Susacus quinto anno Roboami Regni numerosissimum exercitum contra illum adduxit: In quo fuisse ferunt currus MCC. equitum LXM. peditum CCCC. Ejus miles maxime ex Afris constabat ac Aethiopibus. Irrumpens igitur in Hæbæorum Regionem, munitissimas Roboami urbes sponte deditionem facientes in fidem suam

‘ suam recepit, quibus præsidio firmatis pos-  
 ‘ tremo Hierosolyma est aggressus. Robo-  
 ‘ amus vero una cum suis a Sufaci exer-  
 ‘ citu obsessus, versus ad supplicationes ex-  
 ‘ orare Deum non potuit, ut victoriam an-  
 ‘ nueret. Samæas quoque Propheta eos ter-  
 ‘ ruit, dicens Deum minari deserturum se  
 ‘ illos qui cultum ipsius priores deseruerant.

-----Μέμνηται δὲ ταύτης τῆς στρατείας  
 ἡ, ὁ Ἀλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος περὶ μόνου τοῦ  
 το βασιλέως ὡλανηθεὶς ὄνομα. &c. ‘ Memi-  
 ‘ nit autem hujus expeditionis etiam Halli-  
 ‘ carnassensis Herodotus, in nomine tantum  
 ‘ errans, & quod, pervasis multis aliis Gen-  
 ‘ tibus, etiam Palæstinam Syriam subjuga-  
 ‘ rit, hominibus, non expectata vi, deditionem  
 ‘ facientibus. Apparet autem satis quod no-  
 ‘ stram Gentem dicere velit ab Aegypto  
 ‘ subactam. Narrat enim hunc columnas re-  
 ‘ liquisse apud eos, qui prius quam Martem  
 ‘ experirentur deditionem fecissent, in quibus  
 ‘ pudenda muliebria insculpta fuerint.  
 ‘ Roboamus autem is fuit Rex noster, qui  
 ‘ urbem, antequam oppugnaretur, dedit. Ne-  
 ‘ mo est qui non vidit in Schisako, Hero-  
 ‘ doti Sesostrim; quamvis Herodotus eum Se-  
 ‘ sostrim, non Schisakum vocat. Confer He-  
 ‘ rodot. Lib. II. Cap. 102. & 106. cum eis  
 quæ ex Josepho protulimus, & abunde con-  
 ‘ stabit eundem Regem, & ab Herodoto &  
 ‘ Josepho, memoratum; licet non sub eodem  
 nomine, quod nihil est, ut ipse Flavius ob-

U. 3.

servat

servat, Sed ut breviter dicam, rotunde affirmo juxta Josephi mentem, non alium quam Schisakum, habendum pro celebri Herodoti Sesoſtre.

§. III. Doctissimus Perizonius postquam agnovisset magnos viros, Tornielum, nempe, Scaligerum, Carpentarium, Bochartum, Stillingfletum, omnes in ea sententia fuisse, quod Josepho Sesoſtris, sit Sefacus Roboami æqualis. Cum hæc inquam agnovisset vir eruditus, sic pergit Pag. 108. *Sed, pace dixerim Virorum insignium, omnes in eo errant, dum hunc errorem Josepho tribuunt, qui longe aliud sensit, & probe scivit diversos fuisse hos Reges, Verba ejus sunt d. l. de Susaco vel Sisaco, — de quo in errorem lapsus est Herodotus, dum ejus res gestas Sesoſtridi tribuit. Neutiquam hinc sequitur pro eodem Rege utrumque Josepho habitum; quin immo pro diversis habitos palam est, quorum alteri alterius res gestas per errorem tribuerit Herodotus. Si credidisset Josephus, quod volunt, utrumque fuisse revera eundem, & tantum nominari ab Herodoto Sesoſtrim, qui Sisacus nominatur ab Hebreis simpliciter absque erroris crimine id memorasset, quum exigua sit discrepantia inter Susacus vel Sisacus, & Sesoſtris. In omnibus ferme S. Scriptura Nominibus, quæ & apud Græcos Scriptores occurrunt, longe major reperiatur. Contra imo non asseritur Josephum nescisse alii Regi antiquiori, vero an fictitio, non nunc disputatur*

putatur, ab Herodoto, Manethone, & forsitan aliis adscriptas fuisse res magnas, quam nunc Sesostrin, nunc Sethosin & aliquando aliter appellabant. Sed hoc duntaxat quaeritur, an Iosephus crediderat aliquem alium Ægypti Regem fuisse, qui præter Schisakum, qui Hierosolyma cæperit, reliquum Asiæ invaserit & magnam partem ejus subegerit, & Europam quoque tentaverit: Id negamus, pernegamus. Non quidem credidit Flavius Herodotum putasse Sesostrim, esse eundem hominem, qui vocabatur Sesackus, & cepit Hierosolyma; probe scivit Iosephus Halicarnasseum, ne fando quidem vel de Schisako, vel de hac ejus expeditione Hierosolymitana, audivisse. Sensus igitur Iosephi Lib. VIII. Cap, 4 est, quod Ægyptii Sacrificuli, atque ejusdem furfuris alii per maximam mendaciorum auxesin, Schisakum in fictitium suum Sesostrim, transformaverunt: qui vel nunquam, vel certe nunquam in tali magnificentia, qualis eum fuisse comminiscuntur, extitit. Et me arbitro, haud leve hujus rei documentum est, quod ne γρῦ quidem de Schisako qui res scribant Aegyptiacas, nobis tradunt. Hinc ut confido, apparet, ea quæ Perizonius hic protulit, esse exceptiones levissimas, ne dicam cavilla, tanto viro indigna. Patet præterea Perizonium revera concedere in sententiam eorum hominum, quos refutare prætendit: ex his ejus verbis Pag. 110. nin-  
rum

rum. Vult dicere; Quum Gens Judaica  
 ab nullo alio Ægyptio Rege legatur sub-  
 acta, quam ab hoc Susaco, qui ἀμαχητι eam  
 subegit, ideo quæ Herodotus de Syria Palæ-  
 stina, per quam Judæam potissimum intel-  
 ligere illum diserte censet Josephus, iti-  
 dem ἀμαχητι ab Ægyptio Rege victa  
 narrat, in hanc Susaci Historiam omnino  
 congruere, neque adeo in ipsa illum era-  
 re historia, sed tantum in Rege nominando,  
 dum pro Susaco nominavit alium Ægypti  
 Regem Sesostrim. Res gesta est ita, ut  
 refert ex Herodoto Josephus, sed non ab  
 Rege, qui dictus fuerit Sesostris, sed ab  
 illo qui dictus fuit Susacus, ut adeo in re  
 ipsa non erraverit Herodotus, sed in solo  
 Rege, ac Regis nomine. Ita enim at non  
 de nomine ejusdem Regis paululum mutato,  
 quod erroris non accusasset, hæc esse in-  
 terpretanda, liquet non modo ex jam dictis,  
 sed vel maxime, ex eo, quod Josephus  
 minime ignoravit celebrem illum Sesostrim,  
 neque illius res gestas, licet forsan Fabulis  
 exornatas crediderit, neque ætatem, Su-  
 saco hoc longe antiquiorem. Hæc dico,  
 & plura quæ non recitabo, demonstrant Pe-  
 rizonium revera probare sententiam Bo-  
 charti, aliorumque magnorum virorum, quos  
 refellere maximo nisu conatur. Hæc de  
 mente Josephi.

§. IV. Si roges Perizonium, quando So-  
 sostridis

sostridis res contingere potuerunt? Respon-  
det Pag. 114. ' Sesostridis res accidisse  
' Tempore Judicum, vel potius servitutis,  
' qua Israelitæ Palæstinis reliquis, vel ali-  
' is, fuerunt subiecti. Quo pacto una cum  
' suis Dominis transissent in potestatem Se-  
' sostris, atque adeo non fuisset illa victoria  
' Sesostris de Israelitis proprie parta, sed de  
' omnibus Palæstinis: quod ipsum, & quia  
' servitus Aegyptiaca non diu duravit, nec  
' Israelitis fuit propria, idonea satis causa  
' fuit, quare in annalibus Israelitarum victo-  
' ria Sesostris non legatur usquam memora-  
' ta. Et Cap. XVI. Pag. 275. ponit hanc  
*expeditionem Sesostridis incidisse in illud tem-*  
*pus, quo Israelitæ servierunt per XX. Annos*  
*Jabino Regi Chananeorum.* Ad quam sen-  
tentiam convellendam, sufficit, si observe-  
tur illos populos, a quibus Israelitæ toties in  
servitutem redacti sunt, perpetuo mansisse  
Israelitarum Dominos, donec miraculose  
harum Gentium potentia contrita sit: Sed  
si Sesostris Syriam totam, & circumjacen-  
tes Gentes subjugasset, Dominos, & sub-  
ditos Israelitas pari Servitute involvisset;  
cujus contrarium ex toto *Judicum* Libro,  
patet. Quid? An Israelitæ in pari condi-  
tione cum Dominis suis a Sesostris relicti  
fuissent statim in pristinum, mansuete in-  
star pecorum jugum relapsi essent: Quis  
hoc crederet? Præterea nequaquam videtur  
Jabinus



Jabinus, qui 900 ferreos currus habuit fortissimæ Republicæ Philistæorum, Amorei, aliique Gigantææ staturæ & robustissimi homines, qui procul dubio Moabitis, Cananæis, Madianitis, Ammonitis, Philistæis, vel quibuscvis aliis Israelitarum Hostibus, lubentissime sese aggregarunt; ἀμαχῆτι sine pugna a Sesoistre fuisse subacti Quamvis inquit Dominus, Hamos. Cap. II. Com. 9. ego perdiderim Emoræum a Facie ipsorum, cujus altitudo similis erat altitudini cedrorum, et robustus erat ut robora. &c. E-rant etiam reliquæ haud exiguæ illius gentis, tempore Samuelis Lib. I. Cap. VII. Com. 13. Et profecto constat ex Scripturis, Gentes Chananæorum, Amoræorum, &c. adeo fuisse fortes adeo valentes, ut non nisi vi divina ab Israelitarum facie pelli potuerint. Et Jabinus, in cujus dominatum super Israelitas, præ aliis Vir Doctus statuit Sesoistris victorias incidisse; dicitur *Judicium* IV. Com. 3. Vehementer Israelitas oppressisse XX Annos. Sed quomodo potuit ille dici oppressor eorum, eo tempore, quo alius illum, non minus quam ille illos oppresserit: & pariter in ambos Dominium habuerit: Me plane fugit. His adde *Canticum* Deborahæ *Judic.* V. in quo procul dubio memoraretur vel Sesoistris ingressus, & victoria, contra Chananæos, & cæteros populos, qui Israelitas tunc temporis captivos tenebant; vel ejus egressus, unde aliqua Is-raeli-

raelitarum status mutatio in vel mitius vel asperius contingeret, sed nihil tale in toto hoc cantico reiectur. Denique luculenter narratur quot annos servierint ipsorum afflictioribus, diserte nominatis; & rursus quot annos Terra quieverit; De Sesoistre autem nihil. Quare miror eos qui S. Literas admittunt, amplecti tam putidas fabulas, Divinis Oraculis plane contrarias.

§. V. Opponit se Vir doctus Cap. 16; Pag. 276. 'Quum (inquit) Cananæi, Israelitarum tunc Domini, tam facile se submitterent Sesoistri, conveniens erat & consequens, ut idem facerent Israelitæ, seu potius, ut Cananæi Domini in eandem traherent fortunam secum Israelitas sibi jam ante subjectos. Ita vero nihil mirum est, nullam istius expeditionis Ægyptiacæ servatam in sacris literis memoriam, præsertim, quum Israelitæ manerent eisdem Cananæis subjecti, & Sesoistris tam facile istic victor, brevissimo haud dubie tempore per Palæstinam transfret, ad alias properans Gentes itidem debellandas, ac porro, si Fides Justino Lib. I. Contentus victoria Imperio abstinuerit, h. e. non mutaverit Populorum Rempublicam, nec redegerit eos in unius Imperii Corpus, satis habens ad summum tributum sibi penderent. Sed nemo ut spero, qui attente legit quæ mox protulimus, credet Perizonii inanibus conjecturis dicam an hariolationibus, Sacrae

Sacræ Paginæ plane repugnantibus. Porro vir doctus sibi imposuit, fidem adhibendo Justinī otiosis nugis; nam revera nunquam erat prævalens Princeps, quin Gentes quas subegerat, omni conatu & studio, vel vi vel fraude sub suo imperio retinere satægerit. Non est quod sī prolixus commemorando exempla, appello omnium seculorum monumenta, sed etiam si Sesostris fusque deque habuisset Regiones longinquiores, vel eas se & posteros suos posse retinere desperasset; Palæstinam tamen Regionem tum ditissimam, tum Ægypto maxime propinquam, & proinde suis rebus imprimis commodam, omni cura retinere studisset. Sed audiamus quale fulcrum sententiæ suæ reperiatur in Justino. Justinus autem l. c. collato cum Libro II. Cap. 3. Perizonii *Sesostrim*, quem ille *Vexorim* appellat, facit mille quingentis annis antiquiorem Nino. Et Nini posteris dat 1300 annos Lib. I. Cap. 2, quorum ultimus Sardanapalus, qui putatur a Ctesisæ defensoribus, vixisse Tempore Elishæi Prophetæ, vel Regis Amasæ; His collatis, habebis Perizonii Sesostrim, multo ante diluvium universale regnantem.

§. VI. Sed quod magis obest Viro docto, Vexoris a Scythis turpiter fugatus est. Quos (nimirum Scythas) cum tanta celeritate venire Rex addidicisset, in fugam vertitur, exercituque

cituque cum omni apparatu belli relicto, in Regnum se recepit. Scythas ab Ægypto paludes prohibuere: inde reversi, Asiam perdomitam vectigalem fecere ----- His igitur Asia per mille quingentos annos vectigalis fuit. Pendentis Tributi Finem Ninus Rex Assyriorum imposuit. Hæc Justinus Lib. II. Cap. 3. Hæc consuetudina, licet omnino legitima, Vir Doctissimus puto, si in vivis esset, minime salvis suis principiis, admittere potuisset. Objici hic poterit Idumæos et Philistæos nullam liberationem, per expeditionem invenisse Sesostridis, sive Schisaki contra Rehoboamum; sed in statu servitutis in quo fuerant, remansisse. Et revera id Perizonius, aliud agens, videtur innuere. *Reperiuntur* (inquit Cap. IX. pag. 130) *alios habuisse sibi subiectos Idumaos Judæi, Philistæos Josaphatus, Moabitas Israelitæ.* Sed e contra affirmo Idumæos et Philistæos et reliquos qui sub jugo Judaico fuerant, ingruente Sesostride, erexisse cristas, et nequam sub jugum reductos, donec Jehosaphato, et populo supplicante II. Paralip. Cap. XX. fuerint pessundati. Nec obstat quod dicatur I. Reg. Cap. ult. Com. 47. *Non fuisse Regem in Idumæa, sed præfectum;* Nam hæc subiectio Idumæorum, non poterat contingere nisi post hanc cladem, et laniænam Idumæorum; ut attente consideranti patebit. Si hæc solutio non arridet, ad manum est alia nimirum; Schisakus non læsit Israelitarum Regnum

Regnum ad illud igitur obiectio non spectat, et Judæam reliquit Schisakus initis pactionibus cum Rehoboamo, ut ingentem pecuniæ summam acciperet, nullo tributo annuo imposito, nulla liberatione alienigenarum gentium pacta: Sed relictis rebus ut antea fuerant; vide II. Chron. Cap. XII. Vindicavimus, ut opinamur, argumentum a Scripturæ silentio ductum, quo demonstramus fallitatem Perizonii sententiæ.

§. VII Alterum argumentum ducitur ex eo, quod idem fere numerus annorum reperitur intra Rehoboamum, & Ezechiam, qui est inter Sefostrim, & Sethonem. Dicit Perizonius hoc esse argumentum Conringii, cujus libro nunquam fuit mihi copia utendi; Et ad illud ita respondit. *At Herodotus (inquit pag. 117.) tribus tantum Regibus, ex illis decem, scilicet qui a Sefostre ad Sethonem regnarunt, adscribit annos Regni, quibus solis conficitur spatium annorum 156. Porro autem a morte Rehoboami usque ad mortem Ezechia anni intercedunt, non 300 sed tantum 260 sic conjectura illius septem Reliquis Regibus longe minus spatium (104 tantum annorum) relinquit. Sed revera vice confutationis, Conringii argumentum confirmat; nam quod magis probabile est & ordinarium, quam quosdam Reges magis diuturnum, quosdam magis breve, habere Regnum? Equidem ista consideratio quod totidem*

totidem annorum numerus, vel propemodum idem sit inter Rehoboamum, et Ezekiam, vel Senacheribum, qui est inter Sesostrim et Sethonem, suadet validissime Schufakum, esse Aegyptiorum Sesostrim; nec præter eum alium unquam habendum.

§. VIII. Accedamus jam tandem Perizonii palmarium argumentum, quo probat Sesostrim fuisse omnino diversum a Schifako, et antiquiorem. ' At nunc videamus ( inquit Cap. 9. pag. 120. ) quam minime opus sit ut, quod ait Clericus, levibus conjecturis nitantur, qui Sesostrim longe diversum & longe antiquiorem Sisaco statuunt. Nec enim leve est quod in eam rem consentiunt omnes omnino antiqui Scriptores. Verum, ni fallor, ipsi Authores quos ut faventes suæ sententiæ adducit eam plane profligant. Horum primus est Herodotus: Atque verum est quidem Sesostrim, ab Herodoto locatum, haud multos annos ante bellum Trojanum, uno Rege Pherro e interposito, inter eum & Protea, qui cladi Iliacæ erat synchronos: vide Herodotum Lib. II. & sequentibus. Sed an idem dicit Diodorus? minime vero, teste ipso Perizonio. Nam cum dixisset Herodotum ponere Sesostrim ante bellum Trojanum hæc addit. ' Idem facit Diodorus Siculus ' nisi quod longe majus, & pene inmodicum ' inter illum & hocce bellum interponat spatium

tium. Ingenue hæc agnoscuntur a Perizonio, videlicet Diodorum Lib. I. pag. 34. et sequentibus. Hæc insuper habet Siculus, ad rem nostram haud parum facientia. Quandoquidem vero de Rege isto non Græci solum Scriptores inter se discrepant, verum etiam Sacerdotes Ægyptii, et qui carmine laudes ejus celebrant, non consentanea inter se narrant: nos verisimilia et cum restantibus in Ægypto signis maxime congruentia referre conabimur. Diserte (pergit vir doctus) item Strabo Lib. I. pag. 38. et Lib. XVII. pag. 824. idem affirmat. Et verum est Strabonem dicere Sesostrim vixisse ante excidium Trojæ, sed quamdiu non dicit, 'vero Aristoteles (pergit) Politic VII. 10. longe antiquiorem ipso Minoe, qui Cretensibus primus leges tulit, fuisse ait. Sed Minos fuit Filius Europæ, Sororis Cadmi, qui vixit tempore Joshuæ vel paulo post; nam Doctissimus Vossius Lib. I. de Idololatria Cap. 14. evincit raptum Europæ, præcessisse raptum Helenæ, ducentis quasi annis. Jam si Sesostris vixerit longe ante Minorem, certe ad Patriarcharum tempora, vel saltem prope illa collocabitur. Græca Stagiritæ ita habent πολὺ γὰρ ὑπερτείνει τοῖς χρόνοις τὴν Μινω βασιλείαν ἢ Σέσωστριος Quæ sic reddit Interpres. Multis enim sæculis Sesostris Regnum, Minois regno antiquius est. Juxta igitur Aristotelis mentem, Sesostris poterit

rit collocari prope, si non supra Diluvium universale.

§. IX. Sed pergamus cum Perizonio: Porro (inquit) Argonauticarum Scriptores, Apollonius Rhodius, & Valerius Flaccus, immane spatium inter Sesostrin & Jasonis atque aliorum Argonautarum expeditionem in Colchos, statuunt. Videndus est insuper Scholiastes Apollioni ad Lib. IV. v. 272. Hoc immane spatium, apparebit consulenti Scholiasten, pene tria millia annorum, ita ut Sesostris statuatur supra Diluvium universale. Nec his dissimilia habet Flaccus Lib. V. v. 419. &c. Sed quod Perizonii causam funditus destruit, Flaccus dicit, si ego illum capio, Sesostrin fuisse victum, & fugatum a Colchide; saltem clade territum,

————— Ut prima Sesostris  
Intulerit Rex bella Getis, ut clade suorum  
Territus.

Jam vero (pergit Perizonius pag. 121) Arrianus apud Photium Cod. 53. Sesostrin aequalem facit Jandyfi Scythæ. Idem tradit For-  
nandes in Geticis Cap. VI. nisi quod Tannasin vocet Scytham, eumque & Sesostrin simul ante Amazonas floruisse narrat. Denique Justinus ante Ninum extitisse Sesostrin memorat, quod & facit Agathias Lib. II. pag 51. Eum longe ante Navigationem Jasonis, etiam ante Imperium Assyriorum, ac tempore Nini



& Semiramidis, victoriis suis *Asiam* peragras-  
 se tradens. Quidni & *Ælianum V. H. XII.*  
 4. superioribus addam, qui ab ipso *Mercurio*  
 παρ' Ερμῆ Sesostrim jura didicisse ait, atque  
 ita *Mercurio Aegypto* aequalcm facere vide-  
 tur, qui certe *Rebabeami* tempore antiquior  
 statui debet. Breviter tantum *Auctores* ipsos  
 memoro, quia *Marshamus* rem ipsam ultro con-  
 fitetur, quando pag. 127. extra vulgarem hunc  
 esse *Græcorum* errorem ait, qui *Sesostrim* bel-  
 lum *Trojanum* praeceſſiſſe crediderunt. *Gravius*  
*Græcos* accusat pag. 357. *Sesostrim* *Græci*,  
 quasi *B. Trojano* & *Minoe* vetustiore ad *Da-*  
*naï* tempora perperam retulerunt, & *Prochro-*  
*nismis* immensis illius res gestas depravarunt.  
*Durum enim vero* & *protervum*, ita uno velu-  
 ti balitu disflare in re antiqui temporis om-  
 nem antiquitatis consensum tanquam levissimi pon-  
 deris. Ferre tamen utcumque id posset, si quæ  
 idonea aut valida in contrarium adferri potuis-  
 sent argumenta, quæ nulla, nisi levissima & va-  
 nissima, potuerunt. His auctoritatibus modo  
 veri sunt, suam sententiam plane subvertit  
*Eruditus Perizonius*. Promisit se defenſu-  
 rum, quod *Sesostris* regnaverit, *Theocratia*  
 in *Israele* durante; Sed omnes hi authores,  
 dempto uno *Herodoto* de quo inferius, uno  
 pene ore *Sesostrin*, non modo collocant  
 supra tempus *Joshuæ*; sed supra *Mosen*,  
 imo eorum plures supra *Abrahamum*: alii  
 vero supra *Diluvium* ipsum universale. Sed  
 qui potuit *Vir doctissimus* vocare hoc an-  
 tiquitatis

tiquitatis consensum, cum ne duo ex Authoribus ab eo citatis, unum tradant. Si igitur Sesostrin istum militem gloriosum & erraticum, unquam extitisse inficiemur, non consensum omnis antiquitatis, sed Ægyptiacas & Colchicas fabulas, diffamamus. Non rit ne Vir magnus? consentientibus omnibus antiquis, nihil pene certum inter Paganos ante primam Olympiadem; longe minus ante cladem Ilii. Regem cui nomen Sesostris erat, olim præfuisse Ægypto, haudquaquam negamus: cum autem ita ut perhibetur dominatum fuisse, per orbem terrarum, incertissimum, imo fallissimum esse, asserimus; quod Authores a Perizonio collecti, abunde evincunt. Historia vel fabula verius de Sesostrē, omnino similis est ei de Ctesiana Monarchia Assyriaca, quarum neutra in re habet ullum fundamentum.

§. X. Multis contendit Perizonius pag. 122 *Si Sesostris idem fuit cum Schisako id non potuisse latere Homerum; & si scripsisset, ejus in suo poemate meminisset.* Sed revera duo falsa pro veris supponit. 1<sup>mo</sup>. Homerum mentionem fecisse rerum ante se recenter gestarum, quod certe nunquam facit. Meminit quidem ille aliquoties rerum, quæ contigerunt ante B. Trojanum, sed quæ contigerunt post illud longo aliquo spatio temporis; nequaquam. Meminit quidem inter alias res Trojanas, per modum vaticinii a  
X. 2. Neptuno

Neptuno editi posterorum *Æneæ*, quod *Poetæ* propositum spectabat; sed quid hoc ad res *Schisaci*? quæ non ad *Poetæ* thema spectabant, quæ nec *Græciæ* nec *Asiæ* minoris rebus affines erant. Denique non valde illustres fuisse videntur, quamvis fabulatores res magnificentissimas, ex eis procuderint. 2do. *Homerum* & *Ethnicos* reliquos libere & cordate *Judaicarum* rerum meminisse, quod eos præsertim antiquiores, nunquam fecisse notum est. Jam non potuisse *Homerum* meminisse *Schisaki*, quin simul meminisset *Judæorum*, æque certum est. Addo 3tium. Scilicet *Schisakum*, parum si quid omnino, victorias suas extendisse ultra *Judæam* videri: quare quamvis *Homerus* meminisset, rerum tempore *Rehoboami* gestarum, quas nunquam tamen tangit, haud mirum est, si res *Schisaci* silentio transit. Ex adverso *Homerus* varias res gestas ante *B. Trojanum*, nec non personas insignes, qui ante illud vixerant, tangit. Nam memoria *Cadmi*, *Argonautarum* aliorumque, qui ante *B. Trojanum* floruerunt, ab eo conservatur. Ergo si *Sesostris* non solum per *Asiam* minorem, sed & *Thraciam*, nam utraque *Græciæ* vicina est, victoriis suis ante *B. Trojanum* illustris fuisset, *Homero* quoque innotuisset: inque poemate suo, adscendente quoque *Perizonio*, earum meminisset.

§. XI. At *Manetho* ( inquit *Perizonius* pag.

pag. 127. ) Sesostrin fecit antiquiorem initio Canonis Eusebiani, in quo proinde non occurrat. Recte ergo inter fictorum inventa relegandus; siquidem Eusebii Canon, ab Abrahamo incipit. Manetho quoque apud Josephum Lib. I. contra Apionem, pag. 1042. ait Sethosin, qui ei idem est cum Sefostre, floruisse septingentos annos ante Ilii excidium. Et dum probat Perizonius pag. 128. nihil hausisse ex Græcis Manethonem, hæc habet. Quin & ipse apud Syncellum pag. 40; sua se hausisse jactat ex sacris Libris a Trismegisto Mercurio conscriptis, vel ex Columnis in terra Seriadica positis. Jam procul dubio Virum doctum haud latuit, ea unde proficitur Manetho hausisse sua, esse putidas fabulas confictas, ad Ægyptiorum antiquitatem supra modum extollendam: & congrue ad hoc suum institutum, Manetho collocat Sesostrin in 12. Dynastia apud Syncellum pag. 59 Σέστορις ἐπὶ τῇ μὲν δὲ Ἀφρικῇ ἐχειρώσατο τὴν Ἀσίαν ἐν ἑνὶ αὐτοῖς ἔνδεκα &c. Sesostris annis 48. Hic novem annorum spatio totam Asiam subjugavit, cunctasque Thraciam usque regiones: & devictæ nationes memoriam erecturus quos generosos comperisset virorum genitalibus; imbelles muliebribus effictis arguebat. Idem post Osirim ab Ægyptiis primo repositus est loco. Jam audi Syncellum pag. 62. Σημειώσεων ὡς δὲ Εὐσέβιος &c. Observa Eusebium privato tibi sine præstituto; Reges ab Africano in

X. 3.                      decim.

decimam quintam Dynastiam relatos,  
 ‘decima septima vixisse asserere. U-  
 ‘na enim omnium voce fertur, sub Apho-  
 ‘phi Joseph potestatem in Ægyptum, exer-  
 ‘cuisse: At cum nesciret, quo eum  
 ‘loco reponeret Eusebius; Aphophim a  
 ‘15. in 17. transtulit, & ex annis 61. ipsi  
 ‘debitis solos 14. assignavit: Juxta igitur  
 omnium collectiones ex Manethone, plu-  
 ra sæcula regnavit Sesostris ante Josephi  
 descensum in Ægyptum: Et ista videtur  
 agnoscere Vir eruditus. Nam Cap. XVI.  
 pag. 269. hæc habet ‘ Multo autem magis  
 ‘ nos turbat in hac Sesostridis ætate con-  
 ‘stituenda Ægyptius ille Manetho, prout  
 ‘ejus reliquias quasdam in Dynastiis Æ-  
 ‘gyptiis habemus, cum apud Syncellum ex  
 ‘Africano & Eusebio, tum apud Josephum.  
 ‘Reperimus enim hunc ipsum Sesostrim a-  
 ‘pud Syncell. pag. 59. & 60. ex Africano &  
 ‘Eusebio in Dynastia XII. quæ temporibus  
 ‘pastorum atque ipsius Mosis longo  
 ‘prorsus præmittitur intervallo. Paratum  
 tamen habet Perizonius, pag. sequent. huic  
 vulneri emplastrum. *Crediderim ( inquit )  
 potius, Africanum ad nomen Sesostridis, quod  
 istic forte reperiēbat, addidisse hanc descripti-  
 onem, licet alius ille esset Sesostris, quam qui  
 ab Herodoto, Diodoro, aliisque Græcis cele-  
 bratur, prout multi etiam alii diversissimi Re-  
 ges ejusdem tamen nominis in Dynastiis Ma-  
 nethonis occurrunt. Sed an habet fundamen-*

tum

tum fidei sui Perizonius? nullum plane. Unde didicit, Africanum addidisse ad nomen Sefostris, qui longe superius vixit, descriptionem Sefostris Herodoteæ? Nusquam quidem sed hypothesei *θαλευειν* oportebat. Rursum objicit Manethonem apud Josephum pag. 1047. sed hunc discussimus antea, et monstravimus nihil prodesse Viro docto. Cap. IX. pag. 132. vibrat quasi Achilleum argumentum, 'Supervacuum pene est, ut addam, in re jam satis demonstrata, etiam novum argumentum. Etenim si Rehabeami tempore demum vixit Sefostris, & tantum imperium suis successoribus, ultra sæculi integri spatium reliquit possidendum, quid dicemus tunc Assyriorum Imperio addidisse? certe enim vetustior illo tempore fuit Ninus & Semiramis, atque adeo viguit tunc saltem Assyriorum nomen & potentia. Porro autem tradunt Diodorus Siculus Lib. II. pag. 77. & Vell. Paterc. 1. 6. Sed disertissime omnium Cephalio apud Syncell. pag. 167. ita successisse Assyrios Reges semper prioribus ut esset *ὡς πρὸς πατέρος* &c. Sed hæc plane antea refutavimus. Miror porro tantum Virum, adeo misere sese in istoc luto inquinasse, et tam densum Authorum agmen quasi pro se alligasse, quorum pene singuli ipsius causam plane jugulant; ut subeat animum illud Comici,

*Faciunt na intelligendo, ut nihil intelligant.*

CAP.

*Sententia Herodoti de SESOSTRE, excu-  
titur.*

6. I. **E**Vicinus haecenus abunde ut opi-  
namur, Sesostrim, ut a vulgo  
Scriptorum describitur, nunquam spirasse:  
Plura tamen supersunt in Herodoto quæ  
nostram Sententiam amplius confirmant, &  
alia quæ animadversionem omnino meren-  
tur. Nam Lib. II Cap. 102. Postquam  
magnificam expeditionem Sesostris per Ru-  
brum Mare enarrasset, ita pergit. Εὐθεὺς γὰρ  
δὲ ὡς ὀπίσω ἀπῆκετο εἰς Αἴγυπτον, κατὰ  
τῶν ἱερῶν τὴν Φατιν, στρατὸν πολλὸν τῶν  
λαβῶν ἤλαυνε διὰ τῆς ἡμετέρας &c. *I*linc ubi retro  
sein *Ægyptum* recepisset, secundum Sacerdo-  
tum commemorationem, coactio ingenti exercitu  
per continentem perexisse; omnesque gentes,  
quæ occurrent subegisse. Et quasunque earum  
vinciscebatur sortes & vehementer studiosas  
libertatis, in earum regionibus Cippos statue-  
bat, indicantes per literas suum nomen & pa-  
triam, & quemadmodum ipse illas suis viribus  
subegisset: quarum vero urbes nullo prælio &  
facile cepisset, harum cippis inscripsit eadem, quæ  
scripserat eis gentibus, quæ viriles extiterant;  
atque etiam adscripsit muliebria genitalia, pla-  
num facere volens illas imbelles extitisse. Et  
Cap 106 Titulorum quos Sesostris rex *Ægypti*  
per regiones erexit, pluresque jam patet non su-  
peresse

peresse, quosdam vero in Syria Palaestina ipse  
vidi superstites, & inscriptas, tum quibus dixi  
literis, tum mulieris genitalibus. Jam quis  
credet has Gentes, Sesoistre remeante, per-  
mittere voluisse ignominiosos istos cippos  
ibi conspici. Sed, quis inquires istos cippos  
posuit? Puto igitur Ægyptios, solita sua  
vanitate, cum vidissent nescio quas insculptu-  
ras, persuasisse inter alios Herodoto & for-  
san tibi, has pertinuisse ad Sesoistis sui ficti-  
tii victorias. Ille autem postea his cippis  
visis, Sacrificulis Ægyptiis, hos a Sesoistre  
positos, inepte credidit. Hæc fabula est pla-  
ne ejusdem comatis, cum alia ejusdem Au-  
thoris, Lib. III. Cap. 38. *Δυναμὸς τε πάν-  
τᾳ ὅτι ἐπιπλέατω πρῶτον μὲν νῦν τῶον ποι-  
ησάμενος λίθου ὅς.* Idem, nempe Darius, Vi-  
ribus omni ex parte stabilitis, ante omnia quum  
effigiem fecisset lapidem statuit, cui inerat ani-  
mal, viresque, inscriptis in hac verba literis,  
**DARIUS, HYSTASPI FILIUS,**  
**TUM EQUI VIRTUTE,** (cujus nomen  
legebatur) **TUM OEBARIS EQUI-**  
**SONIS, PERSARUM REGNUM**  
**ADEPTUS EST.** Si credamus igitur He-  
rodoto, Darius sacratissimum Imperii arca-  
num divulgavit; & quod putabatur Deorum  
responsum, omnibus notum fecit. Et pro-  
inde periculum erat, ne & Regno, & vita  
ei, constitisset. Sed nullus mentis compos,  
Darium adeo desipuisse persuadebitur vide  
ipsam



ipsum Herodotum Lib. c. Capit. 84. 87.  
& Justinum Lib. I. Cap. 10.

§. II. Sed redeamus ad *Euterpen*; cum narrasset Cap. 103 Sesostris victorias per Asiam minorem, & partem aliquam Europæ, sic pergit. *Hinc digressus retro abiit, & postea quam ad Phasin flumen subsedit, quid inde contigerit, non habeo liquide dicere, utrum ipse rex Sesostris, diviso suo exercitu, partem qualemcunque reliquerit ad eam regionem incolendam, an aliqui militum pertasi peregrinationis errorem circa fluvium Phasin subsisterint.* Sed mirum est egregios istos sacerdotes, quos si Diis placet, nihil latuit; non potuisse exacte narrare, quid Sesostris copiis ad Phasim contigerit. Flaccus, ut audivimus, eum ibi victum dicit. Locus Flacci est turbidus, sed Plinius Lib. XXXIII. Cap. 3. idem disertius narrat. Et Justinus, ut antea notavimus; *Sesostrin*, quem ille *Vexorin* appellat, fugatum a Scythis usque in Ægyptum. Jornandes in *Rebus Geticis* idem asserit. *Tunc, ( inquit ) ut fertur, Vesoces Scythis lachrymabile sibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros prisca tradit autoritas. De quibus Feminas bellatrices & Orosius in primo volumine professa voce testatur.* Orosius antiquior Jornande, Lib. I. Cap. 14. habet eadem, quæ Justinus sed de suo addit hanc expeditionem contigisse Anno 480 ante U. C. De suo inquam addit, quoniam nemo

Anti-

antiquorum, tempus fabulosæ hujus expeditionis determinare ausus est. Et Justinus ex quo ille habet, 1500 annos ante Ninum, Vexorem locat. Ex jam dictis jure inferes, hanc expeditionem Ægyptiorum in Scythiam, vel Colchida, vel eam Scytharum in Ægyptum, nunquam extitisse: sed utramque esse mendacium, ignarorumve mortalium cerebelli prolem, qui quisque gentem suam per fas aut nefas, prodigiose extollere fatagebant. Meminit quoque Sesostris Arrianus ex Megasthene, in Libro de *Indicis*, ita scribens. *Sesostrim Ægyptium, magna Asia parte subacta, quum in Europam usque cum exercitu processisset, retrocessisse, pedemque retulisse. Indathyrsim autem Scytham e Scythia profectum, multas Asia gentes debellasse: Ægyptum etiam Viciorem adiiisse: Et* Lucanus Lib. X. v. 275.

*Venit ad occasum, mundique extrema Sesostris  
Et Pharios currus Regum cervicibus egit.  
Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.*

§. III. Sed revertendum est nobis ad Halicanasseum nostrum, qui Cap. 104. sic pergit *Φαίνονται μὲν γὰρ ἔδοντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιον, &c.* 'Nam Colchi videntur Ægyptii esse: quod ipse prius cogitatum quam ex aliis auditum refero. Cujus rei quum mihi cura incessisset ut utrosque percontarer, magis Colchi reminiscebantur Ægyptiorum, quam Ægyptii Colchorum. Dicebant

bant autem Ægyptii se opinari Colchos e  
 Sesostris esse exercitu. Ipse autem ex hoc  
 conjectabam, quod atro colore sunt & cris-  
 po capillo, tametsi hoc pro nihilo putari  
 posset, quum & alii sunt hujuscemodi.  
 ἀλλὰ τοῖσι δὴ καὶ μᾶλλον, ὅτι μῆνοι παντῶν  
 ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίορες  
 περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Sed ma-  
 gis etiam inde quod soli omnium hominum  
 Colchi & Ægyptii & Æthiopes ab initio  
 pudenda circumcidunt. Nam & Phæni-  
 ces & Syri, qui sunt in Palæstina, didicif-  
 se ab Ægyptiis & ipsi confitentur. Syrii  
 vero qui fluvium Thermodontem & Par-  
 thenium accolunt, & horum contermini  
 Macrones, a Colchis se nuper didicisse  
 aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt qui  
 circumciduntur: Et apparet eos hoc facere  
 more eodem Ægyptiis. Ipsi vero Ægyptii  
 atque Æthiopes, non queo dicere utri ab u-  
 tris didicerint: nam videtur esse aliquid  
 antiquum. Sed quod ex Ægypto, quum il-  
 lic commercium haberent, didicerint, mag-  
 num mihi conjectanti robur est, quod Phæ-  
 nices quotquot cum Græcis commercium  
 habent, non amplius circa virilia imitantur  
 Ægyptios, sed eorum qui nascuntur,  
 virilia non circumcidunt. Herodo-  
 tum Ducem sequuntur plerique Græco-  
 rum Diodorus Siculus Lib. I. Pag. 17.  
 Το τε (inquit) τῶν κόλχων εθνός &c. Col-  
 chorum etiam nationem ad Pontum, & Ju-  
 deorum

• dæorum Arabibus interjectorum & Sy-  
 • ris ab Ægyptiis egressos quidam condi-  
 • derunt. Ideoque per antiquam traditionem  
 • in usu his gentibus esset, ut pueros apud  
 • se natos ritu, ab Ægyptiis derivato, cir-  
 • cumcidant. Et Strabo Lib. XVII. pag.  
 • 824. ἡ τῷτο δέ τῶν ζηλουμένων μάλιστα  
 • παρ' αὐτοῖς &c. ' Id de maxime laudatis  
 • eorum moribus est, quod omnem prolem  
 • educant, circumcidunt etiam mares; & fæ-  
 • minas excidunt, quod Judæis est legiti-  
 • mum, qui ( ut supra diximus cum de eis  
 • loqueremur ) origine sunt Ægyptii. Stra-  
 • bo, ut mihi videtur sibi repugnat, dum Lib.  
 • XVI, pag. 761. plane innuat multo post  
 • Moſen, circumſiſionem per ſuperſtitionem  
 • fuiſſe introductam. Celfus apud Originem  
 • Lib. I. pag. 17. ait *Judæos circumſiſionem*  
 • *mutuatos fuiſſe ab Ægyptiis*. Origenes autem  
 • hoc negat, & aſſerit, Abrahamum fuiſſe  
 • primum mortalium qui circumciſus erat.  
 • Μετὰ ταῦτα τὸ περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα μὴ  
 • διαβαλὼν ὁ Κέλſος ὑπὸ Ἰουδαίων γιγνομένου,  
 • Φησὶν ἀπὸ Αἰγυπτίων αὐτῷ ἐληλυθέναι &c.  
 • *Post hæc circumſiſionem pudendorum non re-*  
 • *prehendens Celfus Judæos uſitatam, ait eam*  
 • *mutuatos ab Aegyptiis, malens Aegyptiis cre-*  
 • *dere, quam Moſi, qui reſert primum mortalium*  
 • *circumciſum Abrahamum.*

§. IV. Jam Herodotus, ejuſque ſequaces  
 diſcutiendi ſunt. Joſephus Lib. I. contra A-  
 pionem

pionem pag. 1047, hæc habet Και μὲν εἰδὲ  
 Η' εὐδοτος ὁ Ἀ' λικαρνασσὺς ἡγνόνηκε ἡμῶν το  
 εἶνος &c. ' Verum neque Herodotus Hali-  
 ' carnasseus nostram ignoravit gentem, sed  
 ' quodammodo ejus meminisse cognoscitur.  
 ' De Colchis enim referens, in secundo li-  
 ' bro sic dicit: Soli autem inter omnes Col-  
 ' chi, & Ægyptii, & Æthiopes, verenda ab  
 ' initio circumcidunt. Phænices vero, &  
 ' Syri, in Palæstina confitentur hoc  
 ' ab Ægyptiis didicisse, Syri autem qui  
 ' circa Thermodontem & Parthenium fluvi-  
 ' um commorantur, & his vicini Macrones  
 ' a Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi nam-  
 ' que sunt inter homines soli, qui circum-  
 ' ciduntur: & isti sicut Ægyptii facere di-  
 ' cuntur. De Ægyptiis autem & Æthiopi-  
 ' bus dicere non possum utri ab alteris di-  
 ' dicere. Dixit ergo Syros, qui in Palæsti-  
 ' na sunt, circumcidi. Omnium autem qui  
 ' habitant Palæstinam, soli Judæi circum-  
 ' ciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit.  
 Et Lib. I. *Antiq.* Cap. 11. προσετάξε δὲ το  
 ἄτω, αὐτὲς γένος, Βελόμενος μένειν τοῖς ἄλλοις  
 μὴ συμφορόμενον, περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα ἢ  
 τῷτο ποιεῖν ἐγδὼν ἡμέρᾳ μετὰ τὸ γεννηθῆναι.  
*Fussit etiam genus ipsius viz. Abrahami, quod  
 nolebat cum aliis permixtum, pudenda circum-  
 cidit, idque octava die nativitatis. Clarissi-  
 mo Jacobo Gronovio in h. l. Herodoti,  
 turgescit vitrea bilis, in Josephum, & in om-  
 nes Judæos, quoniam hæc dixerat. Excus-  
 sat*

fat primum Herodotum, quia Hierosolyma tunc vix a gravi lapsu erant recipientia spiritum. Verum est hoc fateor, sed tunc Herodotus non debebat hæc dicere, sine exceptione. Sed Itane? (inquit Gronovius) an quia tempore certo non circumcidebantur habitantes in Palæstina, propterea id nec nusquam contigit, nec tempore posteriori, nec illo, quo vixit Herodotus, aut ullo alio usque ad Iosephum, qui ita sustinuit negare, præter Judæos circumcidi suos quosdam incolas vidisse Palæstinam? Miror hæc excidisse Viro docto. Iosephus enim non tenebatur hanc suam negationem sustinere, nisi solo tempore Herodoti: Ad Flavium minime pertinebat quid actum erat, vel ante vel post tempus Herodoti. *Huetius*, pergit, *in arctum compulit Iosephi istam declarationem.* Ast ubi non dicit, & in sua *Demonstratione Evangelica* si intelligo Gronovium; plane contrarium habet. Innuit Ammonitas fuisse circumcisos; Sed quid hoc ad Iosephum, quum non constet eum eos inter Palæstinæ incolas numerasse, nec debuit; Nam non solum eos extra Jordanem, sed etiam extra Galaditicam, sedes habuisse certum est.

§. V. Sed pergit eruditus Gronovius *Et quum Arabes obtinuerunt Azotum, & alia Palæstinæ emporia ad mare mediterraneum habuerunt in potestate, an tunc quoque valere po-*  
tuit

tuit ista pronuntiatio Josephi? Potuit, respondere, nam notum est Idumæos fuisse hos Arabas, qui aliquamdiu prævaluerunt in his oppidis: Sed æque notum est, eos ante Hyrcani Tempora, quamdiu nescimus, fuisse circumcisionem & tandem ab eo illam admittere compulso fuisse, ut patet ex Josepho Lib. XIII Cap. 17. Porro constat ex I. Maccab. Cap. X. Commat. 83. 84. 85. incolas Azoti tempore Jonathæ haud multum ante Hyrcanum, omnino fuisse præputiatis. Sed jure hic quæres quid moverit Paganos, ut dixerint Ægyptios ἀπ' ἀρχῆς fuisse circumcisos, & Judæos ab eis hunc ritum mutuatos? Respondeo, constabat apud omnes, Judæos sive Israelitas, fuisse in Ægypto, & inde in Palestinam migrasse. Opinabantur igitur Ethnicis, omnis veræ antiquitatis ignari, eos Ægyptiorum fuisse colonos. Rursum constabat in ætate Herodoti, & deinceps, nam ille est antiquissimus Historicorum quibus hodie gaudemus, hunc ritum esse usitatum ab Ægyptiis, saltem a quibusdam eorum; Quare putabant Judæos eum mutuatos ab Ægyptiis, minime vice versa. Sed constat ex ante dictis, & demonstratum est ex Ethnicorum consentientibus testimoniis, Judæos nequaquam ab Ægyptiis, sed aliunde suam derivasse Originem: quibus addimus Diogenem Laertium ita scribentem Κλεαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας, ἢ τοὺς γυμνοσοφιστὰς ἀπογο-  
νοὺς

νοὺς εἶναι τῶν μαγῶν Φησιν. ἐνιοὶ δὲ καὶ τοὺς  
 Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶναι &c. *Clearchus ve-*  
*ro Solensis, in Libro de disciplina, Gymnoso-*  
*phistas a Magis fluxisse asseruat: plerique &*  
*Judeos ab his duxisse Originem tradunt. La-*  
*ertius hic in veritatem certe incidit; Nam*  
*Judæi à Chaldæis orti sunt, ubi Magos*  
*primam sedem habuisse certum est: Nec*  
*dubitandum Persarum Magos, & Indorum*  
*Gymnosophistas, a Chaldæis fuisse oriun-*  
*dos. Et Taciti Histor. Lib. V. Cap. 5.*  
*hæc expressa verba sunt. Circumcidere ge-*  
*nititalia instituire, ut diversitate noscantur. Trans-*  
*gressi in morem eorum idem usurpant. Hic pa-*  
*tet Tacitum censisse cum Josepho, Abra-*  
*hami posteros primum solos fuisse circum-*  
*cisos, alioquin non potuisse eos hoc ritu*  
*ab omnibus aliis dignosci. Atque hic non*  
*inepte transcribentur verba Sanchoniatho-*  
*nis apud Eusebium Lib. I. Prepar. Evan-*  
*gel. Cap. 10. λοιμὸς δὲ γενομένης καὶ φθορᾶς*  
*τοῦ ἐκ τῆς μονογενῆς υἱοῦ κρόνου Οὐρανῶ πατρὶ*  
*ὀλοκαρποῖ καὶ τὰ αἰδοῖα ὡς ἐρετμύονται, τὰντὰ*  
*ᾠοῖσσι καὶ ἴδῃς ἀμ' αὐτῷ συμμάχους κατανάγ-*  
*κᾶσθαι. Saturnus dira pestilentia inclementia exi-*  
*tioque commotus, filium, quem unum ex legitima*  
*uxore susceperat, Cælo patri totum flammis con-*  
*sumptum immolat, tum ipse verenda præscindit,*  
*sociosque omnes ad simile factum per vim adigit.*  
 Notandum imo. has res gestas fuisse in Phæ-  
 nicia, seu Canaan, ut inspicienti has reli-  
 quias Sanchoniathonis apparebit. 2do. Ob-  
 tulisse



tulisse Saturnum primogenitum suum, in holocausto Coelo, seu Deo Coeli. 30. *Se & juos circumcidisse.* Hic planum est Dæmonis astutiam Abrahamum, in Saturnum, qui nunquam extitit, transformasse. Sed id quod potissimum observare convenit, est, quod Sanchoniathon loquatur de factis his Saturni ut plane insolitis.

§. VI. 2do Loco. Quæri potest quo pacto circumcisio primum in Ægyptum introducta sit? Magnus Bochartus dicit *Ritum circumcisionis ex Abrahamo ad Arabes, & ex Arabibus, ad Aegyptios, mansisse.* Clarissimo Witfio in, *Aegyptiacis Lib. III. Cap. 12* videtur circumcisio mansisse ad Aegyptios, per Josephum Patriarcham. Jam nec hujus, nec illius, sententiam impugno: Sed animi mei sententiam expromam. Reor igitur Israelitis miraculosa plane ratione Ægypto egredientibus, & persecutoribus in mare submersis, subiisse tandem in animum Ægyptiis, circumcisionis ritum eos conservasse, defectumque ejus suis cladis causam extitisse: Postea hi Ægyptii quum didicissent Israelitas, toto tempore quo in deserto fuerunt nequaquam usos hoc ritu circumcisionis, & insuper horrendis cladibus non solum ab hominibus, sed etiam a Deo affectos, confirmati erant in sua opinione; nempe circumcisionis ritum instar carminis cujusdam, Israelitas quamdiu observatus erat

erat, tutatum fuisse. Ægyptii igitur exprobrarunt Israelitis culpam neglectæ circumcissionis; dixeruntque propter illam a Deo suo odio habitos; & sic explico *Josh. Cap. V. Com. 8.* *Jam devolvi opprobrium Ægypti a vobis.* Cæperunt igitur ab eo tempore uti circumcissionis ritu, rati eum fore contra plurima mala, potentissimum amuletum. Nam causam ejus ritus inter eos quam tradit Herodotus *Lib. II. Cap. 37.* videtur esse ridicula. Τὰ τε αἰδοῖα (inquit) περιταμνόνται καθ' ἰσχυρίαντος ἔλυνεν πρωτιμῶντες καὶ θάρσοι εἶναι ἢ εὐσεβεῖς εἶναι. 'Virilia circumcidunt munditiæ gratia; pluris facientes se mundos esse quam decoros. Ac si homines non possunt consulere munditiæ & salubritati, sine circumcissione. Atque hic quaestio potest suboriri, an vulgus Ægyptiorum circumcideretur, vel Sacerdotes tantum? Herodotus videtur asserere prius, his verbis Τὰ αἰδοῖα (inquit *Lib. II. Cap. 36.*) ἄλλοι μὲν εἰσι ὥς ἐγενοντό πλὴν ὅσοι ἀπὸ τῶντων ἐμαθον Αἰγύπτιοι δὲ περιταμνόνται. 'Virilia, alii tantum relinquunt prout nata erant, præter eos qui ab istis didicerunt Ægyptii circumcidunt. Idem videtur asserere Diodorus; tamen de re tota dubitare nos faciunt verba Clementis Θαλῆς δὲ φασὶν εἶναι τὸ γένος, &c. 'Thales autem cum esset Phænix genere (inquit *Lib. I. Stromat.*) etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur: Sicut etiam Pythagoras cum

‘ iis ipsis, propter quos etiam fuit circum-  
 ‘ cisus, ut adyta ingrediens, Aegyptiorum  
 ‘ mysticam disceret philosophiam. Ex his  
 forsan recte concludes, solis initiandis cir-  
 cumcisionem necessariam existimatam fuisse.  
 Nam vulgo non patebat ad Aegyptiorum  
 mysteriis aditus. Confirmatur hæc ex Ori-  
 ginis verbis Homil. V. in *Jeremiam*  
 περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἢ περιτέμεθε τὴν  
 ἀρροβύστιαν τῆς καρδίας ὑμῶν. &c. ‘ Circum-  
 ‘ ciduntur, secundum id quod sensibile est  
 ‘ inquam, non solum hi qui ex circum-  
 ‘ cisione sunt secundum legem Moysis, ve-  
 ‘ rum etiam alii multi Aegyptiorum. Ido-  
 ‘ lis Sacerdotes circumciduntur; sed ista cir-  
 ‘ cumcisio Idolis circumcisio est, & non est  
 ‘ circumcisio quæ sit Deo: at illa Judæ-  
 ‘ orum fortassis omnino tunc fiebat Deo.  
 Et Anaxandrides apud Athenæum Lib. VII.

*Nobis Sacerdotes petit Lex integros,  
 Arcentur a vobis procul tales Viri.*

Hoc si verum sit, facile conciliabis *Je-  
 remia* Cap. IX. Com. 26. atque illa quæ  
 producta sunt ex Herodoro & Diodoro. Re-  
 stat etiam alia via conciliandæ Prophetam,  
 atque hos Exoticos; nimirum Aegyptios non  
 habuisse circumcisionem pro Sacramento,  
 ut habuere Judæi: Sed pro amuleto ad a-  
 verruncandos Dæmones, & ejusmodi mala.

§. VII. Dictum jam de circumcissione Aegyptiorum; Dicendum paucis de circumcissione eorum colonorum: Et hi dicuntur Colchi, Aethiopes, & Judæi. Herodotus, ut vidimus, satis diserte dicit Colchos, esse Aegyptiorum progeniem; id multis rationibus confirmare nititur Bochartus *Phaleg. Lib. IV. Cap. 31.* Sed antequam ad eas solvendas progrediamur, notandum est id, quod Vir maximus pro fundamento ponit, Colchos nimirum, eosdem esse cum Casluchæis memoratis *Genes. Cap. X. Com. 14.* esse admodum debile, utpote nixum nuda similitudine nominum; multos igitur Authores citat, qui asserunt eos Colchos comites fuisse Sesostris, et ab eo in eis terris quæ postea Colchis dictæ sunt, locatos. Sed Authores hi post Herodotum floruerunt, & ut par est credere, ab eo hauserunt. Et quam parum mereatur ille fidei hac in re, prius demonstratum est. Sed Vir summus hanc sententiam rejecit, & recte credit cum Josepho verum Sesostrin esse alium præter Schifakum, & Casluchæos quos ille vult Colchos haberi, multo antea migrasse ad ora Euxini maris. Absit tamen ut Aegyptios ( inquit ) credamus jam cepisse circumcidi, tum cum ex Aegypto in Colchidem Casluchi migrarunt. Nam ex Abrahamo ad Arabes, & Arabibus ad Aegyptios manavit circumcissionis ritus. At Casluchos & Caphtoræos ex Aegypto migrasse

'grasse certum est ante Abrahami tempora.  
 'Credibile est Colchos, qui Aegyptii gene-  
 'ris sese esse non ignorabant, ut expresse  
 'habet Herodotus, aliquot post migratio-  
 'nem sæculis recepisse hunc ritum Aegyp-  
 'tiorum æmulatione, ut hac in parte patris-  
 'sarent. Bochartus igitur ut dictum est, rec-  
 'te negat Colchos fuisse ex Comitibus Se-  
 'fosfris: Mordicus tamen tenet eos esse so-  
 'bolem Aegyptiorum; *Interim* (inquit) pag.  
 324) 'id manet Colchos esse sobolem Ae-  
 'gyptiorum; neque enim id Herodoto com-  
 'pertum fuit ex sola fama, quæ

*Tam ficti prævique tenax quam nuncia  
 Veri est.*

'Sed & ex eis indiciis, quæ nemo pru-  
 'dens rejecerit. Primo enim Colchos obser-  
 'vat perinde atque Aegyptios fuisse μελαγ-  
 'χεος atri coloris, & ἐλὸτριχας crispi ca-  
 'pillitii. Hoc lubentes concedamus, & ille  
 variis Authorum testimoniis evincere vide-  
 tur, tamen ejus sequela, nimirum ergo *erant*  
*Aegyptiorum joboles*, est plane tanto viro in-  
 digna. Posterius Cush sive Aethiopes erant sa-  
 tis μελαγχροες נִיִּי כוֹשׁ הַהִי Nūnquid  
 vertet *Aethiops pellem suam*. Nemo tamen  
 concludet posteros Cush, esse posteros Mitz-  
 raimi. Secundum argumentum Herodoti  
 quod urget Bochartus, hoc est. 'Addit He-  
 'rodorus circumcisionem tam fuisse in usu  
 apud

‘ apud Colchos quam apud Aegyptios & Aethiopes, neque id ex recenti instituto, sed  
 ‘ αὐτὸ ἀρχῆς ab initio. Sed Bochartus perne-  
 gat hoc effatum Herodoti, viz. Quod cir-  
 cumciserant Colchi ab initio, ut antea vi-  
 dimus. Debit ergo suspectas habere haril-  
 olationes Herodoti, quibus iuxta hæc scrip-  
 serat. Sed recolendum, quænam fuerit ex Bo-  
 harti verbis conclusio, nimirum *Colchos esse*  
*Ægyptiorum sobolem*; cuius contrarium af-  
 firmat ipse, dum dicit, *Arabas prius ritu*  
*circumcisionis fuisse usos*. Et omnino censeo,  
 Casluchæis illo tempore non fuisse opus  
 tam longinqua peregrinatione, ad quæren-  
 das sedes, quum liber Genesews suadet ip-  
 sam Aegyptum raros admodum habuisse in-  
 colas: huic sententiæ Vir doctissimus tan-  
 tum non subscribit. *Casluchos* ( inquit pag.  
 323 ) *Hic dicit Moses Aegyptiorum esse ἀπογόνους,*  
*ἔτι Φιλισταίων ἀπογόνους.* Hos si Colchos  
 esse dixerō, qui ab Aegypto & Palaestina tanta  
 terrarum sunt intercapedine diffiti, vix impetra-  
 bo fidem. Existimo igitur cum Doctissimo  
 Stuckio, si verum sit Colchos Herodoti sæcu-  
 lo fuisse circumcisos, eos fuisse ex poste-  
 ris decem tribuum, quos Salmanassar abduxit.  
 Nam constat ex sacra Scriptura post regnum  
 scissum, fuisse varios pios homines inter de-  
 cem tribus; immo post captivitatem Assy-  
 riacam, idem constat ex Libro Tobiae, &  
 quamvis Israelitæ isti fuerunt miserrimi, plu-  
 res tamen eorum potuerunt variis mediis

&

& modis, nancisci libertatem, præsertim cum non longum iter erat a Media in Colchidem. **Εκ' αὐτῆς καλχιδος** (inquit Herodotus Lib. I. Cap. 104. ) ἔ πολλόν υπερβῆναι ἔς τὴν Μηδικὴν ἀλλὰ ἐν τό δια μέσθ ἔθνος αὐτῶν ἔστι Σαυώσιος. **E** Colchis vero non ita longo itinere pervenire potest in Mediam, sed una duntaxat Natio interjecta est, Sapires. Aliud argumentum habet Herodotus, & post eum Bochartus, quod *soli Colchæ, & Aegyptii linum eodem modo elaborant*. Sed hoc argumentum minime premit; nam plerumque a quavis gente, quantum nos novimus linum pari modo elaboratur. Intercedit hic Gronovius, contenditque nixus ut ait membrana Medicea, textum Herodoti aliter interpungendum, quam est in impressis. viz. λινον μὲναι ἔτοι τε καὶ Αἰγυπτίοι ἐργάζονται. κατὰ ταῦτα καὶ ἡ ζῶη πασῶν &c. Et forsitan hæc legendi ratio vindicaret Herodotum, probaretque Ægyptios & Colchos esse consanguineos, si calluisset linguam utriusque gentis; & aliquam copiam exemplorum assignasset earum rerum, quæ ita utrique genti convenirent; ut de nullis aliis populis affirmari posset, quorum neutrum verum est.

§. VIII. Sed ad Bochartum redeamus, colligit ille aliquot exempla rerum, quæ quidem utrique genti conveniunt: sed pariter aliis quoque populis. v. g. *Nam Ægyptiorum*

*gyptiorum Dii Sol & Diana, etiam a Colchis maxime culti. Hoc verum, sed nihil ad rem. Nam quæ amabo Gens, exceptis Hebræis hæc altra non coluit? Item dicit Regem Colchorum, & Regem Ægyptiorum, vocatos fuisse Solis Filios. Sed etiam ita vocatur Rex Syrorum Benhadad, nam Benhadad est filius Solis, & Æsculapius, & nescio quot alii, dicebantur filii Apollinis; quo vocabulo Sol designatur. Dicit quoque Bochartus in *Leucotheca* templo quod in Colchide est, non sacrificari  $\chi\rho\iota\upsilon\upsilon$ , & in nulla Provincia Ægypti præter Nitriotem, sacrificari  $\pi\rho\sigma\beta\alpha\tau\omega\upsilon$ . Sed an hoc exemplum multum inserviat hypothēsi Viri doctissimi, judicent alii. Sed etiamsi id faceret, una hircundo non facit ver. Jam ut puto ostensum est rationes Herodoti, & Bocharti eum secuti, quibus probare nituntur Colchos fuisse coloniam Ægyptiorum, plane nullius esse ponderis.*

§. IX. Perpendamus jam reliqua Herodotæi contextus; ad quæ elucidanda notandum imo. videri hoc de consanguinitate Colchorum cum Ægyptiis, Herodoti somnium, leviculis conjecturis innixum. 2. Ex nullis publicis tabulis Herodotum istam relationem habuisse. Dicebant (inquit) autem Ægyptiis se opinari Colchos e Sesostris esse exercitum. 3. Suum primum argumentum ex similitudine colorum, deferere Herodotum cum dicit,



dicit, *tametsi hoc pro nihilo putari posset, quum  
 & alia sunt ejusmodi* 4. Quum dicit, *hi e-  
 nim ex hominibus soli sunt* &c. apparere vel  
 prorsus ignorasse res Judaicas, vel ex ma-  
 litia eorum nomen suppressisse. 5. Ignoran-  
 tiam suam prodidisse quum dicat *Hos tres  
 populos ab initio circumcisos fuisse*. Nam con-  
 stat ex tota ejus historia, eum plane nihil  
 de initio rerum & Regnorum scivisse. 6.  
 Videri eum sponte & malitiose mentitum  
 fuisse, cum dicat *Syros qui sunt in Palaesti-  
 na, sateri se didicisse ritum circumcisionis ab  
 Aegyptiis*. Nam nullus ejus hyperaspiston  
 potest ostendere alios Palæstinæ incolas,  
 præter Judæos, eo tempore hoc ritu fuisse u-  
 ios, 7. Cum dicat *Ipsi vero Aegyptii at-  
 que Aethiopes, non quo dicere utri ab utris  
 didicerint*. &c. Videri eum hariolari de re  
 tota; & de vera antiquitate, nihil habuisse  
 notitiæ. 8. Ex his verbis, *Sed quod ex Ae-  
 gypto* &c. effutire suam insipientiam, nam  
 variæ procul dubio gentes, commercium  
 habuerunt cum Aegyptiis. qui circumcisi-  
 onem ab eis non didicerunt; ut Judæi, &  
 Arabes. Aethiopes igitur aliunde, quam ab  
 Aegypto, eum ritum discere potuerunt. Sa-  
 tis porro commercii Philistæi procul dubio  
 cum Aegyptiis vicinis suis, & progenito-  
 ribus, qui tamen non circumcisi erant, ha-  
 buerunt.

§. X. Quærendum jam unde, si Æthio-  
 pes

pes circumcisi fuerint, ad eos ritus ille traductus sit. Et respondemus Occidentales Æthiopes (nam illam distinctionem Æthiopum in Orientales & Occidentales, non solum Herodot: Lib. VII. Capit. 69 70. Sed & Homerus Odyss. α norat) habuerunt ab Orientalibus, seu Arabibus. Nam certum est Orientales Æthiopes esse Arabes, quorum plurimi descenderunt ex *Abrahamo*, atque hos esse *ὑπογονας* plerorumque Occidentalium, sive Africanorum Æthiopum. Et ut ingens illa Peninsula inter Perlicum sinum, & Arabicum cæpit referriri usque ad Australe mare, prope quod sunt angustiae quæ nunc Babelmandel audiunt: multi his transfretatis in Africam se contulerunt, & ritus patrios, et inter eos circumcisionem secum transfulerunt; licet multi alii qui Æthiopes vocati sunt, hoc ritu nunquam sint usi. Opinor tamen plerosque non solum ex Occidentalibus, sed etiam Orientalibus nempe Arabibus, procedente tempore usum ejus deseruisse, quod suadent verba *Jerem.* Cap. IX. Comat. 25. 26. Diodorus scribit Lib I. Pag. 17 *Judæos derivasse circumcisionis ritum ab Ægyptiis* Εξ Αἰγυπτῶ μετένηνεγμένους τὸ νομῖμον. Sed a Strabone Diodorus contradicitur, clare innuente Lib XVI Pag. 761. Hunc ritum post egressum populi a superstitione excogitatum. Porro nemo

præter

præter Diodorum hæc asserit, viz. *Circumcisionem accepisse Hæbreos ab Ægyptiis*. Et quidem demonstrant suam vanitatem Ægyptii, quum finxerint Hæbreorum gentem ex se oriundam: Eadem mendaciorum feracitate non erubuerunt venditare Babylonios pro sua colonia, ut idem Diodorus habet Lib. I. Pag. 17. Justinus tamen & Tacitus, ut hæcenus vidimus, affirmant Judæos aliunde in Ægyptum venisse. Quinimo Manetho Ægyptius eorum ingressus, ut quoque egressus, meminit. Sic Josephus Lib. I. Contra Apionem Pag. 1042 Δύο τοινύν ( inquit ) ὁ Μανεθῶν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτυρήσεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτιαῖς Γραμμάτων πρῶτον μὲν τὴν ἑτερωθεὺς ἀφίξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκείθεν ἀπαλλαγὴν ὅσως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις ὥς ἐγγυς ἢ προτέραν αὐτῇ τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. *Duas igitur res maximas pro nobis ex Ægyptiis literis protestatus est Manetho: primam quidem, quia aliunde venerunt in Ægyptum: deinde egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut pene mille annis bellum præcedat Iliacum.* Idem Manetho, & ille solus, multa habet de peregrinis pastoribus Ægyptum invadentibus, & ultra 500. Annos eam gravissime affligentibus; quæ statuebam examinare, & probare hos pastores esse Israelitas larvatos ab Sebennytico. sacrificulo. Sed prævenit Eruditissimus Perizonius, & demonstravit efficacissime non esse diver-

fos

fos ab Israelitis ; & proinde supersedeo huic labori, quum nihil pene ejus diligentia reliquerit. Vide *Ægypt. Antiq. Capit. XVIII. XIX. XX.*

§. XI. Manetho iste habet plura notatu digna, ex quibus sunt hæc sequentia Εὔγενετο ( inquit apud Josephum Libro I. contra *Apionem* ) Βασιλεύς ἡμιν Τιμαὸς ὀνομα ἔπι τὰς ἐκ δίδια ὅως ὁ Θεὸς αὐτὸν πνεύσε καὶ παραδοξὼς ἐκ τῶν ὡρὸς ἀνατολὴν μερῶν ἀνδρωποὶ τὸ γένος ἄσημοι, καταθάρρησαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἀνέστραψαν Ἐς. *Fuit nobis Rex Timæus nomine, sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit : Et præter spem ex partibus orientalibus homines, genere ignobiles, adepti fiduciam in provincia castrametati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterque ceperunt : Et Principes ejus alligantes, de cætero Civitates crudeliter incendere : & Deorum Tempia evertere.* Postea dicit Manetho ex compacto inter illos & Themosin Regem, Hycsos, seu Pastores, Ægyptum reliquisse, abportatis secum facultatibus, & per Desertum in Judæam abiisse : Sic Israelitæ consentiente, imo hortante Pharaone & omnibus Ægyptiis, ex Ægypto migrarunt, bonis secum assumptis. Has duas relationes, nimirum, Moïsi atque Manethonis, in hoc quod modo dixi convenire, haud scio, an a quopiam observatum. Sed quod præcipue in Manethonis Verbis notandum est, quod dicat hosce pastores

res evertisse Tempia Deorum; hoc est id ipsum quod Dominus dicit *Exod. Cap. XII. Com. 12. Et in omneis Deos Ægyptiorum exerciturus sum judicia, ego Jehova. Et hoc legitur fuisse impletum Numer. Cap. XXXIII. Com. 4. Artapanus apud Eusebium Lib. I. Cap. 27. dicit τὸ δὲ Βασιλεὺς ἐτι ἀφρονόμεν· τον Μουσον χαλαζάν, Ἐσ. At furente nihilominus Rege, Moysum ad grandinis calamitatem nocturnos terra motus addidisse, ut qui sese motui subducere conarentur, grandine afflictī contusique perirent: Qui autem grandinis impetum declinarent, terra quassatione interirent. Ac Domos quidem universas, Fanaque tum plurima corruisse: Regem vero, tot malis cladibusque fractum, Judæos jero licet, aliquando tamen dimisisse. Qui multis ab Ægyptiis cum poculis, tum vesibus corrogatis, aliaque multiplice Gaza trajectis Arabia fluminibus magnoque confecto itinere, ad mare Rubrum tertio demum die pervenerint. Atque hic recolenda sunt, quæ superius ex Plutarcho & Antonio Liberali, de Typhone, sub quo Moſen intelligunt, Deos in Ægyptum persequente, eisque in variis animalibus sese occultantibus, produximus. Forſitan etiam magna pars eorum animalium, quæ Ægyptii colebant, illa nocte qua Primogeniti percussī sunt, periit. Sed adeo diversa a diversis traduntur, de his animalibus, ut nonnulli Scripturarum textus, obscuri admodum fiant, quales sunt *Genesew. Cap.**

Cap. XLIII. Com. 32. Et XLVI. Com. 37. Et XLVII. Com. 1. Et *Exod.* Cap. VIII. Com. 36. Difficultates creant variantes antiquorum sententiæ, de morè Ægyptiorum circa animalia, quæ esul inferviant. De quibus videsis commentatores. Interim haud mirum est, si ritus & consuetudines solum a cerebellis vanissimorum mortalium excogitatæ, temporis progressu haud paucas mutationes & interpolationes, recipiant. Non igitur ritus qui tempore Patriarcharum apud Ægyptios obtinebant; æstimandi sunt ex eis ritibus, qui Herodoti vel Diodori Tempore apud Ægyptios in prætio fuerunt: quoniam alia tempora, alios mores habere potuerunt.

§. XII. Horrendi autem Idololatræ ab ipsis pene Regni initiis, extiterunt Ægyptii: & ut cum ratione insanire sese demonstrarent, reddebant causas cur quædam animalia colerent, v. g. causam cur Felem colunt, reddit Diodorus Lib. I. Pag. 55. *Ælurus* ( inquit ) seu *Felis* contra lethiferos *aspidium morsus*, & alia serpentium genera, quæ ictu nocent utilis est. Si vox αἰλουρος recte translata sit *Felis*, Feles quidem Ægyptiorum majorem habuere virtutem quam nostræ Feles: sed stolidissimi homunciones debuerunt honorare Deum immortalem, qui & ipsos, & Feles creavit, non creaturas Opinamur tamen Ægyptiorum consuetudines

dines, ut narrantur ab Herodoto, Diodoro et aliis, quadantenus inservire Scripturæ locis citatis illustrandis. Superstitionem Ægyptiorum narrans Herodotus, Lib. II. Cap. 41. Τὲς μὲν οὖν καὶ θάρους Βες ( inquit ) τὲς ἔρσενας ἢ τὲς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι, &c. *Mundos quidem igitur mares Boves, ac vitulos universi Ægyptii immolant: at Fæminas eis immolare non licet, utpote Isidi consecratas. Nam Isidis simulacrum muliebri bubulis præditum est cornibus, quemadmodum, Io Græci pingunt; bovesque fæminas similiter Ægyptii omnes venerantur ex omnibus pecudibus longe plurimum: Idcoque nemo vir Ægyptius Ægyptiarve mulier Græcum virum aut ore suavitetur, aut cultro, vel verubus vel olla illius utetur, aut puri bovis carnem Græco cultro dissecti gustabit. Et Cap. 45. de iisdem Ægyptiis loquens. Quippe ( inquit ) quibus nullam pecudem fas est immolare, præter sues, præterque Boves mares, & vitulos ( dummodo mundos ) & anseres. Et Strabo Lib. XVII. Pag. 803 dicit apud Nitriotas jolos ovem mactari. Πὰρ δὲ μέντοις τῆτοις θύεται ἐν Αἰγύπτῳ προβάτων. Et Juvenal Satyra XV. Lin. 11. 12. ——— Lanatis animalibus abstinet omnis Mensa: nefas illic setum jugulare cappella Rogabis igitur quis usus eorum pecorum, si omnis mensa his abstinuerint? Respondet Diodorus Lib. I, Pag. 34. Oves bis factum edunt; e quarum lanis amictus simul & ornatus corporum, e Lacte et cremore edulia tam jucunda*

*jucunda, quam larga, conficiuntur.* Rogabis insuper cur fuerint pastores Ovium, & Caprarum, abominabiles, quum Pharaon, et procul dubio alii Ægyptii, aluerint talia pecora; & proinde Pastores ad ea pascenda & custodienda? Quæstio satis difficilis: Dabimus tamen qualia noster fert aggellus. Erant quidam Ægyptiorum quibus pascua erant maxime idonea, his pecoribus pascendis: hi ea alebant, & vendebant, in vicinas Regiones, vel viva vel eorum carnes. Firmantur hæc exemplo Gadarenorum in Evangeliiis, qui quamvis Judæi fuerunt, ut me iudice constat ex Josephi *Antiq.* Lib. XV. Cap. 13. Et de *Bello* Lib. V. Cap. 3. tamen plurimos alebant porcos, quorum tamen nullum eis vel attingere licebat. His, ut spero bene perpensis, omnes scrupuli circa allegatos Scripturæ locos, eximuntur. Sed non hic substitit insana superstitio; animalia ovibus & bobus, longe viliora adoravit, ut testatur Anaxandrides apud Athenæum Lib. VII Cap. 17,

*Tu maximum anguillam Deum putas, ego  
Obsoniorum credidi suavissimam.  
Carnes suillas tu caves, at gaudeo  
His maxime. Canem colis, quem verbero,  
Edentem ubi deprendo forte obsonium.*

Z.

Nobis



*Nobis Sacerdotes petit lex integros,  
 Arcentur a vobis procul tales Viri.  
 Habere sifelem mali quid videris  
 Luges, ego suavissime decortico.  
 Potest apud vos mus araneus, nil me apud.  
 Et Juvenal, his carminibus  
 Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens  
 Aegyptus portenta colat? crocodilon adorat  
 Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus Ibin.  
 Esigies sacri nitet aurea Cercopitbeci  
 Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chor-*

*da,  
 Atque vetus Theba centum jacet obruta portis  
 Illic caeruleos, hic piscem fluminis, illic  
 Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.  
 Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu.  
 O sanctas genteis, quibus hæc nascuntur in hortis  
 Numina!*

Hæc paucis complectitur Virgilius *Ae-*  
*neid. VIII. v. 58.*

*Omni genumque Deum monstra & latrator A-*  
*rulis.*

Et Cicero de *Natura Deorum Lib. III.*  
*Omne fere genus bestiarum Aegyptii consecra-*  
*verant. Ex his discere potes, unde Judæi su-*  
*am Idolomaniam habuerint Ezck. VIII.*  
*Com. 10. Ingressus itaque assepsi, ecce autem*  
*omnes formas reptilium & jumentorum, detestari-*  
*dorum, omnium stercoreorum Deorum domus Is-*  
*raelis, expressum opus in pariete ipso circum-*  
*quaque. Atque hæc idololatræ supersti-*  
*tio rabiem suam, in omnes dissentientes ef-*  
*fudit*

fudit. Vide I. *Reg.* Cap. XIX. Com. 10.  
 Et II. *Reg.* Cap. XXI. & *Jerem* Cap. XIX.  
 Com. 4. & Cap. XXVI. De Ægypto ma-  
 tre istius idolomania, insigne exemplum ha-  
 bet Diodorus pag, 53. crudelis illius super-  
 stitionis ἔτιω δὲ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀνθρώπων  
 ἐντετηκευη πρὸς τὰ ζῶα δεισιδαιμονία &c;  
 Adeo vero animis hominum ista anima-  
 lium Religio impressa est, & tam obsti-  
 natum ad venerandum ea quisque affec-  
 tum gerit; ut, etiam quo tempore Ptole-  
 mæus Rex a Romanis nondum amicus  
 erat renunciatus, & Plebs omne huc studium  
 conferebat, ut ex Italia eo profectos ob-  
 sequiose coleret, utque nullam eis crimi-  
 nis aut belli ansam præberet, ob metum  
 contenderet: Fele tamen a Romano quo-  
 dam interfecta, populique ad ædes ejus  
 concursu facto, neque procures a Rege  
 ad deprecandum missi, neque communis  
 Romæ terror hominemque poenæ exime-  
 re valuerit, quamvis citra voluntatem fa-  
 cinus peregisset. Id quod non auditu per-  
 ceptum referimus, sed ipsi in peregrinati-  
 one ad Ægyptum coram vidimus.

C A P. XV.

*De aliis Aegypti Regibus.*

§. I. **P**ROLIXIUS de Sesostræ egimus, quia  
 quamvis non erat Rex primus  
 Z. 2. habetur

habetur tamen illustrissimus, & res ejus ut ab Authoribus referuntur, lucem clariorem reliquorum gestis, ministrant. Fabulantur **Ægyptii** regnasse Deos, nescio quot in **Ægypto**, priusquam ei Regno ullus mortalium præfuerit: Et postremum illic regnasse **Orum**, **Osiridis** filium, quem **Græci** **Appollinem** nominant. Vide **Herodotum** II. Cap. 4. & 144. & **Diodorum** Lib. I. pag. 29 *μυθολογοῦσι δὲ αὐτῶν τινὲς &c.* ‘Imperarunt ( ut quidam ex ipsis fabulantur ) initio in **Ægypto** **Dii** & **Heroes**, annos paulo minus octies & decies mille, ultimusque **Rex** fuit **Horus**, **Iside** natus. Non defunt docti **Viri**, qui per **Deos** in **Ægypto** regnantes homines antediluvianos qui in eis locis regnare potuerunt, intelligunt. Sed revera eruditi hi **Viri** **Aethiopem** lavant, cum ex talibus insulsiſſimis mendaciis, aliquid veri extundere conentur; Omnino perſimilis est fabulæ, quæ apud **Syncellum** habetur pag. 18 nam ibi **Reges** decem **Chaldæorum** recensentur, quorum singuli, monstruosum numerum annorum regnare dicuntur. *χαλδαίων ὁ εβασίλευσέν Αλωρος σαροῖς δεκα* ‘**Chaldæorum** I. regnavit **Alorus** Saris decem: **Sarus** autem ut habet pag. 7. ter millium & sexcentorum annorum spatium complectitur. Hæc habet **Syncellus** ex **Beroſo**, cum quo **Manetho** contendit de antiquitatibus **Ægypti**, & **Babylonis**, ambo synchroni erant, vel saltem **Manetho** super

par alteri; Et vix dijudicabis, uter fuerit majus egregius mendaciorum artifex. Sed Manetho non erat primus, qui inormes adeo antiquitates Ægyptiis dedit. Præluferant ei Agyrtæ Sacerdotes, nimirum ejus antecessores; ut ab Herodoto perspicue discimus.

§. II. Sed ut ad rem nostram revertamur, non putem hos impostores Ægyptios, voluisse persuadere mortalibus, quidquam, quod præsupponit aliquod diluvium universale, unquam fuisse. Sed istorum scopus erat ut homines crederent ipsos revera Planetas, olim Ægypti Reges fuisse. Unus eorum Regum, qui Dii erant, fuit Osiris: Is Diodoro Authore, Lib. I. expeditionem per totum Orbem habitabilem fecit; & omnes mortales sibi subjugavit, beneficiis magis quam bello: Tandem Aethiopia, & Asia subacta, in Europam etiam transfretavit, inque Thracia Lycurgum Barbarorum Regem cæptis suis obsistentem, interemit. Et in his habes quoque Sesostrim, nam ambo pariter expeditionem per orbem fecerunt; & homines, magis beneficio quam bello sibi subjecerunt. Ambo pariter cum fratre inimicitias habuerunt, ambo pariter in Thracia terminarunt. Quare cogor concludere Sesostrim, ut illum Agyrtæ exornant; aliud nil esse, præter Osiridis fabulam repetitam. Et proinde miror, quod Perizonius, & alii, si qui sint, fabulas de Sesoestre pro veris histo-

riis recipiant. Osiris iste, aliquando est Sol, aliquando Bacchus, alias agriculturæ inventor, ut Triptolemus est Græcis, atque Latinis: & rursus Jupiter, confusæ namque sunt Gentium linguæ, nam falsum possidebant, vanitatem, & inutilia. Vide præ aliis Plutarchum, de *Iside & Osiride*.

§. III Utcunque, nec dum finitus Orestes, alium habent militem non minus gloriosum, nempe **OSYMANDUAM**, cujus Sepulchri descriptionem, satis quidem mirificam tradit Diodorus Lib. I. pag. 30. gr. De primis (inquit) sepulchris, quibus Jovis pellices conditas esse traditur, Regis Osymanduæ (quem vocant) monimentum decem stadiorum fuisse, sub cujus introitum e vario lapide atrium longitudine duum plethrum (ducenum pedum) & altitudine cubitorum XLV. Et opus id non tantum ob magnitudinem commendatione dignum, sed etiam ob artem admirandum, & saxi natura excellens, cum in tam vasta mole neque fissura, neque labes ulla conspiciatur. Hanc vero inscriptionem præferre; **SUM OSYMANDUAS, REX REGUM. SI QUIS NOSSE VELIT, QUANTUS SIMET UBI JACEAM, MEORUM ALIQUID OPERUM VINCAT.** Aliam insuper imaginem esse Matris illius seorsum, cubitorum XX.

uno

‘ uno faxo constans. In cujus capite tres  
 ‘ Reginæ, quibus significetur, filiam, Uxo-  
 ‘ rem & Matrem Regis fuisse. Secundum  
 ‘ hoc atrium ( aiunt ) peristylion erat pri-  
 ‘ ore memorabilius; in quo variæ sculptu-  
 ‘ ræ representantes bellum, cum Bactris,  
 ‘ qui desciverant ab eo, gestum; in quos  
 ‘ expeditionem fecisse cum quadringentis mil-  
 ‘ libus peditum, & viginti millibus equi-  
 ‘ tum; exercituque in quatuor agmina di-  
 ‘ viso, omnibus cum imperio filios Regis  
 ‘ præfuisse memoratur. ----- In secundo  
 ‘ pariete Captivi Reges trahuntur, absque  
 ‘ virilibus & manibus effigiati; quo effæmi-  
 ‘ natos animos, nullasque in periculosis ne-  
 ‘ gotiis manus habuisse illos, significatum  
 ‘ videtur.

§. IV. Hic habemus tertium Sesostrim:  
 Pudere igitur debet Viros, alioquin doctos  
 & consultos, suum Sesostrim venditare, cum  
 non habet fundamentum in historia aliqua  
 synchrona, magis quam Olymperdas, vel O-  
 firis: si eum a Schisako distinguant. At fa-  
 tis quercus. Herodotus dicit *primum in Æ-*  
*gypto regnasse Meinem*, Lib. II. Cap. 4. Di-  
 odoro *Menas* est. Nam ita ille Lib. I. pag.  
 29. Μετὰ τοὺς Θεοὺς τοίνυν ᾤσταντο Φοσι βα-  
 σιλεῦναι τῆς Αἰγύπτου Μηνέν &c. Post *De-*  
*os* ( aiunt ) *primus Ægypti Rex fuit Menas.*  
*Is Deos venerandi, & rem divinam faciendi*  
*rationem populo tradidit. Mensas etiam ad-*  
*ornare*

ornare & lectos, pratioſiſquē ſtragulis uti docuit, deliciarum & magnificentiæ in vita ſumptuoſæ Magiſter. Syncellus pag. 54. Μετὰ ταῦτα τοῖς ἡμετέροις &c. Sublatiſ Dñiſ manibꝯ Semi-deiſ primum Regnum. Regum oñio tempore excurrit, quorum primus Menes Theeinites annis 62. imperavit, & ab Hippopotamo raptus, luce privatus eſt. Et pag. 55. ὁ Γεγόνε Μηνῆς ὅς διὰ τῆμωſ αὐτῶν ἡγήσάτο. &c. Fuit Menes qui cum gloria fulgeret, reliquorum Dux exiſtit, a quo ſeries omniſ, ( prout ex generibꝯ ſinguliſ Reges ortos quidam deſcripſerunt ) Hunc in modum deducitur. Menes Theenites & ejꝯ nepotes 17. alibi 7. leguntur, quem Herodotus Menem nuncupavit, annis 60 Regnum obtinuit. Hic ultra limites exercitum duxit, & illuſiriſ habitus, ab Iſſo Hippopotamo raptus eſt. Sed cui quæſo probabile erit? Menem, qui Marthamo eſt Chamus, exercitum ultra Ægypti limites duxiſſe; vel aliquam ſpeciem exercitus habere tunc potuiſſe: Verum hæc obiter. Interim in hoc conveniant omnes, quod Menes fuerit primus Rex Ægypti. Potuit quidem etiam ſi idem erat cum Chamo, eſſe princeps coloniæ ex ſuiſ poſteriſ, qui eum ſecuti ſunt in aliquam partem Ægypti quæ tunc erat vacua habitatoribꝯ; Ut totus terrarum orbis, ſi demamus Noachum, ejꝯſque tres filioſ, & paucos alioſ, qui ex eiſ tunc oriundi erant. Et quidem id credo, ſed Chammum habuiſſe aliquam dignitatē, & pompam

pam Regali similem, nunquam credam. Et proinde, quæ narrant de Mene, inter fabulas repono, si eum eundem cum Chamo faciant. Revera quis primus Rex Ægypti fuerit, Scriptura tacuit, & omnes alii plane hariolati sunt: Quæ hariolationes, omnino similes sunt eis, quas Eusebius, & alii habent de Sicyoniæ Regibus, quorum ut dicunt primus, nempe Ægialæus, floruit tempore Tharræ patris Abrahami.

¶ V. Sed quis quæso, credet tunc temporis Reges fuisse in Græcia, vel multos incolas ibi pacate habitantes? Nemo aio, qui attente legit vel Thucydidis librum primum, & Plutarchi Thesea: sed multo minus hoc credet, qui meminerit consensu ipsorum Græcorum, literas, non ante Cadmum, hoc est ante tempus Josuæ, Græciæ fuisse illatas: Quid quod quæso ipsi agnoscunt, nihil pene se certum scivisse ante Olympiadas? Et si credas Plutarcho, nec illæ magnum subsidium nobis in chronologia afferunt; Nam ita ille in *Numa. Tempora igitur diligentius exequi perdifficile est, & ea maxime quæ ex victoribus Olympia ducuntur. quorum descriptionem aiunt sero Hippiam Eliensem edidisse nullo subnixum necessario ad fidem argumento.* Hæc, si vera sunt, admodum vacillat fides marmorum Arundellianorum. In hæc, ut audio scripsit luculentum commentarium eruditissimus Seldenus.

Sed



Sed an satisfaciat his Plutarchi, quæ adduximus, me latet, quia nunquam licuit eis uti Seldeni commentariis. Sed ut revertamur ad Menem, seu Meinem, hunc Herodotus Lib. II. Cap. 99. scribit, si eum capiam, *Memphim condidisse*. Diodorus autem Lib. I. pag. 32. id opus adscribit Uchoreo, octavo Regi ab Ofymandua, tanta est discordia inter rerum Ægyptiacarum Scriptores.

§. VI. ‘ Post hunc ( *pergit Herodotus* )  
 ‘ recensabant e libro Sacerdotes nominatim  
 ‘ alios trecentos ac triginta Reges. In quibus  
 ‘ tot ætatibus hominum, octo & decem  
 ‘ fuissent Æthiopes, & una mulier indigena:  
 ‘ cæteri, Viri Ægyptii. Mulieri quæ  
 ‘ regnavit, fuit nomen idem quod in Baby-  
 ‘ lonia NITOCRIS. Quam dicebant  
 ‘ ultam fuisse fratrem, ab Ægyptiis, apud  
 ‘ quos regnabat, interemptum. Innuvit Herodotus  
 ‘ post hanc foeminam, multos Reges extitisse  
 ‘ Sed si quasdam Pyramides, & lacum effossum,  
 ‘ ab uno Mere excipias nihil reliquos  
 ‘ gessisse, usque ad Sesostrim. Et Cap. 102.  
 ‘ Illos ergo ( *inquit* ) prætergressus, ejus,  
 ‘ qui his successit, Regis nomine Sesostris  
 ‘ mentionem habeo. Nihil nobis utilior.  
 ‘ Diodorus Lib. I. pag. 29. ‘ De omnibus  
 ‘ *inquit* ) Sacrorum Librorum monimenta  
 ‘ habebant Sacerdotes, per longam a ve-  
 ‘ tustiss. temporibus successionem tradita;  
 ‘ quanta cujusque magnitudo; qualis natura  
 ra

‘ ra fuerit; & quid suo quisque tempore  
‘ egerit. Nobis equidem de unoquoque sin-  
‘ gulatim relationem instituere, & longum  
‘ foret, & supervacuum, siquidem in his  
‘ plurima nullius usus continetur Et pag. 34.  
‘ Post ætates inde septem (aiunt) Sesostris qui  
‘ & Sesoosis & Sesonchis Rex fuit, qui ma-  
‘ res rebus gestis omnes superavit. Quando-  
‘ quidem vero de Rege isto non Græci solum  
‘ scriptores inter sese discrepant, verumeti-  
‘ am Sacerdotes Ægyptii, & qui carmine  
‘ laudes ejus celebrant, non consentanea in-  
‘ ter se narrant: nos verisimilia, & cum  
‘ restantibus in Ægypto signis maxime con-  
‘ gruentia, referre conabimur. Vides a qua-  
‘ li præfatione, exordiatu suam de Sesoistre  
‘ narrationem: de quo satis hæcenus. Filius,  
‘ & Successor ejus, Diodoro quoque est *Ses-  
‘ sostris*; Herodoto *Pheron*. Et ejus Succes-  
‘ sor, juxta Herodotum est Proteus; in cujus  
‘ tempus ait incidisse Bellum Trojanum.

§. VII. Et narrat Herodotus Cap. 116.  
Helenam cum Paride fuisse in Ægypto, dum  
Troja obsessa & capta esset; & hoc Tro-  
janos Græcis omni adseveratione confir-  
masse; Græcos autem eis minime fide habi-  
ta Trojam destruxisse, & tunc hoc resc-  
visse: Quæ si vera sunt tota Ilias ruit. Nam  
sol meridianus non est clarior, quam est jux-  
ta Homerum, Helenam fuisse in urbe dum

obsideretur

obfideretur: Et hoc totum bellum de illa fuisse conflatum. Et satis efficacibus argumentis probat Herodotus, Trojanos eam reddituros fuisse Græcis; si in urbe fuisset. Sed contendit Herodotus non fidem Trojanis a Græcis habitam. Sed revera hæc nugæ sunt: nam minimo labore constitisset utrivis partium, si cessatione ab armis aliquamdiu facta, in Ægyptum misissent, qui & Helenam, & Parida, & opes quoque coram intuerentur. Sed ut dixi ipsius Herodoti argumenta abunde probant Homeri poema esse sine fundamento; idque ipse videtur censisse, nam Cap. 120. Εἴχε' ἡ τὶ τοῖσι ἔπος ποιοῖσι χρεώμενον λεγέειν. *Si quid referentibus credi versificatoribus debet.*

§ VIII. Audivimus Herodotum dicentem Cap. 112. quod Proteus successerit Pheroni, Sesostris filio. Sed ex adverso, Diodorus Lib. I. pag. 38. 39. postquam locutus sit de magni Sesostris filio, sic subdit. Πολλαῖς δὲ ὕπερον γενεαῖς Ἀμασις γενόμενος Βασιλεὺς ἤρχετ' ὧν δ' ἄλλων βιαιότερον. *At multis post seculis Ammosis Regnum adeptus violentius potestate in plebe abusus fuit.* Et cum Ammosis, & successorum ejus Αἰθιφάνης, qui Æthiops erat, & Μένδης, res enarrasset, sic pergit. Μετὰ δὲ τὴν τῆς Βασιλείας τοῦτου τῆς αὐτῆς ἐπὶ γενεᾶς πέντε γενόμενης ἀναρχίας &c. *Extincto hoc Rege, quum per V. hominum ætates, solitudo magistratuum fuisset,*  
*quidam*

quidam ex ignobilium numero præ cæteris Rex designatus fuit, quem Ceten Ægyptii, Græci Proteum nominant, cujus atas in Belli Trojani tempestatem incidit. Hæc ut opinor, demonstrant nec inter Ægyptios, nec inter Græcos vel micam concordiae esse, in præcipuis temporis parapegmatis figendis. Nam si Ægyptii verum scivissent, cur non uniformiter Græcis narrarunt? Si Græci melius noverint, cur non Ægyptios correxerunt? Cum igitur nihil nisi confusio, & tenebræ, reperiantur inter eos, qui in Ægyptiacis rebus contexendis, & Regum ferie digerenda laborarunt; Sicubi tamen licet, selegemus spicas aliquot veritatis emendaciorum cumulis. Et imprimis notabimus quædam de Bocchore, & Sabbacone. Exinde ( inquit Diodorus pag. 41. ) Regnum suscepit Bocchoris, corpore exili & despectio, sed ingenio & prudentia ante se Regibus præcellens. Post multas hinc tempestates Regno Ægypti præfuit Sabaco, natione Æthiops, Deorum cultu & benignitate antecessoribus cunctis superior. At longe aliud scribit Syncellus ex Eusebio Σαββακων ( inquit pag. 74. ) ὃς Βοχχωρίῳ ἀιχμαλωτῶν ἐλθὼν ἐκχυσε ζῶντα καὶ ἑσάσιλευσεν ἑτη ἦ. Sabbacon qui Bonchorim in captivitatem redactum combussit vivum; regnavitque annis octo. Hæc si vera sunt, nec potuit Sabacon multas tempestates regnare post Bocchorim; nec potuit fuisse admodum benignus, saltem non erat benignus Bocchori.

§. IX.

§. IX. Herodotus Lib. II. Cap. 137. & sequentibus, dissentit ab omnibus: Atque in hunc sensum ait, regnante Anyse cæco irrupisse in Ægyptum, Sabacum Æthiopum Regem, & cæcum illum fugasse in paludes, qui Sabbacus 50. annos regnavit in Ægypto; Sed tandem admonitu Deorum Ægyptum reliquit, & Æthiopiam repetiit. *Eo profecto, ut ait Herodotus, ex Ægypto, rursus cæcum e palustribus egressum accepisse Imperium.* Et interjectis paucis. *Post hunc* (inquit) *regnasse Sacerdotem Vulcani, nomine S'ETHON.* In cujus tempore ut dicit, Sanacharibus Arabum, Assyriorumq; Rex, invasit Ægyptum. Ejusdem Sabaci meminit eodem libro Cap. 152. dicitque *eum occidisse Econ, Psammitichi patrem; & ipsum Psammitichum in Syriam fugisse.*

§. X. Jam quæritur quisnam hic Sabbaco vel Sabbacus fuerit? Clarissimus Perizonius, Cap. X. pag. 155. contendit Sabaconem, & Taracum, eundem fuisse Regem. Sed opinor hanc quæstionem haud esse finitu facilem. Taracus iste vocatur II. *Reg.* Cap. XIX. & Com. 9. Thiraca; & dicitur fuisse Rex Cuschi; Sed quantum ego scio valde incertum est, an unquam Æthiopes Occidentales hoc nomine appellentur. Sed Authores qui scribunt Reges Æthiopas, nonnunquam regnasse in Ægypto, innuunt eos fuisse Occidentales, & non Orientales sive transmarinos

transmarinos Æthiopas. Et ab Herodoto dicuntur Æthiopes cum Sabaconē *ελασαι* excurrisse in Ægyptum, non navibus eam invasisse. Et revera ego non dubito, quin Herodotus innuat Ægyptios, aliquot Reges accepisse ab iis Æthiopibus, quos tantopere extollit, & inter alia Cambysem sprevisse scribit. Nec est causa dubitandi, quin Diodorus Lib. I. diducat Sabbaconem ab eisdem Æthiopibus, quos Lib. III. describit & celebrat, & aperte ab Arabibus distinguit: Et Africanos omnino esse perhibet. Porro si credamus Josepho Rex Thirhaca, Arabs, non Africanus Æthiops fuit. Vide eum Lib. X. Cap. 1. Nam constat ex XIV. Cap. *poster Paralip.* Reges admodum potentes fuisse in Arabia, qualis erat Zerah. Hæc si vera sunt, Sabaco & Tirhaca, nequaquam potuerunt esse unus, idemque Rex.

§. XI. Sed Perizonius pugnat pro contrario, sequentibus rationibus. *imo. Quæ inter nomina Sabaconis & Taraconis exigua prorsus est differentia.* Respondeo non adeo exigua, quin æque parvus sufficiat, aut personas, aut res abunde distinguere: Sed quia in idem tempus *Senacheribi seu Hiskia* referuntur: Sed revera non ita est, nam post descensum Sabaci, seu Sabaconis, rediit cæcus Anyfis ex paludibus, & recepit Imperium: Et regnavit post ipsius reditum in Ægypto

*Ægypto, nescio quamdiu. Sed rationi congruum est, ut putemus aliquot eum præfuisse annos Ægypto. Post hunc (subjungit Herodotus) regnasse Sacerdotem, Vulcani nomine SETHON: eumque bellatoribus Ægyptiis abusum fuisse, contemptui habentem tanquam sibi non fore opportunos, & cum aliis ignominias eos affecisse, tum vero aruras vel arva L. pedum abstulisse, quas eximias a superioribus Regibus dono acceperant singuli duodenas. Postea, quum Sanacharibus Arabum Assyriorumque Rex cum magnis copiis invasisset Ægyptum &c. Ex his opinor admodum probabile est, non paucos annos regnasse ante Senacharibi invasionem. At si aliorum calculus admittatur, quorum quidam duodecim, quidam octo annos Sabaconem præfuisse Ægypto scribunt, sat multos post discessum Sabaci, sive Sabaconis, Anyfis cæcus Ægypto præfuisse poterat. Ex omnibus his veritati omnino consentaneum est Sabaconem ante Hiskiaæ Regnum, Ægyptum reliquisse; & proinde non potuisse esse eundem cum Taraco, sive Tirhaka Aethiopum Rege. Denique Manetho, vel ut Syncellus ex eo habet Sabaconem A. M. 4732. iniisse regnum scribit. Adi eum pag. 184. & 191 Taracum autem A. M. 4756. Et quamvis apud me certum sit, parum præter mendacia in istis Dynastiis haberi; non minus tamen certum est impudentissimos mendaces, aliquando verum eloqui: Et opinor*  
*in*

in his dynastiis multos Reges inferi, qui nunquam præfuerunt Aegypto; sed aliis regnis; nec eo tempore, quo regnare dicuntur, præfuerunt ulli Regno; nec inter mortales spirarunt. Sed Perizonius ait nullus quod sciam, præter Manethonem, utrumque simul, tanquam duos diversos, memorat, sed omnes, qui unum nominant, alterum ignorant. Et quidem valeret hæc ratio, si in reliquis Scriptores concordarent, vel ullus certus ordo Regum, ab iis pariter observatus esset. Sed cum in paucissimis conveniant, parum eliciendum est ex tali imaginario synchronismo, ut mox evictum est. Et hæc ut spero, cunctis doctissimi Viri rationibus satisfaciant.

§. XII. Sed ut redeamus ad Tirhacam, five Taracum, five Tharlicem, ut habet Josephus. Ejus historia est obscurissima, propter inopiam externorum Scriptorum. Unus Strabo ejus meminit, qui Lib. I. pag. 61. hæc habet. Αἱ δὲ τῶν καὶ ὧν ἡ Τεργων &c. *Migrations autem Karum, Trerum, Teucrorum, Galatarum, Ducumque longinqua peregrinationes Madyes Scythæ, Tearco Æthiops, Cobi Trois, Sesostris ac Psammitichi Aegyptiorum, Persarum a Cyro usque ad Xerxem, non itidem omnibus nota sunt.* Et Lib XV pag. 686. Συναποφαινεται (inquit) δὲ ὡς ἡ Μεγαρθεύης τῷ λόγῳ τοῦ τῷ &c. *Patrocinator nostro sermoni quodam-*

A. 2.

modo



modo etiam Megasthenes: fidem jubens derogare antiquis de India narrationibus. Neque enim ab Indis foras missum exercitum usquam: neque extrinsecus ingruisse & obtinuisse, excepta Herculis & Bacchi expeditione, & hac ipsa Macedonica. Sane Sesostrim Aegyptium, & Tearconem Aethiopem usque in Europam processisse. Navocodrosorum autem qui magis a Chaldeis probatur, magis etiam quam Herculem, usque ad columnas pervenisse, quousque etiam Tearconem; illum tamen exercitum ex Hispania in Thraciam Pontumque duxisse. In quæ loca Strabonis, hæc notare poterant. 1. mo. Numerare a Strabone omnes expeditiones ante Xerxem inter fabulosas, saltem incertas, & parum notas; nimirum Græcis. Nam sæpe diximus Græcos parum novisse historiarum, ante Persarum Imperium. 2. Tearconis expeditionem conjici a Cappadoce, inter has incertas expeditiones. 3. Si rimemur omnia vasaria, non invenimus locum tali expeditioni, non in Sacris, nam non potuit Tearco, sive Tirhaka, proficisci ex Arabia, in Europam; quin prius subjugasset et Judæam, Syriam, aliaque loca: quod eum nunquam fecisse, altum Sacrarum Litterarum silentium clamat apertissime. Certum est igitur apud me, in hac gloriosa Tearconis expeditione, nihil aut parum esse, præter ventosam Arabum jactantiam. At dices: an rejicienda igitur Navocodrosoris, seu Nebuchadnetzaris expeditio inter fabulas

las, quæ ibidem a Strabone memoratur. Respondeo me quidem nescire, an unquam penetraverit Nebuchadnetzar in Hispaniam. Sed si penetraverit ad Herculis columnas, tunc non dubito, eum vel per se, vel per præfectos, eam expeditionem navibus fecisse; usum non equis & curribus: Vel quod in hac re difficillimâ dici potest, eum post subactum Aegyptum, duxisse exercitum per Cyrenas, & Pænorum terras: Et sic per Australe latus Maris interni donèc perveniret ad Abylam, unde facillima transfretatio ad Calpen Hispaniæ promontorium est.

§. XIII. Opponi potest Danielis Cap. II Com. 38. *Quibuscunque locis habitant filii hominum, Bestiæ agri, & aves cæli, ea det in manum tuam, & dominatorem constituat te omnibus illis: Tu inquam es Caput illud aureum.* Sed respondent doctissimi Viri, sæpè universales particulas non intelligendas esse sine limitationibus & restrictionibus; ut Genes. Cap. XXII. Com. 18 & Cap. XLI. Com. 54. Ad di potest ad majorem elucidationem hujus loci Danielis, in illis temporibus Europam utpote pene ignotam Asiaticis, vix habitam fuisse pro aliqua parte orbis terrarum. Verum est Tyrios in Hispaniam, ante ea tempora navibus suis profectiones instituisse, & in alias Europæ partes: Sed non ut has Regiones describerent, sed vel ut aurum & alias divitias in Syriam reportarent, vel ut

A. a 2. colonias

colonias illuc deducerent. Proinde hoc non impedit, quo minus Europa pene ignota fuerit Asiaticis, ejusque incolæ omnino nihili habiti fuerint, quemadmodum hodie Europæi plærque habent nativos Americanos. Ita videtur Syrus sensisse II. *Paralip*: Cap: XXXVI. & Cap I. *Ezra* de omnibus, extra ipsius imperium: Quod scilicet, vix erant inter rationalia animalia numerandi. Denique ad *Danielis* verba dici poterit, quod Nebuchadnetzar tunc habuerit adeo fortes exercitus, ut nemo ante eos stare posset. Revertimur ad Strabonem, quamvis nihil cogat nos credere, quod dicit de Tarconis longinquis illis expeditionibus, cum unus Megasthenes & ex eo Strabo, eas commemoret: Alia tamen est ratio Navocodrosoris expeditionum & bellorum, quorum multi Historici Profani, & quoque Literæ Sacræ, quæ antiquiores istis omnibus sunt, eorum satis clare meminere. Interim non inficias ierim, Tihacum potuisse facere profectionem in Hispaniam, & alias Europæ Regiones, ut iis temporibus multi Principes, & Respublicæ agere solebant; ad quæstum faciendum. Et hoc reor esse totum fundamentum Tarconis victoriarum, quas eum peperisse jactant. Sed cum IBHPIA sit quodammodo ambigua, unam Regionem in Asia, alteram in Europa denotans: Sunt qui hos Principes in Iberiam Asiaticam, non Europæam expeditionem

*Antiq. Ægypt. Cap. XV. 373*  
 expeditionem fecisse autumant: Quam li-  
 tem dirimendam ego non fuscipio.

§. XIV. Jam pergimus cum Herodoto, quia unus dat nobis aliquod parapegma, in quo respirare valeamus. Apud eum Sethon qui Hiskiaë regnavit tempore, Sabaconein sequitur. Sed is Sethon, nescio an ab alio præter Herodotum memoretur. Meminit Manetho, saltem Syncellus cujusdam Sethi, qui Σέθως nominatur; Sed hunc vixisse dicit longe ante cladem Ilii: Adifis eum pag. 72. 73. 123. Diodorus nullius Sethonis meminit; Sed itatim post Sabaconem, introducit Dodecarchiam: Lib. I. pag. 41. Syncellus pag. 74. sic scribit Σαββάκων, ὃς ἀιχμῆ-  
 λωτον Βόχχοριν ἔλων ἔκαυσε ζῶντα, καὶ ἑβα-  
 σίλευσεν ἔτη ἦ. Σενήχος ὕδς ἔτη ιδ' Ταρ-  
 κος ἔτη ιη'. *Sabbacon qui Bonchorim in cap-  
 tivitatem redactum combussit vivum: regna-  
 vitque annos 8. Sevechus ejus filius annis 14.  
 Tarcus annis 18. Ubi patet Tarcum, si-  
 ve Tirhakam, quem certe sub Tarci no-  
 mine intelligit, minime potuisse esse Sa-  
 bacum; cum ejus Nepos fuerat. Sunt qui  
 sub Sevechi nomine intelligunt Soum, II.  
 Reg. Cap. XVII. Com. 4. memoratum, ad  
 quem Hofschæa misit nuncios: Alii sunt qui  
 putant Soum eundem cum Sabaco, incertum  
 est tamen an ab ullo Exotico Scriptore, So-  
 istius mentio fiat. Nam de Regibus Ægyp-  
 ti, demptis eis quorum S. Literæ mēnē-  
 runt*  
 A. a. 3.

runt, nil nisi horrendam confusionem, spissas tenebras, & crassa mendacia, habebis. Nam de eis, vix & ne vix duo ex Gentilibus Authoribus consentiunt. v. g. de Sethone, qui videtur Soi Successor nonnullis, longam & putidam fabulam habet Herodotus, quam confutavimus. At Diodorus Sethonis ne quidem meminit. Rogabis quæ sit causa istius omissionis, quum si credimus Diodoro, non minus curiosus erat quam Herodotus? Dicam quod sentio, videntur mihi Ægyptii non obstante eorum tumida jactantia nulla certa monumenta habuisse, nec fixum parapegma temporis; ex quibus duobus solis res & tempora clare elucescunt: Et proinde effutierant sine rubore quicquid in buccas venerit, verum an falsum, certum an dubium; perinde erat, si ipsis in Gentis suæ honorem cedere videretur. Sed mendaces isti, non erant admodum tenacis memoriæ, nam obliti sunt narrare Diodoro, illustre, si Diis placet, miraculum mirinum, quod narraverant Herodoto: vel orbe terrarum tunc oculatiori facto, id referre Agyrtas puduit.

§. XV. Rogabis porro, cur sentiam Ægyptios nulla monumenta antiqua apud se habuisse, tempore Herodoti, & Diodori? Respondeo *imo*. Quia Ægyptus videtur semper in fluxu, & perpetuo motu fuisse: Nam etiamsi minime credamus istas Regum dynastias

Dynastias, quos jactitant, unquam extitisse: Inde tamen colligere satis, ut opinor pronum est, in Regno isthoc nihil diuturnum, & stabile fuisse. Jam horum Tyrannorum, unusquisque procul dubio, satagebat abolere monumenta priorum, si quæ habuerint ut posteros suos in Regno stabiliret, Et proinde novus iste Rex *Exod. I. 8.* qui dicitur extitisse super Ægyptum, conabatur ut probabile est, abolere omnia monumenta, si quæ erant priorum Regum. Narrantur porro plures Æthiopes regnasse in Ægypto: Et hi certe dabant operam, ut omnia Ægyptiorum memorialia flammis traderent; ut tradiderunt Bocchorrim. Ratio secunda est ducta a chasmatis, quæ in Ægyptiaca reperiuntur historia; quorum non pauca invenies in Herodoto, & Diodoro. Tertia deducitur a contradictionibus quæ inter scriptores inveniuntur. Possum addere & quartam, rem quam nunc tractamus, nimirum quod posteriores, vel nunquam audiverint, quæ priores, ut dicebant ex ipsis Ægyptiorum mystis habuerant, vel si audiverint, ut vanas fabulas spreverunt.

§. XVI. Sed ut prosequamur collationem nostram Diodori, nimirum, cum Herodoto. Ille ut diximus, omisso Sethone, habet statim post Sabacum, historiam Dodecarchiæ. Eandem habet Herodotus post Sethonem, & post Dodecarchiam, ambo habent historiam  
 [Psammitich;

Pſammitichi. Ille ope peregrinorum militum Græcorum nimirum, Carum & Arabum, æmulos omnes proſtigavit: ut diſces ex eo Lib. II. Cap. 152. & Cap. 154. Pueros ( ait ) quin etiam *Ægyptios* illis commiſit lingua Græca imbuendos, a quibus linguam iſtam edoſtis orti ſunt nunc in *Ægypto* interpretes. Incoluerunt autem Iones & Cares hæc loca longo tempore, & ſunt ea prope exiguum maris, infra urbem *Bubaſtim*, ad oſtium Nilī, quod dicitur *Peluſiacum*. Unde poſtea *Amāſis* Rex educens *Memphim* eos tranſtulit, in ſui tutelam adverſus *Ægyptios*. Poſt ſedes ab iſtis in *Ægypto* collocatas, nos Græci cum illis ita commiſti res circa *Ægyptum* a *Pſammeticho* Rege exorſi, & quæ deinceps extiterunt, omnia liquide cognita habemus. Hi enim primi *Ægyptum*, qui alterius lingua eſſent, incoluerunt. Ex his *Herodoti* jure inferes imo. Græcos ex quibus ſolis omnem notitiam Orientalium rerum, ſi demamus S. Literas, habemus; nihil aut parum, ante tempus *Pſammetichi*, hoc eſt ante tempus *Hiskix*, vel *Manaffæ*, liquide cognitum habuiſſe. Et ut mox apparebit, haud multo liquidius poſt *Pſammitichum*. 2. Eoſdem Græcos nullam dediſſe operam, Orientales linguas ſcire, ut earum ope res Orientales, penitus cognoscerent; Sed cujuſcunque *Agvrtæ*, & *Impoſtoris* fabulas pro vero hauſſiſſe, & admiſſiſſe. Atque hic recolendum, quod ex *Strabone* ſuperius retuli-

mus

mus Cap. III. §. 10. scilicet Græcos, si elegantia sermonis, & suadela ipsorum, libris inesset, nil aliud pensi habuisse. Sed quod jam sæpius diximus, Ægyptii Græcorum Magistri, nulla monumenta, nullos veros annales habuerunt. At repones contrarium patet ex Herod. Lib. II. Cap. 100. *Post hunc ( Minem scilicet ) recensabant e libro Sacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta Reges. Et ex Diodoro qui ait pag. 29. Principes indigena Regno præsuere LXX supra quadringentos viri, & foemina interim V. De omnibus sacrorum librorum monumenta habebant Sacerdotes, per longam a vetustiss. temporibus successionem tradita; quanta cuiusque magnitudo; qualis natura fuerit; & quid suo quisque tempore egerit. Et pag. 44. Affirmant itaque Ægyptii literas & notationem siderum; speculationes item geometricas & artes quamplurimas; legumque optimarum sanctiones, apud se inventas. Quorum demonstrationem hanc afferunt maximam, quod ultra quatuor mille & IOCC. annos, Reges indigena Ægyptum gubernarint. Sed nemo sanus est, qui non clare videt hos libros esse omnino confictos ab Ægyptiis, ut imponerent credulis Græcis: Confictos, aio, si aliquid tale scriptum erat in chartis, quas illi ostenderunt Græcis. Nam Herodotus & Diodorus, nihil intellexerunt Ægyptiacæ linguæ. Potuerunt ergo dicere quodcunque liberet ipsis, & prætereundum illud contineri*  
in



in libris, quos monstrabant. Et interim illi forsan continebant præcepta, vel regulas aliquot Medicinæ, vel artis Anatomicæ; Nihil sciverunt Græci, quod in eis contineretur. Sed omnia ex Sacrificulorum narratiunculis, haurire cogeabantur; sed piget ineptiarum.

§. XVII. Sed regeretur certa monumenta habuisse Ægyptios, ut clare testatur Manetho apud Syncellum, pag. 40. *ὡς ὁκείται δὲ λοιπὸν καὶ περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων &c.* Reliquum est igitur, ut ex Manethone Sebennyta Ptolemæi Philadelphi tempore profanorum in Ægypto templorum Sacerdote de Ægyptiorum principatu pauca quædam delibemus; quæ ipse ex columnis in Seriadica terra positis sacro, ut ait, sermone, notisque arcano sculpturi genere, a Thoth Mercurio primo exaratas, & retro ad diluvium ex illa sacratori lingua, figurisque sacro more sculptis, in Græcicum sermonem traductis, iisdemque ab Agathodæmone secundi Mercurii filio ac Tati genitore in ipsis Ægypti templorum adytis scripto commendatis, memorato Rege Philadelpho Ptolemæo nominis secundo in libro Sotheos hoc pacto ad verbum scribens exposuit. Ad Ptolemæum Philadelphum Manethonis Sebennyta epistola. Ptolemæo Philadelpho Regi magno augusto: Manetho Sacerdos & sacrorum per Ægyptum penetralium notarius, genere Sebennyta, urbe Heliopoli, Domino meo Ptolemæo Salutem.

Salutem. De rebus omnibus nobis tuo jussu, Rex magne, propositis attente cogitandum est. Hac de causa interroganti tibi de eis qua mundo accident, quaque ex libris a primogenitore tuo ter magno Mercurio conscriptis mihi sunt nota, prout imperasti, cuncta manifestabuntur. Vale mihi, Domine mi Rex. In quæ Manethonis verba sequentes seremus stric-  
 turas. **imo. EX COLUMNIS IN SERI-  
 ADICA TERRA &c.** Jam quæritur ubi illa Terra sit? Respondet Jacobus Goar, in hæc verba. *Plinio nota Seres Lib. IV. Cap: 29. Oppidum nimirum, inter Æthiopiam & Aegyptum.* Sed Plinius, parum ut puto, proderit erudito Goar. Nam revera gracilis omnino similitudo est inter Manethonis *Σηπιαδίωνη*, atque Plinii Seres five *Σηρῆς*, ut forsan ille legit. Habet ibid. inter Gentes Troglodytarum *Syrecas*; an hæc sint in Manethonis terra *Σηπιαδίωνη*, pronuntient peritiores: ego non credo. Nec foelicior est, dum allegat Pausaniæ Lib. VI, qui nuncupatur **ELLIACORUM** posterior. Nam patebit hujus Authoris contextum inspicienti; eum omnino nescisse, ubi *Σηπια* fuerit, saltem hæsitasse, an locandi fuerint Seres in Africa, vel in India Orientali. Ita certe Kuhniius ejus Interpres eum intelligit, nam allegat in hanc rem Dionysii Perieget: v. 752. qui omnino de Orientalibus loquitur. Et notum est, ab antiquis varios populos ad Ortum, imo & ad Boream

ream habitantes, *Æthiopes* appellari. Sed quid quamvis vel *Insula*, vel *Oppidum*, in aliquo angulo *Ægypti*, vel *Æthiopiæ* vocaretur, non *Serea*, sed *Σηριαδὴν γη*; Quis eas columnas vidit? Non ipse *Manetho*, ut apparet, nam habuit sua, ut ait, a nescio quibus *Mercuriis* exarata: & in adytis scripto commendata. Vel si fingamus eum vidisse solus vidit, nam nemo alius refert sibi visas: Non *Herodotus*, qui longe ante eum *Ægyptum* lustravit, & habuit sua, ut scribit a doctissimis *Sacerdotibus* *Ægypti*; sed omnes eos latuerunt hæc mysteria, tempore suo revelanda; Nec minus latuerunt *Didorum*, addo & *Strabonem*, qui æque longe post *Manethonem* *Ægyptum*, aut quæ visu digna cognoscerent, peragrarunt. Nec ut puto ullus alius qui unquam *Ægyptum* revisit, columnas istas inspicere potuit. Videtur *Vir doctus* collocare proram & puppim causæ suæ, in *Joseph* Lib. I. Cap. 3. sed satis latum est discrimen inter το *Σηριαδὴν* *Manethonis*, & *Συριαδα* *Joseph*: Quare puto neutrum ex altero inferri poterit. Et ut dicam quod sentio, utramque relationem *Joseph*, non minus quam *Manethonis*, opinor esse falsam. Et revera non debuit *Flavius* sacram veritatem putridis columnis istis sustentare: Vide *Eruditum Stillingfletum* in *Aureo libro*, cui Titulus *ORIGINE S SACRÆ* Lib. I. Cap. 2.

§. XVIII. Observandum 2do. *Mercurios*  
istos

istos, quos ut *Authores* suas allegat *Seben-nyta*, empusas & larvas esse meras; quæ nunquam extiterunt. *Cicero* Lib. III. de *Natura Deorum* hæc habet *Mercurius* unus cælo patre, *Die* matre natus: cujus obscenius excitata natura traditur, quod ad spectu *Proserpina* commotus sit: alter *Valentis*, & *Phoronidis* filius. Is, qui sub terris habetur, idem *Trophonius*: Tertius *Jove* tertio natus, & *Maia*, ex quo, & *Penelopa* *Pana* natum fuerunt: Quartus *Nilo* patre, quem *Ægyptii* nefas habent nominare: Quintus, quem colunt *Pleneatba*, qui *Argum* dicitur interimisse, ob eamque causam *Ægypto* præfuisse, atque *Ægyptiis* leges, & literas tradidisse. Hunc *Ægyptii* *Thoyth* appellant: eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. *Diodorus* Lib. I. pag. 10. perhibet eum esse sacrum scribam, & consiliarium *Osiridis*, i. e. *Bacchi*, quorum neuter unquam extitit: Et plurimarum rerum inventorem. *Plutarchus*, in nescio quot formas figuras & res, eum transmutat. Vide eum pagin. 13 56. 60. 104. 339. 341. 569. 719. Græca non sunt ad manum, utor Latina versione impressa *Francofurti* ad *Mænum* MDLXXX Interim constat ex *Cicerone*, *Diodoro*, *Plutarcho*, aliisque qui in cumulum allegari possent, Gentilitatem nescivisse quid dixerit, cum loqueretur de *Mercurio*, vel ejusmodi *Deastris*. *Plutarchus* erat *Paganorum* astutissimus, & floruit regnantibus *Ti-*  
to,

to, vel Domitio, vel saltem circa ea tempora; cum Christianismus prævalere cæperit; Quare ille omnes suas technas & fraudes exeruit, ut Paganica superstitio tersa & compta appareret. Si roges quid habuerint Gentiles in animo, cum de Mercurio loquerentur? Respondeo sagaciores eorum, nihil aliud intellexisse, nisi artem aut facultatem persuadendi, aut decipiendi. Nam solebant virtutes, vitia, aliasve res, aut personas, representare; et tunc personarum nomina juxta harum rerum naturas iis indere. Nonnunquam fateor, sub hoc nomine personam intelligunt, ut in illo Xiphilini, vel Dionis verius, in *Antonino Philosopho*. λόγος εχει, Αρνῦθιν τινα μάγον Αἰγυπτιον συνοντα τω Μαρκω, ἄλλους τὲ τινὰς δαίμονας ἢ τὸν Ερμῆν τον ἀεριον &c. *Fama est Arnuphin magum Aegyptium, qui una cum Marco fuerit, Mercurium illum qui est in aere aliosque Dæmonas, quibusdam artibus magicis invocavisse, ac per eos pluviam extorsisse. Et revera non potest evinci ex fide dignis Authoribus, unquam Ægypto fuisse virum, eis qualitatibus præditum, quibus suum Mercurium ornant, nisi sit vel Josephus, vel Moses, quos impostores Ægyptii in suas Heroas transmutaverunt. Nonnunquam tamen ut superius, ex Platone ostendimus, Thoth, seu Mercurium peregrinum fuisse fatentur. 3tio. Observandum est, nil esse vel in præfatione, vel libro ut eum habeamus,*

mtus, præter tenebras & quifquiliās: Nam quis est iste Agathodæmon? quis Tat? an Tautus, five Thoth? At ille perhibetur Mercurius primus. Quando porro vel primus vel secundus Mercurius floruit? Quibus Regibus vel in Asia, vel in Europa erant Synchroni? 4to. In epistola Ptolæmeus vocatur Σεβαστος, quod non memini datum ulli ante Romanos Imperatores. Et hoc suspectam mihi reddit epistolam istam νοθελος, ut serioris temporis sit, quam ipsa prætendit. 5to. Quantum percipi potest, videtur Manetho dicere haud multo post diluvium, traducta ea quæ in eis columnis exarata erant, in linguam Græcam quod nemo credet. 6to. Totus Manethonis liber, vel λειψύνα ejus, ut nos ea habemus, nihil sunt nisi confusus acervus seu catalogus, si merentur nomen, nudorum nominum intermixtis nonnullis rebus, parvi momenti, in quibus nec initium (nam nullus scire potest quoto anno mundi Menes iste regnaverit) nec historia synchrona, cum qua ea λειψύνα conferamus, extat. Et de Manethone hac vice satis.

§. XIX. Sed revertimur ad Herodotum, & Diodorum. Herodotus ut dictum est, habet Psammitichum statim post Sethonem; Diodorus post Sabacum, Sethonem silentio transiens, nec memorabilem obsidionem Azoti commemorans, de qua Herodotus ita ait

ait Lib. II. Cap. 157. *Psammitichus vero in Aegypto quatuor & quinquaginta regnavit annos per quorum undetriginta magnam Syria urbem obsidens oppugnavit, donec cepit. Hæc est Azotus, quæ diutissimam inter omnes urbes (quas novimus) sustinuit obsidionem. Jam non dubito, quin illa obsidio fuerit, quanquam de duratione ejus ambigam. Sed illud inde inferre non dubito, nempe multas res, easque magnificas quas gesserant Ægyptii, notas ipsis fuisse tempore Herodoti; in tempore Diodori autem plane oblivioni traditas. Hinc ut dixi, infero, nulla certa monumenta Ægyptios habuisse. Herodotus cum absolvisset quæ dicenda habuit de Psammiticho: sic pergit Cap. 158. *Psammitichi filius qui & Regnum Aegypti suscepit, extitit Nechus. Diodorus autem absoluta narratione de Psammeticho, ita prosequitur. Post quatuor deinde ætates, Apryes duos & XX annos administravit. Nulla usquam apud Diodorum mentio Necai, seu Pharaonis Nechois, qui res, si quis alius, Ægyptiis maxime honorificas præstitit; vide supra Cap. II. 17. annos Herodotus eum regnasse dicit. Sed Syncellus ex nescio quibus Authoribus hæc scribit. Νεχῶν δέυτερος ἔτη 5. &c. 'Necho secundus annis 5. hic cepit Hierusalem, & Joachas Regem in Ægyptum abduxit. Sed hæc obiter: Nam persuadeo mihi Syncellum, ex nullo Pagano Authore hæc habuisse.**

6 XX,

§. XX. Sed id quod præcipue intendo, est ut sæpius dixi, nimirum evincere Ægyptios habuisse in ipsius Herodoti tempore, admodum pauca rerum monumenta futurarum; longe autem pauciora, si quæ omnino, tempore Diodori. Confirmat hæc omnia Strabo Lib. XVII. pag. 806. ‘ Hanc perhibent ( nimirum Heliopolin ) olim Sacerdotum habitationem fuisse; hominum Philosophiæ & Astronomiæ deditorum : Nunc is ordo ac studium defecit, nec quisquam nobis tali exercitationi præfectus ostendebatur, sed homines tantum, qui sacrificia curarent, atque ritus eos peregrinis commonstrarent. Comitatus est quidam Ælium Gallum Ducem ex Alexandria navigantem in Ægyptum quidam nomine Chæremon, sed ob ignorationem & arrogantiam fere plurimum deridebatur. Ostendebantur ergo ibi Sacerdotum ædes ac domicilia, in quibus Eudoxus & Plato egerant. Hæc ut reor, probant nullam curam adhibuisse Ægyptios, ut monumenta Regni sui, si quæ unquam fuerint, vel colligerent, vel conservarent. Et revera non obstante Herodoti confidentia, quod scilicet omnes res Ægyptiacas a Psammitichi inchoato Regno liquide cognoscerent, demonstrant tamen nihil melius Græcos eos cognovisse, quam res ante Psammitichum gestas : Nam ne vel in annis Regum conveniunt. Herodotus Lib. II. Cap 157. annos

B. b.                      quinquaginta



quinquaginta quatuor Psammiticho, qui juxta eum regnavit post Dodecarchiam, attribuit. Syncellus pag. 210. dat ei 14. Diodorus habet de Psammeticho, pene eadem quæ Herodotus, sed quot annos regnavit, tacet. Herodotus Necaio filio Psammitichi septemdecim annos assignat, apud Syncellum pag. 210. dantur ei 9. anni. Diodorus post Psammitichum habet Apryem, nulla Necai mentione facta, nec ejus filii Psammis, quem dicit Herodotus regnasse 6. annos. Reperi apud Syncellum pag. 74. & 177. Quendam Psammum, qui dicitur regnasse annis 10. An sit idem cum Herodoti Psammi, judicent alii. Apries Diodoro 22. Herodoto 25. annos regnavit. Amasis Aprius parricida & successor regnavit secundum Diodorum pag. 44. annos 55. secundum Herodotum Lib. III. Cap. 10. 44. Quo mortuo, ut Aegyptii dicunt, Persæ subegerunt Aegyptum.

§. XXI. Vidimus jam non minus discordes esse Scriptores de annis Psammitichi, ejusque successorum, quam fuerant de annis ejus antecessorum: Psammitichum ipsum quod spectat, non suppetunt plura, quam Herodotus, & Diodorus, de eo tradunt: quæ nec refellere nec affirmare possumus. Ejus filius Necaüs, vel Necus ut Herodotus habet, fuit quidem Princeps potens & bellicosus: sed ejus fortitudo & res gestæ,  
magna

magna ex parte in Herodoti tempore latuerunt Aegyptios, ut ostendimus Cap. II. Et tempore Diodori, ne vel ejus nomen cognitum habebant. Et ejus filius Psammis innotuit Herodoto, non tamen Diodoro. Apries filius Psammis valde potens erat, ut scribit Herodotus, & Diodorus. Jam de factis & exitu illius Principis, Sacrae literae atque Exoticæ plane contraria sibi invicem continent. Nam illæ illum gladio Nebuchadnetzaris cecidisse, in pluribus locis Jeremiæ, atque Ezekielis perhibent. Pagani autem a suis strangulatum narrant. Jam quæritur utris credendum, Judæis vel Exoticis? Hac de re licet nulla quæstio sit apud Judæos, & Christianos; tamen si cum Paganis disputetur, non minima quæstio fieri potest. Sed hæc ut confido, sat clare determinata est, in decursu harum decertationum, quarum ipse scopus est, ut demonstramus nullam fidem habendam esse Paganorum scriptis, si Sacris literis nostris adversentur.

§. XXII. Porro illa quæ Herodotus de ejus morte scribit, adeo sunt jejuna, adeo a vero abhorrere videntur, ut me judice, pene malitiosa fictio pelluceat. Nam postquam hunc Regem magna sælicitate usum, & multis victoriis clarum, per multos annos fuisse retulisset; narrat copias adversus Cyrenæos missas, & ibi cladem passas fuisse

B. b. 2.

quam

quam exercitus imputavit Regi, ut his sublati securius regnaret. Tunc ut pergit, misit Amasin ad sedandum exercitum, qui una cum eis rebellavit. Et rursus alter Patarbæmis, missus ad revocandum Amasin, cum contemptu denissus est. Et cum redisset, aures & nares, Rege iubente, præcisæ sunt; quia non adduxit Amasin. Adest Amasis cum Aegyptiorum exercitu, Apries fugit ad peregrinos, & prælio commisso Apries captus, & strangulatus est, Aegyptiis flagitantibus. Sed *imo*. Non est verisimile tantum Regem, & tam longa & prosperrima fortuna usum, ob unam cladem suis copiis illatam, a toto Regno fuisse desertum. 2. Nulla ratio redditur, quæ movit exercitum, imputare misérias suas suo Regi. Finguntur egisse, ac si dilirio capti essent. 3. An probabile est Aprien mittere voluisse Patarbæmin, unum hominem contra totum exercitum, ut adduceret ad se hominem quem illi elegerant in Regem, & propter opus non præstitum, quod erat impossibile, ei præcidere nares & aures cum pene desertus fuisset ipse Rex ab omnibus suis Aegyptiis? 4. Nec magis fidem meretur, perfidum rebellium ducem voluisse honeste conservare Dominum suum, donec objurationibus coactus sit tradere eum multitudini. 5. Si credamus Herodoto, Aegyptiorum plerique Amasin contemptui habuerunt; non solum ob fordes natalium, sed etiam

etiam ob facinora ab eo ante regnum admiffa : Nam ebriofus erat, & fur. Lege Herodotum, Lib. II. Cap. 161, &c. ad finem Libri,

§. XXIII. Sed pergamus. Lib. III. narrat causam cur Cambyfes bellum intulerit Ægyptiis, & ita fcribit Capit. 1, 2. ΕΠΙ ΤΕΤΟΝ ΔΗ ΤΩΝ ΑΜΑΣΙΩΝ ΚΑΜΒΥΣΗΣ Ο ΚΥΡΟΣ ΕΣΘΑΤΕΥΕΤΟ. &c. Adversus hunc Amalin Cambyfes Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus Æoleisibusque exercitu, bellum movit ob hanc causam. Miffo in Ægyptum Legato, Cambyfis petiit ab Amasi filiam; & petiit confilio cujusdam Ægyptii, qui Amasi erat infensus, quod se potiffimum ex omnibus Aegypti Medicis Amasis ab uxore & liberis abstraxiffet, amandando in Persas, quo tempore Cyrus ad Amasin miferat petatum ocularium Medicum, omnium qui in Aegypto effent præstantiffimum. Ob id infensus Amasi ille Aegyptius, institit suadere Cambyfi ut ab Amasi filiam peteret; ut ille aut mærore afficeretur data filia, aut non data Cambyfi redderetur invisus. Amasis Persarum potentiam exofus horrensque eam nec dare audebat, ne abnuere. Nam Cambysem intelligebat non habiturum illam uxoris loco, sed pellicis. Hæc reptuans; ita sibi faciendum statuit. Erat Apriæ superioris Re-

'gis filia, nomine Nitetis, unica domi re-  
 'lictā, grandis admodum & speciosa. Hanc  
 'puellam Amasis vestitu pariter & auro ex-  
 'ornatam, pro sua filia in Persas dimittit.  
 'Quam quum post aliquantum tempus Cam-  
 'byses salutasset filiam Amasis appellans  
 'ipsa ad eum, rem, inquit, Rex ignoras,  
 'ab Amasi elusus qui me ornatu comptam  
 'tibi transmisit, tradens pro sua filia, quum  
 'revera sim Apriæ filia, quem ille Domi-  
 'num suum cum Aegyptiis rebellans in-  
 'teremit. Hic fermo & hæc causa exorta  
 'Cambysem Cyri filiam vehementer indig-  
 'natum impulit adversus Aegyptum. At-  
 'que ita quidem memorant Persæ: Aegyp-  
 'tyi autem Cambysem suum vendicant  
 'asserentes, ex hac Apriæ filia illum es-  
 'se genitum: Cyrum enim fuisse qui ad A-  
 'masin miserit super filia, non Cambysem.  
 'Quod quum dicant, non recte dicunt. E-  
 'quidem eos hoc non latet ( nam si qui a-  
 'lii, profecto & Aegyptii recte norunt mo-  
 'res Persarum ) Apud eos primo vetari le-  
 'ges spurium regnare, si adsit legitimus: Præ-  
 'terea Cassandanes filius erat Cambyses,  
 'Pharnaspe viro Achæmenida genitæ, non  
 'mulieris Aegyptiæ. Sed Aegyptii histori-  
 'am invertunt, fingentes sibi cum Cyri fa-  
 'milia intercedere cognationem. Et hæc  
 'quidem ita habent. In his imo. Satis mi-  
 'hi manifestum est indicium, Aegyptios non  
 'solum in initio regni Cambysis, sed in ipsi-  
 'us

us Cyri tempore fuisse Persis subjectos: quod nihil eis auderent negare, quod petebant. 2dò. Ut fatuus nobis representatur Amasis, qui se & regnum in apertum perniciæ periculum coniecit, ut filiam domi retineret. Nam quod si illa non ut Regina, vel primaria Uxor, a Cambyse tractaretur, nosse potuit illam in satis magnifico ornatu habendam esse a Rege Persarum: Ita Curtius Libro III. Cap. 3. *Tum Regiæ pellices trecenta sexaginta vehebantur, & ipsa regali cultu, ornatuque.* Immo ipsæ concubinæ admittebantur pervices ad regium Lectum, quod videtur constare ex Libro Esther, & apertius ut opinor ex ipso Herodoto Lib. III. Cap. 69. *ἑκατὶ τέ αὐτῇ μέλος ἐγίνετο τῆς ἀδελφῆς ὁμοῖα τοῦ Μαργόν* &c. *Nam ubi vices ejus fuerunt adveniendi Magum (etenim uxores Persarum per circuitum ad illos pergunt) adiens Magum, una cubavit, ejusque, dum vehementi somno correptus esset, aures palparit.* A pluribus fateor Authoribus innuitur fuisse unam tantum Reginam, Regi Persarum. Sed hoc puto dubium facit controversia, inter Artemenem & Xerxem fratres, ex diversis matribus editos, de regno Persarum, apud Justinum Lib. II. Cap. 10. 3tio. Plane insanit Amasis Herodotæus, cum supposuit filiam Apriæ, quem regno & vita spoliaverat, & ornavit pro sua. Nam neminem potuit latere, eam fuisse plenam irarum & ultionis

in

in Amasidem. Nec minus latuit quenquam satis aptam occasionem lesæ virgini oblatam, ut Amasidis ruinam efficeret. 4to. Insuper patet, solitos fuisse Ægyptios invertere hutorias, si fraus cedere videretur in ipsorum laudem. Ejusdem criminis mentiendi eos arguit Cap. 16. Jam hæ narrationes Herodoti, & Diodori, non solum sunt contrariæ S. Judæorum Scripturis, Sed insuper ferunt secum confutationem sui: Nam nihil in iis inest præter absurdas fabulas, & crassa mendacia ne quidem speciem veri præferentia. Sed Ægyptii erant veræ Cretenses, nam ad mentiendum & decipiendum præ omnibus mortalibus, erant proni ut pene totus hujus opellæ contextus probat manifestissime.

§. XXIV. Sed ut addam unum vel duo insuper exempla; quis credet quæ tradit Diodorus, de eorum legibus pag. 44. &c. Nam ejusmodi vinculis ligant Regem, quibus nemo vel privatus, innecti vellet. Narrarunt Herodoto lepidam fabulam, Lib. II. Cap. 142. οὕτω ( inquit ) 'εν μυριοισι τέ ε-  
τεσι ἢ χιλιοισι &c. Ita intra undecim millia trecentosque & quadraginta annos, negabant ullum Deum forma humana extitisse: Sed neque aut prius aut posterius in reliquis Ægyptii Regibus aliquid tale dicebant fuisse. Sed intra hoc tempus quater solem extra suas sedes fuisse ortum, bis denuo illinc exortum ubi nunc occidit

occidit; bis autem unde nunc oritur, illic occidisse. Haud ut putō, facile est conjicere, quid impostores in animo habuerint, cum ista dixerint; certe animo decipiendi portenta talia retulerunt. Sunt qui in his Ægyptiorum verbis, involvi autumant Solis stationem tempore Josuæ, & umbræ retrocessionem tempore Hiskiae. Sed ego potius putarem intellexisse eos aliquid de annis suis, qui olim caruerunt bisextili. Testatur id Herodotus Lib. II. Cap. 4. Ὅσα δὲ ἀνθρώπων πρήγματα &c. Quae autem humana negotia sunt, hæc ita rescrebunt inter se convenientes. Omnium hominum primos Ægyptios annum reperisse, descriptis per eum duodecim temporum partibus. Et hæc excogitavisse ex astris dicebant, tanto prudentius, me arbitro hoc ducentes quam Græci; quod Græci quidem tertio quoque anno intercalarem adducunt, temporum gratia; Ægyptii vero trecentorum dierum tenentes duodecim menses, adjiciunt cuique anno quinos dies extra numerum, unde eis circulus temporum constat eodem rediens. Hæc probare videntur Ægyptios olim caruisse Bisextili. Suffragatur Censorinus de Die Natali. Cap. 17. Nam eorum annus civilis solos habet dies CCCLXV. sine ullo interkalari. Itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quam naturale quadriennium: eoque fit, ut anno MCCCCLXI. ad idem revolvatur principium. Hic annus etiam ἡλιανός a quibusdam dicitur; & ab aliis ὁ θεῦ εὐαντός



τὸς &c. Sed rem totam doctioribus relinquo : Solummodo observo Ægyptios falso vendicasse sibi primam anni inventionem ; cum S. Scripturæ quæ longe antiquiores sunt quibusvis Ægyptiorum scriptis, testantur annos & menses, ut nunc sunt, ab ipsis initiis fuisse hominibus in usu. Herodoto quoque teste, iidem Ægyptii inventionem animæ immortalitatis probant esse suam ἀρχηγ-  
τεύειν ( inquit Lib. II. Cap. 123. ) δὲ τῶν  
κατω Αἰγύπτιοι λεγῶσι Δημητῆα καὶ Διονύσου  
&c. *Inferorum principatum tenere Cererem  
& Liberum Ægyptii aiunt. Hi denique pri-  
mi extiterunt qui dicerent animam hominis es-  
se immortalem ; sed exolescente corpore subin-  
de in aliud animal quod assidue nascitur im-  
migrare. Atque ubi per omnia se circumtulif-  
set, terrestria, marina, volucra, rursus in homi-  
nis corpus, quod gigneretur, introire. Atque  
hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria  
millia. Qua voce Ægyptii usi sunt, cum  
Deastros istos nominarunt, non constat.*  
Græci frequenter Liberum, seu Bacchum  
appellant Διονύσου, Latini autem Bacchum.  
Græci quare eum Διονύσου appellant, ut pu-  
to, non bene constat : nam variæ etymolo-  
giæ ejus vocis a variis redduntur. Vox au-  
tem Bacchus, quin Hebræa sit, minus am-  
bigitur. derivatur a quibusdam בכך *Ba-  
cha*, quod ululari vel lamentari significat : a-  
liis est idem quod כרכוש *Bar-chus* id est Nim-  
rod. Macrobio Libro I. Saturnal. Cap. 18.

est

est idem quod *Sol.* Pagani, aliquando hoc aliquando illud, intellexerunt, & nil nisi confusionem cogitationum in animo habuerunt, ut probat Clarissimus Vossius in doctis. opere de *Idololatria*. Interim observandum est, plus lucis sæpius posse haberi a Latinis quam a Græcis, cum de Diis suis, atque aliis nonnullis personis, aut rebus loquantur. Ratio est, quoniam longe plus commercii habuerunt Romani cum Pænis, qui Hebraice loquuti sunt, quam Græci: hinc est v. g. quod Latini eum vocant Bacchum quem Græci Διονυσίου, & Saturnum quem Græci Κρονον appellant. Nam ut Bacchus est primitus nomen Hebraicum ita est Saturnus a שבת *Satar celavit*; qui Saturnus est altissimus Planetarum, & a nobis remotissimus. Sequitur Ceres quod nonnulli a voce Hebræa שריש quod *frumentum tritum* significat: Græcis Δημητρε quasi γημητρε h. e. terræ Mater.

§. XXV. Sed de vocibus amplius non disputo, solum quæritur cur his duobus fictitiis nominibus, inferorum principatum ad-dixerunt? Ego opinor Ægyptios per inferos, terram intellexisse, & voluisse dicere, quod per vinum & frumentum homines sustententur. Sed hoc est maximi momenti in his Herodoti verbis, quod Ægyptii primi extiterunt, qui dicerent animam hominis esse immortalem. Et quidem bene habet

bet, quod tam stupidi, & craffi Idololatræ, agnoverint hoc fundamentale principium Religionis. Vereor tamen ne dederint tantum canibus, & felibus, certe istorum actiones non minus demonstrant. Profecto nullus est, qui non cor suum indurat ad stupiditatem, & atheismum, quin a teneris unguiculis animam esse immortalem credat, & præsentiat, immo maxime impii homines hoc credunt; & instar Dæmonum horrescunt, si dicas introductam hanc opinionem fuisse per traditionem: Ergo infero in mundum cum primis hominibus venisse. Et proinde non est dubitandum de ejus veritate, si aliter tenentur, qui negant, ostendere, qui erant primi ejus inventores: sed non possunt. Lucretius quidem Epicurum secutus, contendit animam esse mortalem, sed argumentis plane stramineis. Vide eum Lib. I. p. m. 16. & Lib. III. pag. 335. In his duobus locis conatur animæ immortalitatis fidem, & cum ea omnem religionem abolere, & ex animis hominum omnino tollere; at tandem ipse perit sui ipsius manu, quum amatorio poculo in furorem actus est.

§. XXVI. Sed ut revertamur ad Ægyptios, parvi quidem penderem, quamvis ignavi & vanissimi Pagani, venditassent sese pro Authoribus hujus doctrinæ, si quidam Christianum nomen professi, iis non ad stipularentur, in quibus est Marthamus:  
*Nobilissimum*

~~Nullissimum~~ ( inquit ille pag. 217. ) inven-  
tum eorum, Ægyptiorum nimirum, fuit im-  
mortalitas anima, ita ut de vita spem ali-  
quam haberent, etiam post hujus vita interi-  
tum. Quid audio? An Vir doctus legit  
Biblia sacra? Etiam sed non credidit, ali-  
oquin nunquam illi talia excidissent Nam  
in Cap. I, Geneseos hæc habentur verba Com-  
att. 26. 27. *Postea dixit Deus, faciamus*  
*hominem ad imaginem nostram &c.* Et Cap.  
II. Com. 7. *Sufflavitque in nares ipsius bal-  
tum vitæ.* Et Cap. III totum nullum pro-  
fecto fundit sensum, nisi immortalitas ani-  
mæ præsternatur. Quid quæso præmii ha-  
buit justus Abel, plus quam habuit Cain  
fratricida, si anima cum corpore extincta  
sit? Immortalitas animæ abunde demon-  
strata est Genes. Cap. V. Com. 21. nam  
dicitur ibi quod *Enochus non exiit amplius*  
*quia Deus eum assumpsit.* Sed certe non as-  
sumpsit Deus Brutum, aut cadaver sed homi-  
nem viventem in coelum. Sed admittent, ut  
spero, adversarii N. Testamentum, ut suffici-  
ens commentarium veteris. Assignabo unum  
locum XI. Cap. ad Hebraeos; ubi prolixè &  
clarissime dicitur, Sanctos veteris Testa-  
menti expectasse æternam vitam; & glori-  
am, ideoque sprevisse omnes ærumnas, &  
cruciatus hujus vitæ. Dicit Christus Joan.  
Cap. VIII. Com. 56. *Abrahamus pater il-  
le vester gestivit videre diem istum meum; Et*  
*vidit, ac gavisus est.* At cur quæso gavi-  
sus

sus fuisset Abrahamus videns diem Christi  
 ni promissionem habuisset, quod per Chris-  
 tum ipse, cum aliis salvandus fuisset? Et  
 ista promissio satis clare continetur *Genes.*  
**XII.** & aliis locis. Sed instat Grotius, &  
 Marshamus eum secutus. *Moses* ( inquit )  
*in Religionis Judaica institutione, si diserta*  
*legis respicimus, nihil promisit supra hujus vi-*  
*tae bona, Terram uberem, penum copiosum, vi-*  
*ctoriam de hostibus, longam et valentem sen-*  
*ectutem, posteros cum bona spe superstites. Nam*  
*si quid est ultra, id umbris obtegitur, aut sa-*  
*pienti ac difficili ratiocinatione colligendum est:*  
*qua causa fuit, cur multi, qui legem Mo-  
 sis se-  
 qui se profiterentur, ut Sadducaei, spem omnem  
 de bonis post hanc vitam adipiscendis pro-*  
*licerent. Sed primo quid quamvis nihil ul-*  
*tra hujus vitae bona promittatur, in Mo-*  
*saica institutione, non audent negare, quod*  
*promittatur aliquid ultra hanc vitam, in aliis*  
*Scripturae locis. 2do. Congruum erat, ut sub*  
*umbris Christus tegeretur in lege, quas ipse*  
*Christus dispulsurus erat. Nam splendor So-*  
*lis Justitiae, per gradus introducendus fuit.*  
*3tio. Pii inter Judaeos divinitus adjuti sunt,*  
*ut viderent, non obstantibus umbris, Chris-*  
*tum, qui legis finis est. Et ut sapienti ra-*  
*tiocinatione uterentur, donec ad eum finem*  
*pervenirent. Et sunt multi in ipsa Eccle-*  
*sia, quibus hodie Evangelium tectum est.*  
*4to Sadducæorum hic nulla ratio habenda*  
*est; nam ut refert Josephus Lib. II. de Bel-*

lo Judaico pag. 788. Sadducaei vero & inter se feris moribus discrepantes, & conversatio eorum circa exteros inhumana. Et revera erant Athæorum Synodus, a Deo & omnibus hominibus bonis exosi; præfertim a reliquis Judæis. 510. Dicitur in Evangelio Joannis Cap. I. Com. 46. Invenimus illum de quo scripsit Moses in lege, & Propheta nempe Jesum filium Josephi, illum ex urbe Nazareth. Et Cap. V. Com. 39. Scrutamini Scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitam æternam habere: & illa sunt quæ testantur de me. Et Commat. 45. 46. 47. Ne putate me accusaturum vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moses, in quò vos speratis. Si enim crederitis Moysi, crederitis mihi: nam ille de me scripsit. Quod si scriptis illius non credetis, quomodo verbis meis credetis? Ex his locis recte infero, Moysen scripsisse de Christo, & adeo plane scripsisse, ut quivis plebeius seu rusticus, sine difficili indagatione illud intelligere posset. Et tamen Viri isti, Grotius & Marshamus Christianum licet nomen professi, non erubescunt dicere, Nam si quid est ultra, id umbris obtegatur.

§. XXVII. At jam redeamus ad Ægyptios, qui hujus digressiunculæ dederunt occasionem. Quæri poterit quid moverit eos ut μεταμύχουσι, five revolutionem animarum de corpore in corpus, assererent? Respondetur hanc opinionem non propriam Ægyptiis

Ægyptiis fuisse, sed commune erat iis cum Indis, aliisque Gentibus: Et potuerunt hoc somnare ex variis causis. Et 1<sup>mo</sup>. ut opinor, vana φιλαύτια quosdam impulit ad eam doctrinam amplectendam, seu verius exco- gitandam, ut haberentur sectæ eujusdam Principes. 2<sup>do</sup>. Quidam videntes, quosdam homines in vultu, vel in moribus, similes iis quos antea obivisse audiverant; nec non descriptionem qualitatum corporis, & animæ eorum ab aliis habuerant, imaginati sunt illorum animas sese hisce infinuasse, ut Pythagoras apud Ovidium *Metamorph.* XV.

*Morte carent anima: semperque priore relicta  
Sede, novis domibus vivunt habitantque recepta.  
Ipse ego (nam memini) Trojani tempore Belli  
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quon-  
dam  
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atrida.  
Cognovi clypeum levæ gestamina nostra  
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.*

Ego non credo quod didicisset magis ab Ægyptiis, quam ab aliis vanarum rerum somniatoribus. Tandem quæres in qua, do-ctrina Ægyptiorum propter quam tantope-re celebrati erant in ipsis Scripturis, viz. I. *Reg.* Cap. IV. Com. 30. & VII. *Actorum* Com. 22. Respondeo, non nego magnos Philosophos, Geometras, & Medicos, & a-  
liarum artium peritos fuisse in Ægypto,  
tempore

*Antiq. Ægypt. Cap XV. 401*  
tempore Mosis, & postea quoque. Sed sensim & gradatim, illa doctrina exolevit, ut omnino nihil, aut parum ejus permanferit, ut hæcenus ex Strabone evicimus.

## C A P U T XVI.

*De quibusdam Ægypti Regibus, & aliis  
iis vicinis.*

§. I **H**IC quæri poterit ante omnia, si Ægyptus divisa fuerit in plura Regna? Respondetur, tempore Patriarcharum videtur tota Ægyptus fuisse sub uno Rege, postea autem divisa in plura Regna, & tandem rursus coaluisse in unum: Nam in tempore Abrahami, Jacobi, & Mosis, manifesta indicia dantur totam Ægyptum gubernatam fuisse ab uno Rege: An Thebais pars Ægypti, an Regnum per se haberetur tunc, incertum est. In Libris *Josue*, *Judicum*, & *Samuelis*, nulla Regum Ægypti mentio est. Ratio est, ut putamus, quod civilibus dissentionibus distracti Ægyptii, emicare non potuerint. Nam totum fundamentum Dynastiarum; quas tantopere jactant, nihil aliud censemus esse, nisi varias familias colluctantes inter se, de Ægypti Regno; quarum nunc hæc, nunc illa prævalebat, alioquin si Ægyptus mansisset stabilis sub una successione Regum, facile vicina Regna, quæ ad  
C. c. modum



modum exigua erant, absorpisset. Cernimus igitur *Poster. Reg. Cap. VII. Com. 6.* varios Reges in Ægypto regnantes. Nam Dominus effecerat ( inquit sacer Scriptor ) ut audirent casira Syrorum strepitum Curruum & strepitum equorum, strepitum copiarum magnarum, adeo ut dicerent alter alteri, ecce mercede conduxit Rex Israelis contra nos Reges Chitthæorum & Reges Ægypti, ut invadant nos. Hæc probant, ut opinor, plures Reges tunc regnasse in Ægypto. Sed potest quæri obiter, qui intelligantur per Reges Chitthæorum? Respondeo haud facile scire est, qui hic per Reges Chitthæorum intelligendi sunt. Josephus Lib. IX. Cap. 2. *Antiq.* habet τὸν τὲ τῶν Αἰγύπτιων βασιλεα καὶ τὸν τῶν νήσων Regem Ægypti & Regem Insularum. Sunt, ni fallat memoria, qui Reges Cypri interpretantur, & quidem quamvis necesse fuisset Cypriis navibus uti, tamen non procul erant a Palæstina, & sic poterat hæc videri probabilis conjectura Syris: Nam nullum tunc Regnum erat Chitthæorum in continenti Asiæ. Poterant quoque intelligere alias insulas, præter Cyprum. Nonnulli comparant hunc locum cum *Fer. Cap. II. Com. 10.* & autumant eundem locum in ambobus intelligi: Sed omnino aliter est nam in Lib. II. *Reg.* legitur דִּיתָן in *Ferem.* autem דִּיתָן

§. II. Sed ad Ægyptum nos conferamus  
Primus

Primus Ægypti Rex quem invenimus & in S. Scripturis, & in Exoticis, est Pharao Necho, eum habemus *poster Reg.* Cap. XXIII Com. 29. & *poster. Paralip.* Cap. XXXV. Com. 20. & *Jerem.* Cap. XLVI. Com. 2. Sed an ille qui memoratur *Jer.* Cap. XLVI sit idem cum eo qui habetur in *Libris Reg.* & *Paralip.* potest esse dubium. Et revera in Syncello reperio Nechaab, sive Nechao secundum, sed eum non reperio, in Herodoto, vel Diodoro. Ille qui occidit Josiam & cepit Hierosolymam, potuit revera esse idem qui victus erat *Jer.* XLVI. Necho, sive Nechao. Profligavit atque occidit Josiam, & post quatuor annos rediit in Syriam, & ad Euphratem congressus cum Nebuchadnetzare victus est, & fugit in Ægyptum, multis amissis. *Jeremias* de hac Nebuchadnetzaris victoria vaticinatus est Cap. XLVI. Comat. 1. 2. his verbis ‘ Verbum Jehovah, quod fuit ad Jeremiam prophetam contra Gentes ipsas. De Ægyptiis, Contra copias Pharaonis Nechonis Regis Ægypti, quæ fuerunt juxta flumen Euphratis ad Carchemiscum, quas percussit Nebuchadnetzar Rex Babylonie, anno quarto Jehojakimi filii Joschiae Regis Jehudæ. Et Josephus Libro X. *Antiq.* Cap. 7. hæc scribit. ‘ Anno autem quarto, ex quo is regnare incepit ( nempe Jehojakim ) quidam Nabuchodonosorus, apud Babylonem regno potitus, cum instructissimo exercitu

\* Carchabesam ad Euphratem sitam petiit, bel-  
 \* lum inferens Ægyptio Néchao, qui tum  
 \* toti Syriæ dominabatur. At ille, cognito  
 \* \* Babylonii conatu, non contempsit hostem,  
 \* sed cum validis & numerosis copiis ad Eu-  
 \* phratem se ei opposuit. Et collatis signis  
 \* cum eo congressus, amissis multis milli-  
 \* bus, coactus est cedere: Babylonius au-  
 \* tem superata Euphrate, totam Syriam Pe-  
 \* lusium usque subegit, Judæa sola excep-  
 \* ta. Sed rogabis quis e Pharaonibus per-  
 \* cusserat Gazam, vel quando percussa fue-  
 \* rit? Respondetur valde probabile percus-  
 \* sum esse a Pharaone Nechone, in itinere  
 \* ad Carhemiscum, in quo Josiam occidit.  
 \* Opponit se Perizonius in *Origin. Ægypt.*  
 \* Cap. XXIV. pag. 459. *Illustris Grotius* (in-  
 \* quit) *intelligit hic Pharaonem Nechaonem, qui*  
 \* *Gazam obsiderit post victoriam in Mageddo.*  
 \* *Accedit Doctiss. Conringius in advers. Chronol.*  
 \* *Cap. 15. Sed probabilius longe est, Pro-*  
 \* *phetam non regressum ad tempora tanto su-*  
 \* *periora, quum in ultimis hisce capitibus agat*  
 \* *de rebus a Nebuchadnetzare post Hiero-*  
 \* *solymam jam captam perpetrandis, & hujus*  
 \* *temporis Pharaonem habeamus, quem ex his-*  
 \* *torii constat Phænices quoque vicisse & va-*  
 \* *rias eorum urbes, occupasse.* Respondetur ad  
 \* primam ejus rationem, non omnino haberi  
 \* rationem temporis frequenter in Prophetis,  
 \* sed esse hystorologiam sæpissime; hoc nemo  
 \* negabit. Ad secundum, miror Eruditum  
 Virum

Virum subscribere Herodoto dicenti, fortunatissimum fuisse Apriem, donec conflatum sit Civile Bellum, in quo periit: Nam profecto ex quo Necho fuerit ad Euphratem fractus, nunquam habuere Ægyptiorum Reges felicem diem, sed clade super cladem affecti sunt, donec tandem se & Regnum perdiderint. Tentarunt quidem tempore Zedekiae Ægyptii suppetias ferre Hierosolymis; sed necesse habuerunt retrocedere, inflicta eis clade a Babylonio, ut sæpius in *Jeremia* innuitur: Et hoc testatur *Josephus* Lib. X. Cap. 10. *Ægyptius autem audita, in quibus angustiis esset Sedecias socius, assumpto valido exercitu, Judæam petiit, volens obsidionem solvere. At Babylonius, intermissa obsidione, obviam illi profectus, uno prælio victum tota Syria expulit.*

§. III, Sed quæri hic potest quinam ex Pharaonibus hic fuerit, qui a Babylonia victus, Syria expulsus sit? Respondetur, si sciremus quoto sui Regni anno Pharaon Necho expeditionem in Syriam fecerit, cum Josias interfectus sit, hoc melius cognoscere possemus. Sed cum non sciamus quoto anno Regni Nechao expeditio hæcce ejus facta sit, divinare tantum possumus, cui hæc posterior clades inflicta sit, num Psammi, an Pharaoni Hophræ: Nam Nechoni infligi nequibat, cum ille ante ea tempora fatis concesserat. Nam ut scribit Herodotus tantum 17. annos regnavit. Potuit igitur esse

C. c. 3.

esse Psammis ejus filius; & forsitan involvitur hæc ejus calamitas in Herodoti verbis Lib. II. 161. *Psammis autem quum sex tantum annos regnasset in Ægypto, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est.* Nam Ægyptii in suis scriptis & narrationibus, vel de Judæis prorsus silebant, vel in eos mendacia & atram bilem effuderunt.

§. IV. Sed magis ardua quæstio est, quomodo computemus tempus a Josiæ morte, quæ sola hic nobis *ωαραπερχυα* est, usque ad vastationem Ægypti, per Nebuchadnetzarem? Si constaret quoto anno Regni sui Nechao primum invasit Syriam, omnia faciliora forent. Sed de hoc omnino divinandum est, unde *εωρεσθην* cogimur. Quærenus ergo contra quem Principem Pharaonecho pugnaturus, Syriam primum intraverit. Marthamus dicit esse Chiniladanum. Chiniladanus (inquit pag. 530.) jam annum Regni vicesimum agebat, Princeps ignavus; erga quem tamen Josias Rex, Dei observantissimus; fidem servandam, transitumque hosti ejus non concedendum censuit. Sed nobis arbitris, Chiniladanus non erat in vivis, Nechaone ingrediente Syriam. Nam scriptor poster. Reg. Cap. XXIV. Com. 1. clare innuit admodum brevi, ad summam non ultra triennium vel quadriennium post abitum Ægyptii, venisse Nebuchadnetzarem Hierosolyma,

erosolyma, atque Joachimum servum suum fecisse: Atque tunc certe regnabat cum patre Nabopollassare, ergo non contra Chibladanum, sed Nabopollassarem filium ejus Necho expeditionem illam primam fecit. Erravit igitur Berosus, cum apud Josephum pag. 1044. scribit vivo Nabopollassare, tum Judæam, tum Ægyptum, fuisse subactam, cum plures annos post Nabopollassaris mortem, Chaldæis non paruit Ægyptus. Reprehendit, & recte reprehendit, Græcos, quod multa falsa scripserint. Sed non minus reprehendendus erat ipse Berosus, quod historiam patriæ scribere aggressus sit, & non melius ad opus accinctus accesserit. Magnum tamen est Dei beneficium quod illa fragmenta Berosi, quæ sunt apud Josephum & paucos alios possideamus. Nam plura loca Scripturæ & illustrent & confirmant. V. C. de Diluvio universali, de turre Babelis, de Abrahamo, de clade Senacharibi exercitus, de hac ipsa Judæorum captivitate & de aliis rebus in Scripturis memoratis. Verum est eum hic errare de tempore captivitatis Judaicæ, & quoque subactionis Ægypti: Res tamen narrat veras. Nam circa eadem tempora, & Judæi & Ægyptii a Babyloniiis erant pessundati. Ordo est igitur harum expeditionum, a duobus illis Regibus adornatarum, Babylonio atque Ægyptio. Imo. Ægyptius Phraos Necho ascendit; & profligavit Josiæ exercitum, ipsumque occidit; mox perrexit Carchemiscum.

& vel eam imposito præsidio defendit, vel recuperavit, cum Nabopollassar copias pepulisset. Tunc accedens Hierosolyma amovit Jechoachazum, & constitui in ejus locum Jehojacimum fratrem, & terræ tributum imposuit. Possedit tunc plerasque terras inter Nilum, & Euphratem, Gaza tamen renuit ferre jugum: quare necesse habuit eam vi subigere. Pater ejus Psammiticus, longa obsidione domuerat Azotum ergo ut probabile est, reliquæ urbes Pentapolews, præter Gazam, satius duxere obsequi Ægyptio. Posthac labentibus Ægyptiorum rebus, & Babyloniorum crescentibus, statuit Pharaonecho reprimere Chaldaeorum immodicam potentiam, collecto maximo, ex variis gentibus exercitu, ascendit iterum ad Carhemiscum, sed fuso exercitu trepidum in Ægyptum sese recipere coactus est, Erat enim Nechaoni negotium cum prorsus alio hoste, quam erat Nabopollassar, quem antea habuerat, nimirum Nebuchadnetzare, qui fuit, si quis alius, Princeps bellicosissimus. Post hoc prælium quod late describitur *Jerem.* XLVI. Perrexit Nebuchadnetzar victor Hierosolyma, & Jehojacim vectigalem sibi reddidit, & partem vasorum domus Dei Babylonem absportavit. Objicitur quidem *Jerem.* XLVI. Com. 2. percussas Necaonis copias anno 4. Jehojacim: & ejusdem libri XXV. quartum annum ejusdem Jehojacim. Audimus tamen *Daniel.* Cap. I. Com. 1. dicentem, Domi-

num tertio anno Jehojacimi tradidisse eum in manum Nebuchadnetzaris. Sed secundum Judæos, erat quartus annus, secundum Chaldæos, juxta quorum calculum *Daniel* computavit, erat annus tertius: Jehojacimo autem rebellante, rediit Nebuchadnezar, occidit Jehojacim, & projici mandavit ejus cadaver insepultum, & ita impletum, quod prædictum erat a *Jeremia* Cap. XX. Com. 19. *Sepultura asini sepilietur, tractus & projectus ultra portas Jeruschalaimorum.* Dicitur quidem II. *Paralip*, Cap. XXXVI. Com. 6. quod *Nebuchadnetzar* vinciverit *Jehojacim* catenis duabus Chalybæis, ut abduceret eum in *Babyloniam*. Sed haud dubio prænituit *Babylonium* clementiæ suæ, qualis qualis erat. Ergo ut statueret eum exemplum aliis rebellantibus, nam plures Reges, sive Regulos, sub se habuit, eum huic indignissimæ morti addixit. Ejus tamen filium *Jechojachim* illi tributario solio imposuit. De hisce rebus ita scribit *Josephus* Lib. X. *Antiq. Judaic.* Cap. 8. Non multo post venientem cum exercitu *Babylonium* Regem excipit in urbe, territus propheta prædictionibus. Quod enim ab eo sibi non timeret, neque exclusit, nec ad bellum se paravit. At ille receptus non servavit fidem, sed florem juventutis *Hierosolymitana* una cum ipso Rege interfecit: quem etiam insepultum extra mœnia jussit projici: & pro eo *Joachimum* filium Regem urbis & Regionis constituit. Eorum



rum vero, qui in aliqua dignitate fuerunt, in captivitatem abduxit Babylonem tria millia in quibus etiam fuit tum puer Ezekiel. Sed intra tres menses removit Jehojachim, atque ejus avunculum, quem Zedekiam vocavit, in ejus locum suffecit; Atque hic Zedekias erat imbecillis & quoque perfidus Princeps, tum Deo, tum Nebuchadnetzari, qui adjuraverat ipsum per Deum, & undecimo anno ejus Regni Hierosolyma cum templo funditus deleta sunt. Nam II. Paralip. Cap. XXXVI. Com. 16. ‘Subfannabant nuntios Dei & spernentes verba ejus, dicebant se circumduci per prophetas (alias ridebant Prophetas) donec accensus est æstus iræ Jehovæ in populum suum adeo ut non esset curatio. Confer hunc locum cum I ad Thessalon: Cap. II. Com. 16: & invenies plane similem sententiam Occupavit eos ira ad extremum usque: Ambæ sunt tremendæ & horribiles: Priorum harum intonuit Deus in Judæos, cum Regnum non amplius futuri erant, & posteriorem cum esse Dei ecclesia desinebant: Adeo nefarium est in libero populo, sua privilegia suis sceleribus perdere.

§. V. Memorabilis est admodum locus in Josepho Lib. X. Antiq. Cap. X. ‘Sedecias vero tantisper dum audiebat prophetam (Jeremiam nempe) agnoscebat eum vera dicere, & in rem suam esse, si illi fidem

fidem adhibeat: Sed per amicos rursum depravabatur, & abducibatur a prophetæ consiliis, quocunque vellent. Sed & apud Babylonem Jezekeel eodem tempore vastationem templi prædixebat, eamque prædictionem etiam Hierosolyma transmittit. Quibus vaticiniis Sedecias hac potissimum de causa noluit credere. In cæteris enim omnibus inter se concinebant, quod & urbs vi capietur, & Sedecias ipse captivus abducetur. In hoc vero discrepare videbatur Jezechel, quod negaret Sedeciam visurum Babylonem. Cum Hieremias asseveraret, omnino futurum, ut captivum eum Babylonius Rex secum abduceret. Quare cum hic diversa dicere eos videret, ne illa quidem vera putabat, in quibus consentirent: etiamsi eventus omnia vera fuisse comprobavit, sicut alias opportunius dicitur. In qua re Sedecias, & procul dubio multi alii Judæi demonstrarunt se esse supra modum stupidos, & infideles, nec non extreme perversos. Viderant namque varias horum Vatum prædictiones, jam tum impletas; & norant præterea satis bene esse consuetudinem multorum Tyrannorum effodere oculos Principum, quos in captivitatem duxerunt. Nec Judæos latebat posse esse alias rationes, conciliandi duorum horum Prophetarum vaticinia, quæ ipsis in mentem non subierant: Sed hæc sponte ignorabant, & oculos mentis suæ effoderunt.

§. VI. Sed Nebuchadnetzar erat Dei servus, non solum destinatus ad puniendos Judæos, sed multas alias Gentes, nempe Moabitas, Ammonitas, Tyrios, Ægyptios, & plures alias. Jam cum Tyrus fuerit urbs nobilissima, & clades ei inflicta esset, antequam inflicta erat Ægypto: inprimis pauca de ea trademus. De originibus ejus, ut & aliarum Phæniciae urbium varia narrant Scriptores. Herodotus Lib. I. hæc scribit.

• Persarum quidem igitur docti memorant  
 • dissentionis autores extitisse Phænicas, qui  
 • a mari quod Rubrum vocatur, in hoc nostrum profecti, & hanc incolentes Regionem quam nunc quoque incolant, longinquis continuo navigationibus incubuerunt. Sed revera falsum est Phænicas venisse a Mari Rubro; nam Phænices Cananæi erant, quorum nulla pars ad Mare Rubrum habitasse legitur. Persarum ignorantia talia figmenta peperit.

§. VII. Justinus Lib. XVIII. Cap. 3. de Tyrriorum origine hæc scribit. • Tyrriorum  
 • Gens condita a Phænicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate Sidona appellarunt; Nam piscem Phænices Sidon vocant. Post multos deinde annos a Rege Ascaloniorum expugnati, navibus appulsi,  
 Tyron

‘ Tyron urbem ante annum Trojanæ cla-  
 ‘ dis condiderunt. Ibi Persarum bellis diu  
 ‘ varieque fatigati, victores quidem fuere :  
 ‘ Sed attritis viribus, a fervis suis multi-  
 ‘ tudine abundantibus, indigna supplicia  
 ‘ perpeffi sunt. In his Justinī verbis plura  
 notanda veniunt. *imo.* Loquitur hic Tro-  
 gus ac si peregrini fuissent Phænices, seu  
 Cananæi, in Canaan, cum fuerit eis omni-  
 no patria. Quæres igitur unde Justinus e-  
 os deducat? Respondetur, ut omnino pro-  
 babile est, a Medis, & Persis. Nam in Jo-  
 sepho Lib. XII. Cap. 7. Samaritæ, videntur  
 sumere Medos & Persas, & Sidonios, indis-  
 criminatim pro uno & eodem Populo. Nam  
 fieri poterat, ut vel Tyrii suam tunc tem-  
 poris originem ignorarent, vel ad captan-  
 dam Medorum & Persarum gratiam, ista fin-  
 gerent. *2do.* Nescio an ab alio referatur Si-  
 donios expulsos five expugnatos ab Asca-  
 loniis, in locum qui Tyrus vocatus est,  
 fugisse, certe non verum est. Nam vocatur  
*Iſaia* Cap. XXIII. Com. 12, Tyrus, filia  
 i. e. Colonia Zidonis: Filia tamen ista  
 longe superavit matrem. *3tio.* Munita civi-  
 tas מְבֹרָא vocatur *Josb.* Cap. XIX. Com.  
 29. Nescio igitur quid sibi velit Trogus  
 cum dicat conditam fuisse ante annum Tro-  
 janæ cladis, cum certe multo ante Troja-  
 nam cladem condita fuerit. *Non intelligit*  
 ( inquit Cantel ) *anno ante Trojam captam,*  
*conditam esse Tyrum, sed sumit hoc verbum an-*  
*te*

*te indefinite.* Sed si indefinite fumeret *το* ante, nescio an *το* annum expressisset, simpliciter puto dixisset ante Trojanam cladem. 4to. Notandum hic quod sæpius observavimus, nimirum Paganos nihil habuisse cognitum, ante res Troicas. Nam hic a clade Trojana per saltum descendit ad res Persicas, & tamen a nullo alio quantum nobis innotuit, aliquod bellum memoratur inter Persas & Tyrios; non dubitamus utcunque Persas cum prævalerent per orientem, bellum movisse Tyriis, utpote Babyloniorum subditis. Sed Tyriorum ut putamus munita habitatio, una cum ipsorum industria & fortitudine, eos defendit, quo minus plene subacti fuerint a Persis, quamvis in eorum clientelam cesserint. 5to. De clade ista a servis Dominis illata, non memini me usquam alibi quidquam audivisse; non tamen prorsus nego fieri potuisse.

6. VIII. Justinus ibidem ait, quendam Stratonem liberum hominem beneficio servi sui, communi cladi ereptum, atque Regem creatum. Quintus Curtius meminit cujusdam Stratonis Lib. IV. Cap. I. qui in Sidone regnabat, Darii opibus adjutus. Scribunt Ælianus V. H. VII. 2. & Athenæus Lib. XII. Capit. 13. 14. eum luxui maxime deditum, atque de eo vitio contendisse cum Nicocle Cyprio, uter nimirum in eo excelleret. Et potest quæri an Strato Sydonius

donius oriundus fuerit ex Stratone Tyrio? Atque id minime est improbabile & ut puto quendam ex his Stratonibus condidisse oppidum, quod vocabatur Stratonis turris a Strabone Lib. XVI. & aliis: Sed postea Cæsarea, cum Herodes magnus illud melius ædificasset, & ampliasset. Et satis verisimile est aliquem ex hujus Stratonis genere, qui Tyri regnavit, præfuisse utrique urbi, & Tyro, & Sidoni; nequaquam tamen tempore Alexandri: Nam a Sidone voluntaria deditio facta est, sed Tyrus ad extrêmum Macedoni restitit, & ut ego opinor non Regnum sed Respublica erat, cum expugnaretur ab Alexandro. Arrianus quidem dicit Tyrios tunc temporis habuisse Regem, nam verba faciens de legatis a Tyriis ad Alexandrum missis, hæc habet Lib. II. pag. 125. *Erant enim hi ex Principibus civitatis cum alii, tum Tyrionum Regis filius. Nam Rex Azelmichus cum Autopradate navigabat.* Sed verisimillimum est hos Tyrionum Reges, quos habuere, postquam Babylonica potentia decreveret, fuisse solummodo Judices quos Suffetes vocabant, sine regia potestate, ut liquere videtur ex Josephi Lib. I. contra *Appionem*. Et ejusmodi Suffetes seu Judices habuerunt Carthaginenses, Tyrionum coloni; Et tamen Carthago Respublica, non Regnum fuit. Idem censemus de Sidone, & de reliquis Phœnicum urbibus, quod concludi posse opinamur ex

I.

**I. Samuel. Cap. XVII. Com. 8. & Cap. XXIX. Commat. 6. 7. 8. 9.**

§. IX. Hæc urbs habebatur vetustissima, & ideo, Dionys. Perieget ver. 911. vocat eam *ωγυγινυ*

*Και Τὸν ωγυγινυ, Βηρυτῆ τ' αἰον' ἐραυνην*  
*Et Tyrum vetustam, Berytique terram amanam.*

Et Plinius Lib. V. Cap. 19. hæc habet. *Tyrus quondam insula, præalto mari septingentis passibus divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani Imperii amula, terrarum orbis avida, Carthagine etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus XIX. M. pass. est, intra Palætyro inclusa. Oppidum ipsum XXII. stadia obtinet. Inde Eubhydra, Sarepta, & Ornithon oppida: & Sidon artifex vitri, Thebarumque Bœotiarum parens. In his Plinii verbis quædam non sunt prætereunda. imo. Quidam deducunt Tyrum a Thira, Japheti filio: Hanc ( inquit Pitiscus in Quintum Curtium ) a Tyra Japheti filio, paulo post publicam mundi eluvionem conditam, & de ejus nomine dictam fuisse putat Raderus. Sed voces Tiras, & Tyrus, sunt in Hebræa prorsus diversæ; nam illa est תִּירָס Hæc autem תִּירָס Porro satis liquet Tiram in Asia minori, vel in Thracia substitisse, ubi posterius*

ius propagati sunt, atque multa vestigia nominis conservata. 2do. Scriptores quibus hodie gaudemus, habuerunt admodum exiguam, atque ut ita dicam umbratilem notitiam veteris Tyri: Nam jacebat in ruderibus tempore Alex: M. vel certe neglecta, & a paucis habitata. Nam cum Alexander Tyrum insularem oppugnaturus erat, & viam ad eam per mare factururus, adjumentum erant ei saxa seu lapides, veteris Tyri, seu Palætyri: Ita Curtius Lib. IV. Cap. 2. *Magna vis saxorum ad manum erat, Tyro vetere præbente.* Hæc, ut opinor probant ante Alexandri tempora propemodum desolatam fuisse veterem Tyrum, quamquam multa ædificia tunc forsan stabant, sed ruinam minantia. Diodorus quidem Lib. XVII. dicit Alexandrum veterem istam Tyrum demolitum fuisse, & forsan ædificia plurima diruit: Sed si tunc deserta foret, incolæ deditionem sponte facientes, urbem suam facile conservassent: Nam non solebat Alexander esse asper prompte sibi obsequentibus. Testatur quod diximus viz. parum notitiæ eos habuisse de vetere Tyro, quoque Ovidius *Métamorph. XV.*

*Fluctibus ambita fuerant Antissa Pharosque,  
Et Phanissa Tyrus quarum nunc Insula nulla est.*

Splendorem igitur veteris Tyri nunquam viderunt, nam a Nebuchadnetzare destruita.  
D. d. Et



sta erat. Loquuntur igitur tantum de Tyri insularis ( quæ revera quoque ditissima erat ) gloria, & magnificentia : Sed nequaquam comparanda erat veteri. Horum lapidum & lignorum quibus adjuti erant Macedones, meminit Arrianus Lib. II. *Sed magna vis saxorum ad manum erat, & lignea materia quam saxis insternebant.* Hæc procul dubio sunt lapides & ligna veteris Tyri, etiamsi eam non nominat. A Scyllace, & Stephano de urbibus hæc urbs memoratur. Satis multi Auctores meminere veteris istius seu littoralis Tyri, sed eam subversam fuisse a Nebuchadnetzare, plerique omnes ignorarunt; quod demonstrat istorum infantiam in vera, & veteri historia. Nam certum est ex XXVI. Ezek. Comat. 10. 11. urbem Chaldæos intrasse cum equitibus, & curribus; sed nec Equites nec currus intrare potuerunt Tyrum insularem. Vide Curtium Lib. IV. Cap. 4. & Diodorum Lib. XVII. & Arrianum Lib. II. 3tio. Præter ea quæ de Tyri coloniis ex Plinio audivimus, hæc habet Curtius Lib. IV Cap. 4. *Coloniae certe ejus pene orbe toto diffusæ sunt: Carthago in Africa, in Boeotia Theba, Gades ad Oceanum.* Hic Curtius scribit Thebas Boeotias, fuisse coloniam Tyri: Plinius vero Sidoniæ. Conciabitis hæc, si dicas Sidoniam ut matrem, & Tyrum ut filiam, conjunctas in unum Regnum, seu rempublicam fuisse, quamvis  
Alexandri

Alexandri tempore a diversis Regibus, vel  
Judicibus potius, hæc urbes regerentur. Hæc  
tamen florentissima proles harum urbium,  
earum immensæ divitiæ non tutari pote-  
rant eas a ruina: Nam primum destruxit,  
vel saltem valde depreßit, & pessundedit  
eas Nebuchadnetzar, & postea Ochus dedit  
Sidoniam in ruinam; & Tyrum insularem  
Alexander perdidit.

§. X. Jam pergimus, ut possumus, narra-  
re cladem Tyri, per Nebuchadnetzarem.  
Josephus Lib. I. contra Apionem pag.  
1046. demonstrans ex Gentium scriptis Ju-  
dæorum antiquitatem, hæc habet. προση-  
σω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινικῶν ἀναγραφὰς &c.  
*His prolitis, adjiciam etiam Phenicum histo-*  
*rias: non enim probationum abundantia relin-*  
*quenda est: est enim dinumeratio in illis*  
*annorum: sic enim habent: Sub Regē Ithoba-*  
*lio Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tri-*  
*bus & decem: Post hunc regnavit Baal an-*  
*nis decem. Post hunc Judices constituti sunt*  
*& judicare hi Ecnibalus Basiechi mensibus*  
*duobus: Chelbis Abdai mensibus decem. A-*  
*parus Pontifex mensibus tribus: Myttonus &*  
*Teraustus Abdilimi: Judices annis sex, inter*  
*uos regnavit Balatorus anno uno: quo mori-*  
*ente, mittentes evocavere Merbalum ex Ba-*  
*ylone, & quatuor regnavit annis. Eo quoque*  
*oriante, evocavere fratrem ejus Ironum qui*  
*regnavit annis XX. Sub hoc Cyrus Persarum*  
*habuit*

D. d. 2.

*habuit Imperium. Quapropter omne tempus annorum quinquaginta quatuor, & mensium trium. Septimo siquidem anno Regni sui Nabuchodonosor capit obsidere Tyrum. Quarto decimo autem anno Regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant igitur quæ de templo scripta sunt a Chaldaeis ac Tyriis, cum literis nostris. Hæc Flavius; sed nobis arbitris, certum est, in his quædam esse corrupta; nam probe norat Hierosolyma capta esse decimo nono anno Nebuchadnetzaris, ut habetur *poster. Reg. Cap. XXV. Com. 8.* Nec minus eum latuit, aliquot annos a captis Hierosolymis effluxisse, antequam Tyrus obsideretur: Nam clarissime hoc in Scripturis innuitur, *Ezech. Cap. XXVI. Com. 2. Fili hominis, eo quod dicit Tyrus, de Ieruschalaimis, euge, fracta est urbs portis populosis, avertitur ad me; replebor ex quo vastata est.* Hic introducuntur Tyrii insultantes Judæis, & promittentes sibi montes aureos, ab eorum ruina. Sed corruptelas textus missas facientes, notamus *2do.* Hos Phœnicum Historiographos scribere, Tyrum fuisse obsessam, sed plane tacere eventum obsidionis. Sed quod non totidem verbis referunt, re tamen declarant, dum expresse agnoscunt Judices & Reges suos a Babylone fuisse vocatos; quod certissimum argumentum est, in hac obsidione Tyrum a Nebuchadnetzare captam fuisse; & hos scriptores, clades suorum male dissimulasse.*


§. XI. In Prophetia *Ezekielis* Cap. XXVI. XXVII. & XXVIII. prædicitur destructio illius famosæ urbis, adeo clare & aperte, ut historia rei prius gestæ narrari videatur, Et ut reor Spiritus Sanctus prævidens Phœnicias dissimulatuſuorum clades, ut mendaces confunderet, hæc adeo clare vaticinatus est. Dicitur Con. 14. Cap. XXVI. *quod non edificanda esset ultra. Videtur* (inquit Hieronymus in locum) *facere questionem, quod non sit edificata, quam hodie cernimus Phœnices nobilissimam & pulcherrimam civitatem. Sed satis aptam adhibet responsionem, scilicet. 'Potest ergo quod dicitur, nec ædificaberis ultra, sic accipi: quod nequaquam ultra sit Regina Populorum, nec proprium habeat imperium: quod habuit sub Hiram & cæteris Regibus, sed vel Chaldæis vel Macedonibus, vel Ptolemæis, & ad postremum Romanis Regibus servitura sit. His addi potest, quod nunquam ædificata fuerit in Continenti, ubi Hiram, & cæteri Reges, in splendore regnabant: Vel si aliqua urbs ibi ædificata fuerit, exilis erat in respectu prioris, & nihil nisi portus Tyro insulari. Hieronymus quidem videtur sentire tunc Tyrum insularem esse eam, quam Nebuchadnetzar destruxit: Sed repugnant eam Scripturæ in his *Ezech.* Capit. habent Tyro a Nebuchadnetzare expugnata. tunc Tyri cladem contigisse post cladem D. d. 3. Hierosolymorum*

**Hierosolymorum**, liquet ex *Ezekiele* Cap. XXVI. Com. 2. cladem autem *Ægypti* accidisse post cladem Tyri, constat ex *Ezech.* Cap. XXIX. Comat. 18. 19. *Fili hominis Nebuchadnetzar Rex Babylonia*, exegit a copiis *is servitutem magnam contra Tyrum &c.*

6. XII. De hac *Ægypti* subversione, hæc scribit *Josephus* Lib. X. Cap. 11. *Quinto enim post excidium Hierosolymitanum anno qui fuit Regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, cum magnis copiis invasit Cælenfyriam. Qua subacta, bellum gessit contra Ammonitas & Moabitas, & his quoque perdomitis, Ægyptum hostiliter est ingressus: occisoque qui tunc regnabat, & alio Rege constituto, repositos ibi Judæos rursum captivos Babylonem abduxit. Ex illo loco Josephi, nonnulla sunt observanda 1<sup>mo</sup>. Nebuchadnetzarem non potuisse tredecim annos obsedisse Tyrum, cum quod certum est, non aggressus sit eam, nisi post accisa Hierosolyma: & non aggressus Ægyptum, nisi post eversam Tyrum. 2<sup>do</sup>. Vix mea sententia dubitandum, quin ante cladem Hierosolymæ, possederit Babylonijs Cælenfyriam: Nam poster. Reg. Cap. XXIV. dicitur Babylonijs cepisse a flumine Ægypti usque ad flumen Euphratis, quicquid fuerat Regis Ægypti. Et Cap. XXV. ejusdem libri, cernimus eundem Babylonium libere grassantem in Syria, & commorantem, & aulam suam habentem in Riblatha, quam*

ni

ni fallat memoria, Hieronymus Antiochiam interpretatur. Sed siue erat Antiochia, siue ut alii Apamia, certe non erat longe ἀπὸ τῆς Κοιλῆς Συρίας. Ergo credi par est, Cavam Syriam subactam a Nebuchadnetzare antequam reliquit Riblatham. Ammonitis & Moabitis erant Regiones montanæ, & proinde difficiliore subactu, quare Nebuchadnetzar videtur expugnationem earum distulisse in aliud tempus, sed quod differebatur non auferebatur.

§. XIII. Antehac intenderat Nebuchadnetzar expeditionem contra Ammonitida, ut apparet ex *Ezech.* Cap. XXI. Sed tunc dubius erat, utrum eam, an Judæam, prius invaderet; quare usus est divinatione: Nam verba Prophetæ ita habent Com. 26, juxta Junium 'Nam stabit Rex Babyloniarum in bivio, in capite quarum viarum, ad divinandum divinationem terget cultros (aliis sagittas,  consulet imagines, inspiciet jecur. De primo genere idololatriæ quo usus est Babylonius, ita Hieronymus in locum. 'Stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet; ut mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, ut videat cujus sagitta exeat et quam prius civitatem debebat oppugnare. Hanc autem Græci Βελομαντιαν ἰστούεσσι Παβδομαντιαν nominant. Riserunt hanc divinationem

divinationem Judæi, ut vanam, ut quidem erat in se. Deus tamen per has sagittas duxit Babylonum ad Hierosolyma impugnanda, Rabbatha ad tempus relicta; postea autem invasit Ammonitida, & cumulus vastitatis ab eo facta est: & pagi ejus igne succensi. Vide *Jerem.* Cap. XLIX. Com. 2. &c. Postea invasit Moabitida, eamque subegit. Vide *Jeremiam* Cap. XLVIII. Et revera tunc temporis, tanta strages, confusio, & vastitas facta est in his Gentibus Asiaticis, ut multæ earum nunquam libertatem receperint; Vide *Jerem.* Cap. XXV. Postquam igitur omnia secura reddidisset, tunc ut Josephus ait, *Aegyptum hostiliter est ingressus; occisoque qui tunc regnabat, & alio Rege constituto repertos ibi Judæos rursus captivos Babylonem abduxit.* Josephus hic intempestiva & odiosa brevitate laborat, cum certe plura ad illustrandas celeberrimas *Jeremiae* & *Ezechielis* prophetias de *Aegypto*, omnino utilia, tunc temporis nancisci potuisset; certe harum prophetiarum meminisse, atque difficultates quæ in eis apparent, quantum in eo erat, dissolvere debebat. Testatur interea verum esse, quod scriptum est *Jerem.* Cap. XLIV. Com. 28. dum dicat repertos ibi Judæos in Babylonem Nebuchadnetzarem duxisse.

§. XIV. In *Ezechielis* Capit. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. nec non *Jeremiae* XLIX. tristissima

tristissima vaticinia habentur de Ægypto, quorum multa sunt perobscura, utcunque fiat clare prædicitur ingens prælium fore inter Babylonios & Ægyptios, & Nebuchadnetzarem futurum esse victorem, totumque statim Regnum Ægypti subacturum, & vastaturum. Si quæras ubi terrarum contigerit hoc prælium? Respondeo videtur fuisse in introitu Ægypti; haud procul a Pelusio, ut cives ex ipsis muris possent exitum suorum intueri, & brevi post hoc prælium ut ego opinor, captum erat Pelusium; & incolæ, vel trucidati, vel in captivitatem ducti, qua capta fulminis instar Babylonius perrexit ad alterum extremum Ægypti, nullo, ut probabile est resistente. Hæc poterint bene colligi ex *Ezechielis*, & *Jeremia* prophetiis mox citatis. Et præ aliis puto ex Cap. XXX. *Ezech.* Comat. 14. 15. 16. ‘ Nam desolabo ( inquit ) Pathros, & tradam igni Tzohanem; ac exercebo judicia in No; & effundam excandescentiam meam in Sinem robor Ægypti, quum excidero multitudinem No. Quum ponam ignem in Ægypto, valde dolebit Sin, & No disrumpetur; & Noph hostibus quotidianis. Cap. XXIX. Commat 3. 4. 5. comparatur Pharaoh Draconi, vel ut puto Crocodilo, nam Balæna, qua voce utitur hic Junius, non ut puto, habet hic locum; quoniam Balænæ quantum sciam, non solebant frequentare Nilum. utcunque confertur



fertur cum aliquo immani monstro, quod in Nilo versari solebat; & ejus cædes prædicatur squammis sibi adherentibus. Per squammas puto intelligendos, vel Ægypti Principes, & fortes milites, vel Principes Arabiæ, & quoque Æthiopiæ Occidentalis, Pharaonis clientes; qui omnes cum eo ceciderunt in prælio. Hoc prosperrimo prælio defunctus Nebuchadnetzar, invalit Africam & forsan Hispaniam: Commat. 13. 14. 15. 16. prædicuntur duo de Ægypto, prius eam restituendam esse, post quadraginta annorum captivitatem. De illis quadraginta annis, fateor me nihil intelligere. Dabo verba Junii in Com. 13. ‘Fuit autem hæc  
‘restitutio temporibus Amasis, qui Regnum inclinantibus Babyloniorum rebus,  
‘Cyri tempore occupavit; quem credibile  
‘est præfectum fuisse Ægypto per Babylonium post interfectum Chophrahum, & eadem occasione Ægypti Regem effectum  
‘esse, quum præfecturam tantum fiduciariam prius obtineret; qua in re fefellerunt  
‘Sacerdotes Ægypti ut multis aliis, Herodotum. Alterum est fore Ægyptum postea omnino humile regnum, quo nihil verius. Nam post Babylonios, subacta est a Persis, & quamvis identidem rebellarent Ægyptii, & Reges ex sua natione sibi præficerent; omnes tamen eorum conatus Persæ tandem compresserunt. Alexandrum sponte receperunt, quia norant se nil virum habere,

habere, quibus ei resisterent. Lagidæ fundarunt inter Ægyptios regnum: sed nativi Ægyptii erant pene nullius nominis. In hoc Lagidarum regno, omnes honores, privilegia, & beneficia possessa erant a Græcis. Si qui Ægyptii eis gavisi sunt, necessarium erat eis negare se esse Ægyptios; certe id facere solebant. Sola in religione Macedones & Ægyptii satis conveniebant quoniam eorum religio, nulla religio erat. Romani tandem dominati sunt Ægypto, & tunc ne vel umbra Regis ibi relicta est. Et posthac in hunc usque diem, in miserrimo jacet statu.

§. XV. Si requiras causas iræ divinæ in Ægyptios effusæ? variæ reddi possunt. Atque imprimis horrenda idololatria; nam non solum Boves, sed etiam viliora animalia coluerunt. Quædam exempla eorum vecordix, & insanix, hæcenus dedimus. Proderit tamen unum alterumve adjicere, Herodotus Lib. III. Capit. 27. 28 29. hæc habet.

‘ Cambyse autem Memphin regresso, Apis  
‘ (quem Græci vocant Epaphon) apparuit.  
‘ Ægyptii, cum Apis extitisset, vestimenta  
‘ quam pulcherrima ferebant, & celebrando festo operam dabant. Id tunc facientes  
‘ Ægyptios Cambyses intuens, & omnino ratus illos ob res a se male gestas esse in  
‘ his gaudiis, præpositos arcessit urbis Memphis;  
‘ quos, ubi præsto fuerunt, interrogabat, quid ita, quum antea se apud Memphin

6 phin a Gente nihil tale fecissent, tunc ve-  
 6 ro, postea quum ipse rediisset parte copi-  
 6 arum amissa. Illi dicere, ipsis Deum ad-  
 6 esse conspicuum; longo autem temporis  
 6 intervallo apparere solitum, & cum id sit  
 6 tunc omnes Ægyptios solennem celebrare  
 6 lætitiā. Hæc ubi audiit Cambyfes men-  
 6 tiri eos respondit, ac tanquam mentientes  
 6 morte mulctavit. His interemptis, mox iussit  
 6 Sacerdotes in conspectum venire. Quibus e-  
 6 adem referentibus, dixit, si quis Deus man-  
 6 fuetus ad Ægyptios veniret, fore ut se  
 6 non lateret. Hæc locutus iussit Sacerdo-  
 6 tes adducere Apin, illi ad eum ducendum  
 6 perrexerunt. Est autem hic Apis, idem-  
 6 que Epaphus, ex vacca juvencus genitus,  
 6 quæ nullam dum aliam potest admittere  
 6 genituram: eamque Ægyptii aiunt fulgu-  
 6 re ex coelo tangi, & ictam parere ex eo  
 6 Apin. Habet autem hic vitulus qui appel-  
 6 latur Apis hæc signa: Est bene niger, in  
 6 fronte album figuræ quadratæ; in tergo  
 6 effigiem aquilæ, in cauda duplices pilos,  
 6 in lingua scarabæum. Postea quam Apin  
 6 Sacerdotes duxere Cambyfes veluti vecor-  
 6 dior, educto gladiolo quum vellet ferire  
 6 ventrem ejus, femur percussit, cachinnans-  
 6 que ad Sacerdotes inquit, o capita nequam!  
 6 hujuscemodi Dii existunt, sanguine atque  
 6 carne præditi et ferrum sentientes? dig-  
 6 nus nimirum Ægyptiis hic Deus. Vos  
 6 certe me ludibrio habuisse non juvabit:  
 Hæc

‘ Hæc locutus imperavit eis quorum hoc  
‘ munus erat, ut Sacerdotes quidem acriter  
‘ flagris cæderent; cæteros autem Ægypti-  
‘ os ut quemque festo deditum adipisceren-  
‘ tur, occiderent. Ita festum fanè solutum  
‘ est Ægyptiis, Sacerdotes mulcati: Apis  
‘ fauciatus femur in templo jacens extabu-  
‘ it; quem e vulnere extinctum tumula-  
‘ vere Sacerdotes clam Cambyse. Ob hoc  
‘ scelus, (ut Ægyptii aiunt) continuo Cam-  
‘ byses infaniit: qui ne antea quidem com-  
‘ pos mentis fuerat. Et Lib. II. Cap. 153. om-  
‘ ne ( inquit ) potitus Aegypto ( nempe Psam-  
‘ mitichus ) fecit in Memphi Vulcano ante fo-  
‘ res ad ventum austrum vergentes, et aulam  
‘ extruxit Api, in qua Apis educatur, quum  
‘ apparuerit, adversus ante fores undique co-  
‘ lumnis cinctam et figuris refertam: cui  
‘ aulæ stant supposito loco columnarum co-  
‘ lossi duodecim cubitorum. Apis autem Græ-  
‘ corum lingua Epaphus est. Et Strabo Lib.  
‘ XVII. pag. 761: ‘ Apis quidem in Memphi, at  
‘ in Heliopoli Mnevis. Ii enim Dii apud eos  
‘ putantur, alii vero apud alios. Nam mul-  
‘ ti, et in Delta et extra Delta, alii marem  
‘ alii foeminam bovem alunt, qui tamen  
‘ non putantur Dii, sed Sacri. Et pag. 765.  
‘ Æa ( viz. Memphis ) Apidis templum ha-  
‘ bet, qui idem est, qui Osiris. Ibi bos Apis  
‘ in septo quodam colitur, et ut diximus  
‘ apud eos pro Deo habetur, albus frontem  
‘ et quasdam parvas corporis partes, cœtera  
‘ vero

' vero niger, quibus signis judicant qui fit  
 ' ad successionem idoneus, alio vita func-  
 ' to. Ante id septum aula quædam jacet  
 ' in qua est aliud septum matris ejus bovis.  
 ' In hanc aulam nonnunquam Apis emittitur  
 ' præsertim ut peregrinis ostendatur. Vi-  
 ' detur enim per fenestram quandam in sep-  
 ' to, & extra etiam si velint. Et Mela Lib.  
 ' I. Cap. 9. Apis ( inquit ) populorum om-  
 ' nium numen est: Bos niger, certis macu-  
 ' lis insignis & cauda linguaque dissimilis  
 ' aliorum: raro nascitur, nec coitu pecoris  
 ' ( ut aiunt ) sed divinitus & coelesti igne  
 ' conceptus, diesque quo gignitur genti  
 ' maxime festus est. Jam quemadmodum  
 Strabo dicit, Apin eundem esse cum Ofi-  
 ride: item Macrobius Lib. I. *Saturnal.* Cap.  
 21. *Idem* ( inquit ) *sub diversis nominibus*  
*religionis effectus est* ( nimirum cum effecti-  
 bus Veneris, & Adonidis, seu Sibiles, & At-  
 tinis, de quibus prius locutus fuerat ) *apud*  
*Ægyptios, cum Isis Osirin luget nec in occul-*  
*to est, neque aliud esse Osirim quam Solem,*  
*nec Isim aliud esse quam terram, ( ut diximus )*  
*naturamve rerum.* Et revera huic Authori,  
 omnia Paganorum numina eadem sunt cum  
 Sole, vel Luna: inter causas cultus his a-  
 nimalibus præstiti, hæc adfertur a Di-  
 odoro *Tertiz.* ( inquit ) *affertur causa,*  
*ho um animalium illata victui hominum*  
*utilitas. Nam Bos Foemella & alios parit,*  
*terram arant: & ipsa baud inutilis ad aran-*  
*dum*

*dum.* Sed ut prius notavimus, animalia vel vilissima coluerunt Ægyptii. Et ut ait Virgilius *Æneid. VIII. Lin. 698.*

*Omnigenumque Deum monstra & latrator Anubis.*

Hæc scribit Maro, ut reddat Ægyptios qui stabant a parte Antonii ridiculos, & merito quidem: non minus tamen exposuit ludibrio suos Romanos, five Cæsareanos, in sequentibus verbis.

*Contra Neptunum & Venerem contraque Miner-  
Tela tenent.* (vam

Nam reveta Neptunus, Venus, & Minerva, erant mera terri culamenta: Nec unquam existerant magis quam Anubis vel quodpiam aliud Idolorum Ægyptiacorum.

§. XVI. Nunc imprimis quæri potest, quis sit sensus horum verborum Αἰγυπτίους δὲ Καμψίῳ ἐς Μῆμφιν ἐφάμην Αἰγυπτίοισι δ' Αἰδὶς Cambyse autem Memphin regresso Apis Ægyptiis apparuit? Dicam quod sentio, me opinari non intellexisse Ægyptios inventionem novi Apidis, post prioris extinctionem in aquis Nili; sed aliam extraordinariam Apidis apparitionem, qua illa bestia longe illustrior, & augustior, miseris mortalibus videbatur, quod facile vel Doemoniaca, vel humana fraude, agyrtis sacrificulis id procurantibus, fieri poterat. Confirmant me in hac

hac sententia Aegyptiorum verba, nimirum  
 longo autem temporis intervallo apparere so-  
 litum &c. Sed ut opinor statis temporibus  
 merfus est Apis, & alius inventus. Idem  
 videntur stabiliri Manethonis verba apud  
 Josephum Lib. I. contra Apionem pag. 1054  
 Ο Βασιλεὺς γὰρ Φησιν Ἀμενωφίς ἐπεθυμῆσε  
 τὰς θεὰς ἰδεῖν. &c. Rex enim, inquit Manetho  
 scilicet, Amenophis concupivit videre Deos.  
 quos putas? (regerit Josephus) siquidem qui  
 apud eos solennes erant, Bovem & Hircum;  
 & Crocodilos & Cynocephalos vide-  
 bat. Coelestes autem quomodo poterat? Et cur  
 hoc habuit desiderium quia utique & prior Rex  
 aliter hos viderat? ab illo ergo audiens, qua-  
 les essent, & quemadmodum eos vidisset, nova  
 nequaquam egebat arte. Sed forte sapiens e-  
 rat ille vates, per quem hac Rex posse age-  
 re confidebat. Quod si ita fuisset, quomodo  
 impossibilem concupiscentiam non præsavit?  
 Non enim evenit quod voluit. Proinde quam  
 rationem habere potuit, ut propter mutilos aut  
 leprosos ei invisibiles essent? Irascuntur enim  
 propter impietates, non propter corporum vi-  
 tia. Marshamus pag. 52. opponit se Jose-  
 pho. Verum hic (inquit) non agitur de es-  
 sentia divina; sed de loquendi formula, tam  
 ab Aegyptiis usurpata, quam Hebraeis, ideoque  
 Josepho non incognita. Sed nescio an adeo  
 subtiles & philosophicas cogitationes habu-  
 erint Aegyptii, ut hæc ita distinguèrent.  
 Porro hoc certum est, ut sæpius demon-  
 stratum

stratum est, has bestias ab Ægyptiis reputatas fuisse Deos. Quare, ut puto, Marathonius nequaquam infringit responsionem Josephi: Insuper patet idem ex silentio Sacerdotum, post Cambyſis exprobrationem non minus justam quam acerbam; viz. quod adeo insanirent, ut animalia carne & sanguine prædita, pro Diis haberent. Vocabant quidem eum vecordem, sed quidem longemagis vecordes erant ipsi Sacerdotes, dum detestandam superstitionem, vel Atheismum verius foverent. Et quidem nihil præter officium fecit Cambyſes, cum istam eorum vecordiam severissime puniverit. Mentiuntur Ægyptii ob cædem Apidis periisse Cambysem, suo gladio vulneratum. Sed si isthoc genere mortis obierat Cambyſes, inflicta est ei ob Smerdem fratrem interfectum, atque alia facta crudelia, quæ perpetrasse scribitur, non ob crassissimas idololatrias ab eo morte, vel flagris mulctatos. Sed ut rem hanc absolvam, quid opus erat ut cœlestia Numina videre cuperent, cum tot numina in stabulis, & hortis haberent. De origine hujus Idoli, ejusque cultus, aliter Græci, & ex eis Latini, aliter Ægyptii. Augustinus de *Civitate Dei* Lib. XVIII. Cap. 5. ita scribit. ‘ His temporibus Rex Argivorum Apis navibus transvectus in Ægyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Ægyptiorum Deus. Nominis autem hujus cur non A-

E. e.

pis



• pis etiam post mortem, sed Serapis appel-  
 • latus est, facillimam rationem Varro red-  
 • dit: quia enim arca in qua mortuus po-  
 • nitur, quod omnes jam *σαρκοπάγον* vo-  
 • cant, *σερος* dicitur Græce, & ibi eum ve-  
 • nerari sepultum cæperunt, priusquam tem-  
 • plum ejus esset extructum; veluti Soro-  
 • sapis, vel Sorapis primo, deinde una lite-  
 • ra, ut fieri adsolet, conmutata, Serapis  
 • dictus est. Constitutum est etiam de illo  
 • ut quisquis eum hominem dixisset fuisse,  
 • capitalem penderet pœnam. Et quoniam  
 • fere in omnibus templis, ubi cõlebantur  
 • Isis & Serapis, erat etiam simulacrum, quod  
 • digito labiis impresso admonere videretur  
 • ut silentium fieret: hoc significare idem  
 • Varro existimat, ut homines eos fuisse  
 • taceretur, ille autem bos, quem mirabili  
 • vanitate decepta Ægyptus in honorem  
 • ejus deliciis affluentibus alebat: quoniam  
 • eum sine sarcophago vivum veneraban-  
 • tur: Apis, non Serapis vocabatur. Quo  
 • bove mortuo, quoniam quærebatur, & re-  
 • periebatur vitulus coloris ejusdem, hoc est  
 • albis quibusdam maculis similiter insigni-  
 • tus: mirum quidem & divinitus sibi procu-  
 • ratum esse credebant. Non enim magnum  
 • erat Dæmonibus ad eos decipiendos phan-  
 • tasiam talis tauri, quam sola cerneret, os-  
 • tare vaccæ concipienti atque pregnantī,  
 • unde libido matris attraheret, quod in ejus  
 • foetu jam corporaliter appareret: sicut Ja-  
 • cob

\* cob de virgis variatis, ut oves & capræ  
 \* variæ nascerentur, effecit. Quod enim ho-  
 \* mines coloribus & corporibus veris hoc  
 \* Dæmōnes figuris fictis facillime possunt a-  
 \* nimalibus concipientibus exhibere. His at-  
 que talibus tumida vanitas Græcorum La-  
 tinis imposuit.

§. XVII. Sed longe aliter Ægyptii rem  
 representarunt ; Diodorus Lib. I. pag. 54.  
 At vulgus Ægyptiorum has tres causas ex-  
 ponit. Quarum prima omnino fabulosa est, &  
 cum prisca simplicitate convenit, Deos enim  
 initio genitos, cum paucitate illorum multitudo  
 & scelerata improbitas hominum terrigenarum  
 prævaleret ; in animalia se transformasse, atque  
 hoc modo crudelitatem & vim illorum effu-  
 gisse, dicunt. Sed postea rerum in mundo po-  
 titos, ut primis salutis authoribus gratiam re-  
 tribuerent, consecratis quarum speciem induis-  
 sent, bestiis, & vivas impense alere, & mortuas  
 as religiose funerare docuisse. Alteram causam  
 ita recitant. Ægyptios veteres, cum prop-  
 ter ordinis in exercitu confusionem a vicinis  
 sæpenumero pugna vincerentur, signa cohortia  
 bus præferenda excogitasse. Bestiarum igitur  
 quas nunc venerantur imagines formasse ; quas  
 Sauritis ( id hastæ genus est ) affixas Duces  
 gestarent ; ut hoc pacto, cujusvisque ordinis es-  
 set, certo dignosceret. Quæ ordinis concinnitas  
 cum ad victoriam plurimum adferret momenti,  
 animantibus illis salutem acceptam retulisse.

E. c. 2.

Ad

*Ad gratiam illis ergo reddendam morem hunc, nullum de animalibus imagine quondam representatis interficiendi, sed religiose qua dictum est cura & veneratione prosequendi, sancitum esse. Vides hic Ægyptios qui sese sapientiæ nomine maxime extulerunt, plane stupidos & stolidos, & cum ratione insanientes. Ergo Augustus in peragrandâ Ægypto paululum deflectere ad visendum Apin supersedit. Ita Suetonius in ejus vita Cap. 93. Ratio redditur apud Dionem Lib. LI. Τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, ἃ τοὶ τῶν Ἀλεξανδρεῶν σπουδῇ βουλευθέντων αὐτῷ λείπειν &c. Sed cum Alexandrini imprimis cuperent ei corpora Ptolemæorum ostendere, ea non asperxit. Cupivi enim inquit, Regem non mortuos videre. Quæ de causa Apim quoque adire noluit, quod se Deos adorare, non boves, diceret consuevisse. Vossius perdocte & prolixè nititur probare, quod Josephus Patriarcha providendo frumentum Ægyptiis, occasionem præbuerit huic honori, qui dabatur isti animali ut symbolo proventus copiosæ: sed postea, ut dicit in turpem idololatriam degeneravit: nec his repugno. Nam cum considero beneficia, quæ Josephus contulit in Ægyptios, & rursum quam proni erant ad consecrandos benefactores suos; pene cogor pedibus ire in doctissimi viri sententiam. Confirmor ex Exod. Cap. XXXII. & I. Reg. Cap. XII. ubi Israelitæ dicuntur fecisse vitulos aureos, eosque coluisse: Jam quid quæso potuit*  
*movere*

movere eos ad hanc spiritualem scortationem, nisi Apis quem viderant in Ægypto? Et forsan hunc ad memoriam Josephi conservandam ab Ægyptiis audierant. Adde ipsum nomen Apis, & Serapis, Hebraicæ originis esse; nam Apis patrem, & Serapis principem & patrem significant, quæ nomina egregie Josepho conveniunt.

§. XVIII. Alia tamen hujus Idoli origo refertur a Tacito *Histor. Lib. IV. Cap. 83.* *Origo Dei* (inquit) *nondum nostris Auctioribus celebrata: Ægyptiorum antistites sic memorant: Ptolemæo Regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit, cum Alexandria recens condita mania, templaque & religiones adderet: oblatum per quietem decore eximio, & majore quam humana specie juvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis; effigiem suam acciret: latum id regno, magnamque et inclytam sedem fore qua exceperet; simul visum eundem Juvenem in coelum igne plurimo attolli. Ptolemæus omine et miraculo excitus, Sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti et externorum parum gnarus, Timotheum Atheniensem e Gente Eumolpidarum, quem ut antistites ceremoniarum Eleusi exciverat, quænam illa superstitio, quod numen? interrogat. Timotheus quasitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen nec procul templum vetere inter accolæ fama Jovis ditis. Nam*

que et muliebrem effigiem asistere, quam plerique Proserpinam vocent. At Regi rem negligenti, apparuit terribilior species, & minacior; quare Ptolemæus multo auro extorfit a Scydrothemide Rege Sinopensium ut mitteret Deum in Ægyptum. Sed non tamen omnibus his allectus fuisset, ni terribilis visio eum terruisset: Deus iste mira celeritate pervenit, & templum in Racoti ibi conditum habuit, *Fuerat illic* (inquit Tacitus) *Sacellum, Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum.* At primum qui potuit Serapis duci Alexandriam, cum Serapis fuerit ibi antea? Censent quidam Serapidis Sacellum antea fuisse Alexandriæ, sed nullam intus Dei formam. Nugæ! An unquam quæso habuere Ægyptii templa, vel sacella, quin in eis habuerunt omnigenum monstra Deum? 2do. Sed rem satis discutient sequentia Taciti verba viz. ‘Nec sum ignarus esse quosdam qui Seleucia urbe Syriæ accitum, regnante Ptolemæo quem tertia ætas tulit: alii Auctorem eundem Ptolemæum; fedem ex qua transferit, Memphin perhibent, inclytam olim, & veteris Ægypti columnen. Deum ipsum multi Æsculapium, quod medeatur ægris corporibus; quidam Osirim, antiquissimum illis gentibus Numen; plerique Jovem, ut rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem, insignibus quæ in ipso manifesta, aut per ambas conjecant. Hæc Tacitus, ubi clare cernis

cernis Paganorum confusionem, & atheis-  
mum; nescit unde advectum fuerit fictiti-  
um illud Numen, nec quid fuerit aliis alia  
dicentibus. His tamen non obstantibus, au-  
dent Pagani prætere virtuti hujus Idoli  
nempe Serapidis Vespasiano datæ, sanatum  
fuisse cæcum hominem, atque alium ma-  
nu ægrum. Nam Cap. 81. ita scribit 'Per  
' eos menses, quibus Vespasianus Alexan-  
' driæ itatos æstivis flatibus dies, & certa  
' maris opperiebatur, multa miracula eve-  
' nere, quæ coelestis favor & quædam in  
' Vespasianum inclinatio Numinum osten-  
' deretur. Ex plebe Alexandrina quidam o-  
' culorum tabe notus, genua ejus advolvi-  
' tur, remedium cæcitatæ exposcens gemitu,  
' monitu Serapidis Dei, quem dedita su-  
' perstitutionibus gens ante alios colit, preca-  
' baturque Principem, ut genas & oculorum  
' orbes dignaretur respergere oris excremen-  
' to. Alius manu æger, eodem Deo Auctore  
' ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur orabat  
' Vespasianus primo, irridere aspernari: atque  
' illis instantibus, modo famam vanitatis metu-  
' ere modo obsecratione ipsorum, & vocibus a-  
' dulantium in spem induci. Postremo æsti-  
' mari a medicis jubet, an talis cæcitas & de-  
' bilitas, ope humana superabiles forent.  
' Medici varie differere; Huic non exesam  
' vim luminis, & redituram si pellerentur  
' obstantia: Illi elapsos in pravum artus, si  
' salubris vis adhibeatur, posse integrari. Id  
fortasse

fortasse cordi Deis, & divino ministerio  
 Principem electum. Denique patrati reme-  
 dii gloriam penes Cæsarem; irriti Iudi-  
 brium penes miseros fore. Igitur Vespasi-  
 anus cuncta fortunæ suæ patereratus, nec  
 quidquam ultra incredibile, læto ipse vul-  
 tu, erecta quæ astant multitudinem, iussa  
 exequitur. Statim conversa ad usum ma-  
 nus, ac cæco reluxit dies. Utrumque qui  
 interfuere nunc quoque memorant,  
 postquam nullum mendacio præteritum. Et  
 Suetonius in *Vespasiano* Cap. 7. E plebe  
 ( inquit ) quidam luminibus orbatus, item  
 alius debili crure, sedentem pro tribunali  
 pariter adierunt, orantes opem valetudi-  
 nis, demonstratam a Serapide per quietem ;  
 restitutum oculos, si inspiciisset; confir-  
 maturum crus, si dignaretur calce con-  
 tingere. Cum vix fides esset rem ullo mo-  
 do successuram, ideoque ne experiri qui-  
 dem auderet, extremo hortantibus amicis,  
 palam pro concione utrumque tentavit,  
 nec eventus defuit. In hæc verba Sue-  
 tonii sequentia notat Doctiss. Casaubon.  
 Agnoscis pie lector falsam imitationem  
 miraculorum CHRISTI, sic solitus illu-  
 dere hominibus δ δαίμων. Et apud Epi-  
 phanium κατὰ Σαμψαίων inter instrumen-  
 ta miraculorum est δ σίελος τῶν πτυσμά-  
 των.

§. XIX. Sed ad Tacitum revertimur. Re-  
 vera

vera quæ superius ex ipso Tacito produximus, abunde inferviunt tum Tacito, tum Suetonio, refutando, & convincendo mendacii, ab ipsis crediti; cum Tacitus ipse falsus sit, Quodnam numen, vel quale, faustum, vel scævum, Alexandriam advectum fuerit, se nescire. Porro scribente ipso Tacito, Vespasianus ex nulla persuasione data ipsi a Diis suis, sed a mera atque desperata audacia, inspuit in oculos, vel tetigerit crus ut Suetonius habet, vel manum ut Tacitus habet. Sed ut rem hanc absolvam, in ea sum sententia, ut putem hæc a Vespasiano, non sine humana fraude perpetrata; superstitioso tamen, & ignaro popello, per Vespasiani emissarios persuasum fuisse, aliquid miraculosum in facto Vespasiani fuisse: Et ut opinor hoc elucescit ex Suetonii verbis, in eodem Cap. 7. ‘Auctoritas (inquit) & quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato & adhuc novo Principi deerat: hæc quoque accessit. Sed si quis contendit accessisse fraudem quoque infernalem, non repugnabimus; Et forsan quidam qui hoc ludibrium curationis vidit, indicavit hoc Tacito; & ille erat adeo vanus ut crederet. Jam tandem de Taciti Sinopeusi fabula, ita censemus: Alexandrini conflati erant ex multis populis, & ut probabile est, plures eorum venerunt ex Græcis coloniis quæ in Ponto erant, quarum præcipua erat Sinope. Jam hi Græci illam  
fabulam



fabulam in honorem originis suæ confinxerant, & Tacitus Sacerdotes Alexandrinos pro Sacerdotibus Ægyptiis habuit; confundens Alexandrinos & Ægyptios. Porro non leve argumentum est rem esse totam confictam, quod Tacitus dicat eam visionem esse oblatam Ptolemæo illi, *qui primus Macedonum Ægypti opes firmavit & deinde illi quem tertia ætas tulit.* Sed quid quæso grande bonum Vespasianus attulit Romano orbi ut miraculis decuerit eum celebrari? Vexavit totum imperium tributis & exactionibus, ita ut ne quidem lotium sine vectigali fuisse permiserit: atque Tito filio stomachanti ad ejus sordiditatem, ille allata pecunia quam ob lotium acceperat, rogavit num fæteret. Sed miserrime omnium vexavit Alexandrinos, & non male contigit, quia ii erant fabulæ fictores: Nam eorum ingenium erat semper pronum ad adulandum. Apollonium porro Tyaneum solebat in comitatu habere atque ab ejus consiliis pendere, qui insignis Magus sive γόης fuit, vide Philostratum de *vita Appollonii* Lib. V. Capit. 9. 10. Jam audi Dionem in Caracallo *Τὸς δὲ μέγας ὁ γόης ἐτως ἔχαιρεν &c.* 'Magis & præstigiatoribus ita delectabatur ut Apollonium Cappadocem, qui fuerat Domitiani temporibus laude & honore affecerit: ( hic præstigator fuerat solers & Magus ) eique monumentum faciendum curavit. Jam notum est Caracallum

lum, si quis alius, Imperatorem fuisse scelestissimum.

§. XX. Ex his & pluribus superius dictis, luculenter apparet Græcorum vanitas qui prætenderunt sese Apidem Ægyptiis dedisse: & quod præcipue intendimus, non minus clare patet, grandem causam Dei iræ in Ægyptios fuisse abominandam Idololatriam. Nam neglecto Deo supremo mundi fabricatore, omne genus creaturarum, etiam vilissimarum, adorabant. Alia causa erat contemptus Dei miraculorum, quæ Deus inter eos præstitit; dum Israelitæ in Ægypto peregrinarentur: imo non solum eorum obliti sunt, sed insuper horrendis mendaciis ea perverterunt, & in plane contrarium transformarunt. Hinc istæ effrontes invektivæ & calumniæ, quas in Manethone, Apione, Molone, Diodoro, Strabone, Trogo, Tacito, Plinio, aliisque cernes. Omnes hæ calumniæ, & impudentissima mendacia, ab Ægyptiis primitus conflata sunt. Nec dubitandum, quin tertia causa fuerit eorum jactantia de sua antiquitate, in qua mortalibus persuadere nitebantur, Mundum nunquam creatum; sed æternum fuisse. Quarta potest assignari, abominanda magia, qua semper infamis fuerit Ægyptus. Et huc referri possunt Plinii verba Lib. XXX. Cap. 1. 'Est & alia magices factio, a Moyse & Janne & Jotape

pe Judæis pendens. In quibus Plinii verbis, plura observari possunt. 1<sup>mo</sup>. Plinium confundere Ægyptios cum Judæis, quod vel ignorantiam, vel malitiam ejus prodit. Nam Judæorum Biblia ad manum habuit, quibus uti licuit. 2<sup>do</sup>. Certum est fundum Plinianæ sententiæ, vel verius calumniæ, esse Cap. VII. *Exodi*, & sequentia nequissime detorta, ab Ægyptiis, aut aliis Plinio relata. 3<sup>tio</sup>. Plinii Jannem & Jotapen non esse alios quam Apostoli Jannem & Jambrem, II. *Tim.* Cap. II. Com. 8. De quibus Numenius apud Eusebium *præpar. Evangel.* Lib. IX. Cap. 8. hæc habet. ‘ Deinceps ( inquit ) vero Jannes & Jambres Scribæ rerum sacrarum Ægyptii, quo tempore Ægypti finibus ejecti sunt Judæi, claruere, viri omnium judicio rerum magicarum scientia nemini concedentes. Quippe ambo quidem communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Musæo Duci Judæorum, cujus apud Deum potentissimæ preces erant, sese opponerent, adeoque gravissimas quasque calamitates a Musæo in Ægyptum inventas omnium in oculis dissolvere ac dissipare potuerunt. Sed hic atque alii Pagani Scriptores, facile potuerunt scire Mosis scripta longe omnibus fuisse antiquiora, quæ eorum tempore extabant. Sed in his hi Magi a Mose confusi, coguntur dicere *Digitus hic Dei est*.

§. XXI. Jam tandem Appendicis vice,  
quasdam

quasdam consuetudines, & opiniones, quæ  
 Ægyptiis tribuuntur; perstringamus. Hero-  
 dotus Lib. II. Cap. 35. ἐν τοῖσι, ( inquit )  
 αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι ἢ καὶ πωλεῦντι.  
 οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους εὐνῶντες ὑφαίνουσι &c.  
 ' Apud hos fæminæ quidem negotiantur  
 ' cauponanturque, & infistoriis operis va-  
 ' cant; viri autem intra domos texunt. A-  
 ' lii vero texentes villum subtegminis de-  
 ' super tramant, Ægyptii subter. Onera vi-  
 ' ri capitibus, fæminæ humeris bajulant.  
 ' Fæminæ erecte mingunt, viri sedentes.  
 ' Domi ventrem exonerant, foris in viis com-  
 ' edunt: reddentes rationem, quæ sunt tur-  
 ' pia, sed necessaria, ea in occulto fieri de-  
 ' bere; palam vero, quæ non sunt turpia.  
 ' Mulier neque Dei neque Deæ ulla Sa-  
 ' cerdos est, sed viri Deorum omnium &  
 ' Dearum. Alendi parentes filiis nulla, no-  
 ' lentibus, filiabus etiam si nolint, summa  
 ' necessitas est. Deorum Sacerdotes alibi  
 ' comati sunt, in Ægypto rasi. Apud ali-  
 ' os ritus est, statim in funere capita ton-  
 ' sa geri ab illis, quos maxime tangit;  
 ' Ægyptii sub mortes sinunt capitis crines  
 ' immitti, tum in capite, tum in mento an-  
 ' tea rasi. ——— Farinam aqua madefactam  
 ' pedibus, lutum manibus subigunt, & ster-  
 ' cus tollunt. Ritus isti, an omnes in usu  
 ' apud Ægyptios fuerint, dubitari poterit,  
 ' certe nonnulli eorum erant satis ridiculi.

§. XXII. Aliam consuetudinem habent,  
 quæ

quæ satis rara est, quam quoque refert idem Herodotus; eodem Libro Cap. 85. 'Luētus eorundem (inquit) ac sepulturæ tales sunt; Quibuscunque aliquis ex domesticis decessit, cujus aliquod momentum sit, ibi omnes fæminæ illius familiæ caput sibi aut etiam vultum oblinunt luto. Deinde relicto inter domesticos cadavere, ipsæ per urbem vagantes verberantur fuccinctæ & ostendentes mammas, & cum eis propinquæ omnes. Altera ex parte viri, & ipsi fuccincti se verberant. His actis, ita demum ad condiendum portant. Hic fateor, Herodotus dum dicat Ægyptios caput oblinere, morem narrare videtur similem ei, quem alii Orientales habuere in ejusmodi dolendis casibus: Vide *Josluam* Cap. VII. Com. 6. *Jabum* Cap. II. Com. 12. *Ezekiel* Cap. XXVII. Com. 30. *Revel.* Cap. XVIII. Com. 19. Et ejusmodi consuetudinis meminit quoque *Homerus Iliad*: Σ. Lin. 22. &c.

Ως φάτο. τον δ' ἄχεος νεφέλη ἑκαλυψε μελαίνῃ  
 Ἀμφότερησι δὲ χερσιν ἐλὼν κοινὴν αἰθαλοεσσαν  
 Χεύατό κ' ἀπ' κεφαλῆς, χερσὶν δ', ἧσ' ἔχυνε προσω-  
 πων

*Sic dixit, hunc vero doloris nebula obtexit nigra  
 Ambabus autem manibus capiens pulverem atrum  
 Fudit super Caput, gratiosum autem detur pabat  
 faciem.*

Hæc Poeta enarrans dolorem Achillis.  
 lūgentis

*Antiq. Ægypt. Cap. XVI. 447*  
*Iugentis amicum Patrocleum. Et Odys. Ω*  
*Lin. 314. &c.*

Ως φητο. τον δ, ἄχος νεφέλη ἐκαλύψε μέλαινα  
 Ἀμφωτέρησι δέ χερσιν ἑλών κόνιν αἰθαλόεσσαν  
 Χεύατο κακ' κεφαλῇς πολιῆς, ἄδινεν συναχίζων

*Sic dixit, hunc autem doloris nebula cooperuit*  
*nigra.*

*Ambabus autem manibus captum pulverem at-*  
*dentem*

*Fudit in capite albo, graviter suspirans.*

Hæc ille, describens luctum Laertis pro filio Ulysse, quem falso periisse putavit. Sed ut revertamur ad Herodotum, ille post ea quæ huc transcripsimus, prolixè describit funebres ritus, quibus immorare hic non est animus. Unum habet Herodotus Cap. 80. quod omittere non possum, quia admodum laudabile erat. *Congruunt ( inquit ) præterea in hoc cum solis Græcorum Lacedæmoniis Ægyptiis, quod minores majoribus natu obvii cedunt via, ac defleunt, advenientibusque e sedili assurgunt. Attamen in hac re cum nullis aliis Græcorum conveniunt.*

§. XXIII. Diodorus quoque multos Ægyptiorum consuetudines recenset, sed antequam ad eas enarrandas accedat, hæc præfatur. Οὐσα μὲν ἐν Ἡροδότῳ ἔτι τινες &c. Nos autem ( inquit Lib. I. pag. 44. ) quæ Herodo-

tus

*tus & nonnulli rerum Ægyptiacarum Scrip-  
tores; portenta narrationum pro veritate spon-  
te amplexi, & voluptatis gratia fabulas com-  
menti deblatterarunt, missa faciemus. Sed quæ a  
Sacerdotibus Ægypti in commentarios relata  
pencilate examinavimus, ea nunc exponemus.  
Sed non semel audivimus Herodotum dicen-  
tem, se ex Ægyptiorum Sacerdotibus sua  
hausisse; interim revocat in memoriam Di-  
odorus, quæ ex Josepho superius retulimus,  
nimirum quod cuncti Historiographi Hero-  
dotum falsitatis accusent. Sed ut ad Siculi  
consuetudines veniamus: imprimis notanda  
est ea, quam narrat de Regum morte, pag.  
46. ' Post ( inquit ) Regum cuiuspiam e  
' vita excessum omnes per Ægyptum, luc-  
' tu communi suscepto, lacerare vestes, sa-  
' cras ædes claudere, sacrificia inhibere,  
' nec festa celebrare per LXXX. dies so-  
' lebant. Jam confer hæc cum Genes. Cap.  
L. Com. 3. & videbis honores exhibitos  
Jacobæ ab Ægyptiis, haud multum cede-  
re eis, qui eorum Regibus pendi solebant.  
Aliam, ut ille narrat, habuerunt fatis no-  
tabilem. ' De furibus ( inquit pag. 50 )  
' lex quædam Ægyptiis est perquam singu-  
' laris. Qui furtis operam dare volunt, no-  
' mina apud furum Principem profitentur, &  
' e vestigio furtum ex pacto ad eum re-  
' ferunt. Qui res suas amiserunt consimili-  
' ter unumquodlibet amissorum literis con-  
' signatum exhibent, locumque ac diem &  
horam*

horam, quibus jacturam fecerint, adscribunt. Hoc modo cunctis facile repetitis fraudatur, taxatione rerum facta, quadrantem horum persolvit, & tum sua recuperat. Revera hæc est consuetudo omnino singularis, & ridicula : Nam qui sciebant omnes furto addictos, nomina sua daturum Principi furum.

§. XXIV. Aliam consuetudinem narrat Sículus satis quoque singularem; si credenda sit. Nam pag. 58. postquam plura de sepulturæ ritibus scripisset, hæc addit. Sepeliendi porro cadaveris necessarii & Gentiles certum sepulturæ diem Judicibus & consanguineis præfiniunt, & nomine mortui indicato, quod paludem transiturus sit, certo confirmant. Inde plures XL. judices accedunt, habitoque in hemicyclo quodam ultra lacum confessu, navis, ab hujus negotii curatoribus prius instructa attrahitur proreta quodam gubernatore, quem sua lingua Charontem vocant. Ideoque Orpheum cum peregrinatus quondam in Ægyptum hunc ritum vidisset, fabulam de inferis partim imitatum, partim ex ingenio suo commentum esse, perhibent; De quo particulatim paulo inferius agemus. Deducto igitur in stagnum navigio, priusquam mortui loculus inibi deponatur, quisquis accusare velit, a lege potestatem habet. Quod si quis in

F. f. medium



' medium progressus, institutam accusatio-  
 ' nem probarit, quod vitam malam egerit,  
 ' lata per iudices sententia, tum ab usita-  
 ' ta cadaver sepultura arcetur. Sin accu-  
 ' sator calumniosam intendisse actionem  
 ' deprehensus sit, magnæ obnoxius est pæ-  
 ' næ. Quando vero nullus se offert accu-  
 ' sator, aut oblatus criminationis falsæ con-  
 ' vincitur; deposito cognati luctu, ad mor-  
 ' tui laudes procedunt, & de genere qui-  
 ' dem nihil; ut Græcorum consuetudo ha-  
 ' bet, memorant: quod omnes æque nobiles  
 ' in Ægypto esse censent. Sed ut a pue-  
 ' ro educatus & institutus, & ad virilem  
 ' ætatem progressus pietatem in Deos; &  
 ' iustitiam; itemque continentiam & alias  
 ' virtutes coluerit, recensent, ac Deos in-  
 ' fernos ut in contubernium piorum reci-  
 ' piatur, obtestantes rogant. Laudes clamore  
 ' secundo vulgus excipit, & magnificis simul  
 ' laudibus defunctum prædicat, ut qui sempi-  
 ' ternum cum piis ævum in Ditis Regno sit  
 ' peracturus. Sed hæc sunt mendacissimorum  
 ' sacrificulorum commenta. Nam quis sanæ  
 ' mentis credet, post mortem cuiuspiam, con-  
 ' stitutis iudicibus agi solitum de ejus ante-  
 ' acta vita, & proinde de ejus laude, vel  
 ' vituperio, determinatum fuisse? Nec mi-  
 ' nus vanum est, & falsum, opinionem de  
 ' præmiis & pænis, suam originem Ægyp-  
 ' tiis debere. Nam profecto cuncti mortu-  
 ' tales, si monstra aliquot excipias eam fo-  
 ' verunt

*Antiq. Ægypt. Cap. XVI. 451*

verunt, & ab ipsis incunabulis, crediderunt  
ad quam rem non opus est probatione, quon-  
iam a nemine sano negabitur : Audi Ju-  
venalem Lib. I. Satyr. II. Lin. 149. &c.

*Esse aliquos maneis, & subterranea Regna  
Et contum, & Stygio ranae in gurgite nigrae  
Atque una transire vadum tot millia cymbae,  
Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere la-  
vantur.*

*Sed tu vera puta. Curius quid sentit & ambo  
Scipiadae? quid Fabricius, manesque Camilli?  
Quid Cremera legio, & Cannis consumpta ju-  
ventus*

*Tot bellorum animae? quoties hinc talis ad illos  
Umbra venit, cuperent lustrari, si qua darentur  
Sulfura cum tedis, & si foret humida laurus.*

Poeta ibi taxat Atheismum saeculi sui, &  
firmissime stabilit dogma de praemiis & pae-  
nis post mortem; quod praesertim a Poe-  
tis qui Gentium erant primi Theologi, as-  
feritur, & confirmatur. Et quamvis saepe-  
numero ad hoc persuadendum utantur fa-  
bulis, ipsae tamen hae fabulae, omnino in-  
nuunt illam opinionem de Immortalitate A-  
nimae, & Praemiis aut Pænis post mortem,  
hominum mentibus fuisse incisam; alioquin  
hae fabulae non adeo facile digererentur. Sunt  
qui opinantur Orpheum eas advexisse ab  
Ægypto, alii tamen Orpheum nunquam  
spirasse autumant. Audi Ciceronem de Na-  
tura Deorum Lib. I. Orpheum Poetam ( in-  
quit)

quit ) docet Aristoteles nunquam hoc Orphicum carmen Pythagorici serunt cuiusdam fuisse Cecropis.

§. XXV. Dicunt Homerum has fabulas audivisse in Ægypto, easque attulisse in Græciam. Sed salvo aliorum iudicio, reor eum nunquam in Ægypto fuisse. Nam argumentum Diodori, quo utitur ut probet Homerum in Ægypto fuisse, magis frivolum puto, quam ut responsionem mereatur. Et ea quæ Homerus *Odyss.* XIV. de Ægypto habet, demonstrat eum parum de ea regione novisse. Sed præ aliis persuadent mihi, ea quæ canit *Odyss.* Δ. eum nunquam fuisse in Ægypto, nimirum

Νῆσος τῶν αὐτῶν τῆς ἐπὶ πολλοκλύτῳ ἐνὶ πόντῳ,  
Αἰγυπτιε, πορταίροισι Φάρου, δ' ἐκ κινλῆσκασι  
Τόσσου ἀνέουσ' ὅσσον, τε πρημεσίη γλαφυρῇ  
νεύς

Ηνυσεν ἦ λιγύς ἔρος ἔκπρησις, ὅωισθεν.

*Injula deinde quedam est, valde undosa in Ponto,*

*Ægyptum ante (Pharum vero ipsam vocant)  
Tantum semota, quantum tota die cava navis  
Confecit, cui stridulus ventus aspirat a puppi.*

Non pauci detorquent hæc Poetæ verba, ut eum tueantur a lapsu: Nam Pharus tantum septem, vel octo stadja distat ab Alexandria

Alexandria Hac in re recte usurpo verba, Clariss. Vossii nimirum. 'Mirum est veteres quosdam tam religiosos fuisse Homeri cultores, ut maluerint rerum naturam, & situm regionum ad ejus potius componere, quam ipsum erroris arguere, aut saltem poemata ejus ad rei veritatem exigere. Sed fingamus Homerum revera adiisse Ægyptum, quid inde? Ergo nunquam putaverat ante ingressum ipsius in Ægyptum, præmia vel pœnas manere post mortem; sed in Aegypto sola talia dogmata audivit, & didicit; apage nugas! Si peregre profectus fuisset in Babyloniam, Assyriam, Persiam, aut Indiam, potuissent vani homines, pare jure, dixisse eum ab illis regionibus hæc, & ejusmodi dogmata, in Græciam reportasse. Revera nemo nisi plane stupidus, aut desperatus fuisset, negavit præmia, aut pœnas, post mortem.

§. XXVI. Homeri fabulæ de inferis non sunt adeo profundæ, aut subtiles, quin ipse facile sine opæ externarum gentium, eas excogitare potuisset. Præcipua pars Homericæ doctrinæ de Immortalitatē Animæ est in *Odyss.* A. ibi enim plura habet, quæ probant eum credidisse animas hominum non cum corporibus extingui:

Αἱ δ' ἀγέροντο inquit *Lin.* 36.

Ψυχὰς ὅν' ἔξ' Ἑρβας νεκρῶν κατὰ τεθνεώτων  
 Νύμφαι τ' ᾗθεοὶ τε, πολὺτλητοὶ τε γέγοντες  
 F. f. 3. Παρθενικά

Παρθενίκαί τ' ἀτάλαι, νεοθενθεα θυμὸν ἔχουσι  
 Πολλοὶ δ, ἑταμενοὶ χαλκήρεσιν ἐγχείησιν  
 Ἀνδρες ἀρηιφάτοι βεβρωμένα τεύχε ἔχοντες  
 Οἱ πολλοὶ περὶ ἑοῦρον ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος.

Quæ sic reddit paraphrastice Virgilius  
*Aeneid. VI. Lin. 305. &c.*

*Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat ;  
 Matres, atque Viri defunctaque corpora vita  
 Magnanimum Heroum, pueri innuptaque puella  
 Impositique rogis iuvenes ante ora parentum:  
 Quam multa in sylvis autumnī frigore primo  
 Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab  
 alto*

*Quam multa glomerantur aves ubi frigidus annus  
 Trans Pontum fugat, & terris immittit apricis;*

Locum quem Homerus facit receptaculum harum animarum innuit esse tristem & tenebrosum; & tamen suos Heroas & Heroinas in eo collocat: quod mireris, cum satis clare alibi Elysiorum camporum meminit. Ita *Odyss. Δ. Lin. 563. &c.*

Ἀλλ' σ' ἔς Ἡλυσίου πεδίου ἢ πείρατα γαίης  
 Ἀθανάτοι πέμψουσιν (οὐδὲ ξανθὸς Πάρις ἀμύμονος  
 Τῇ περ ἐλίσσῃ εἰοτὴ πέλει ἀνθρωποισιν  
 Οὐ νικητός, ἔτα ἄρ' χειμῶν πολλὸς, ἔτε ποτ'  
 ὕμβρος

Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροισι λινυανειοντάς αἵτας  
 Οὐκ ἀνός ἀνιησίγ, ἀναφύχειν ἀνθρώπους )

*Sed te ad Elysium campum, & fines terræ  
 Immortales mittent (ubi flavus Rhadamantibus est  
 Ubi utique facillima vivendi ratio est hominibus  
 Non nix, neque hyems longa, neque unquam imber*

*Sed*

*Sed semper Zephyri juaviter spirantes auras  
Oceanus emittit, ad refrigerandum homines).*

Et haud dubie Virgilius respicit hunc locum, cum describit *Aeneid. VI. Lin. 638. &c.*

*Devenere locos latos, & amana vireta  
Fortunatorum nemorum sedesque beatas.*

*Largior hic campus æther & lumine vestit  
Purpureo: Solemque suum, sua sidera norunt  
Jam poterit quæri ubi illos locos fuisse finxerit  
Homerus? Respondeo, certe statuit eos  
prope esse invicem, & valde contiguos;  
Nam audivimus mox Elysios campos esse  
prope  $\omega\epsilon\iota\rho\alpha\tau\alpha$   $\gamma\alpha\iota\eta\varsigma$  Idem dicit de suis inferis *Odys. A. Lin. 13,**

*Η δ' ες  $\omega\epsilon\iota\rho\alpha\theta'$  ἵκανε βαθυρὸς Ὠκεανὸς.*

*Εὐθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμος τε πόλις τε*

*Illa ad fines pervenit profundus Oceani*

*Hic vero Cimmeriorum erat virorum populusque civitasque*

§. XXVII. Plutarchus in *Sertorio*, meminit duarum insularum distantium decem millibus stadiorum a Lybia, quas dicit *beatas* vocari, & increbuisse fidem apud Barbaros, ibi *Elysios esse campos*, & *beatorum domicilia ab Homero decantata* Atque descriptio quam dat Plutarchus harum insularum, omnino est instar hujus *Homericae*. Omnino igitur suspicor has insulas, quas antiqui *Fortunatas* vocabant, & jam vulgo *Canariæ* nominantur, Homerum habuisse præ

præ oculis in utroque loco. Quare non possum assentire Ruæo, qui ad Virgilio *Æneid.* VI. Lin. 237. hæc habet 'Cum Ulysses juxta Circes monita, e Circeæ Latii monte sive insula ad Plutonis domum nave contendit, *Odyss.* 10. 512. & *Odyss.* 11. 13. omnino significatur hic Campaniæ locus: siquidem huc, & Borea vento, & unius diei navigatione Ulysses pervenit. Sed Circes habitatio fingitur fuisse in aliqua Insula, inferi maris: unde ut conjicio auster non boreas, navigantibus in Campaniam interservisset. Alterum ejus argumentum non minus leve est; nam probe norat iter hoc Ulyssis fuisse imaginarium, & magicum sicut erat *Æneæ*. Potuerunt igitur, talia itinera perfici in tempore diuturniore vel breviori, ut Poetis placuit. Revera Virgilius ducit *Æneam* per omnes inferorum Regiones, in spatio triginta sex horarum vel plus minus; quod agnoscit ipse Ruæus in vers. 535. & 536. Sed de his abunde.

§. XXVIII, Dicunt quoque Pagani Scriptores, hebdomadam circuitus fuisse inventum *Ægyptiorum*. Ita Dion Cassius Lib. XXXVII. το δὲ ὅτι ἐς τὰς ἀσέρας τὰς ἐπτα τοὺς πλανήτας ἀνομασμένους τὰς ἡμέρας ἀνακλεισθαι, κατέστη μὲν ὑπὸ Αἰγυπτίων, ἀρῆσι δὲ καὶ ἑοὶ πάντας ἀνθρώπων. Quod vero ex stellis septem, quæ Græcis planetæ, Latinis errantes dicuntur, dies dispositi sunt: primum est ab *Ægyptiis* constitutum.

stitutum, deinde ad reliquas gentes om-  
payit. Aliquodque ejusmodi habet Diod.  
Lib. I. alij tamen repugnant, & satis cla-  
re innuunt, non Aegyptiis, sed Judæis ori-  
ginem Sabbati deberi. Horatius Satyr. Lib.  
I. Satyr. 2. Lin; 62.

*Hodie tricesima Sabbata vino tu  
Curtis Judæis oppedere?*

Et Juvenal Satyr. XIV. ver. 96.

*Quidam sortiti metuentem sabbata Patrem,  
Et*

*Sed Pater in causa: cui septima quaque fuit lux  
Ignava, & partem vita non attingit ullam.*

Et Ovidius de arte Amandi Lib. I.  
*Nec te prætereant Veneri ploratus Adonis  
Cultaque Judæo septima sacra viro.  
Et*

*Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis  
Culta Palestino septima festa viro.*

Et tandem Rutilius Numatianus in Itine-  
rario suo, ita in Judæos invehitur.

*Radix stultitiæ, cui frigida sabbata cordi:  
Sed cor frigidius religione sua est.*

*Septima quaque, dies turpi damnata, veterna  
Tanquam lassati mollis imago Dei.*

Vides hos omnes. Authores, ( ut Strabo-  
nem, Plutarchum, Appianum, aliosque præ-  
teream ) imputare & objectare sabbata oti-  
osa ( ut innuunt ) Judæis solis, & non Ac-  
gyptiis. Ergo rationi omnino consentane-  
um



um est, illum septem dierum circuitum a Judæis fuisse primo cognitum. & observatum.

§. XXIX. Jam Rutilii calumniam retundamus; & imprimis rogandus foret, quem qualemve Deum ipse coluerit? Responderet forsan Jovem Homericum, Martem, Vulcanum, vel quempiam similem ex Paganicis Diis a se coli; sed his ipsi Pagani non solum longe majores imperfectiones, quam Rutilius imputat Deo nostro, sed turpissima vitia, & gravissima crimina eis objectant; Et cum hos Deastros coluerint Ethnici, coluerunt nihil nisi vana terreculaamenta, quæ nullam realem existentiam habuerunt. Et si Gentiles, ut Apostolus ait erant ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ; & si qui rejectis Idolis hisce unum esse æternum Deum crediderunt, non audebant istud eloqui. Semper tamen erant supra modum proni ad visibile aliquod objectum colendum, vel terrestre, vel coeleste. Ideoque prævalente Christianismo, cum cultus ejusmodi non publice permixtus erat, plane insaniebant ut Ecclesiasticæ historiæ testantur. Et quoque Gentiles: & inter eos Zosimus ut vulgo vocatur Lib. IV. hæc habet. ἔτι τὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν εἶδη κατὰ πᾶσαν ἐπολιόρκει πόλιν καὶ χῶραν κίνδυνός τὲ πᾶσιν ἐπεκείτο τοῖς νομίζουσιν εἶναι θεούς, ἢ ὅλως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλεπεσι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ φαινόμενα θεωσύν. οὐδὲν

μουσι ‘ Preterea Deum quoque sacraria per  
 ‘ omnes urbes, & agros, oppugnabantur :  
 ‘ adeoque periculum cunctis imminabat,  
 ‘ qui Deos esse putabant, vel in cælum  
 ‘ omnino suspiciebant, & quæ in ea con-  
 ‘ spiciuntur, adorabant. Acres ergo pug-  
 næ videntur fuisse, priusquam Idolorum  
 sedes dirui potuerint. Offendebantur quo-  
 que Pagani, otiosa vita, & stolidi mor-  
 rositare Monachorum. Hinc Rutilius Lib.  
 I. Lin. 439 &c.

*Processu Pelagi, jam se castraria tollit*

*Squallit lucifugis insula plena viris.*

*Ipse se Monachos Grajo cognomine dicunt*

*Quod soli nullo vivere tejie volunt.*

*Munera fortuna metuant, dum damna verentur*

*Quisquam est sponte miser, ne miser esse queat*

*Quanam perversi rabies tam stulta cerebri ?*

*Dum mala formides, nec bona posse pati*

*Sive suas repetunt ex sato ergastulo pœnas,*

*Tristia seu nigro viscera felle tument.*

Nec minus eorundem Monachorum ava-  
 ritia hypocrisis aliisque vitiis accerbaban-  
 tur, & a Christiana ecclesia deterrebantur.  
 Nam Zosimus Lib. V. de eis ita scribit.  
 ἀπειλητο δέ ἡ τῶν χριστιανῶν ἐκκλησια ὑπὸ  
 τῶν λεγομένων μονάχων &c. ‘ Jamque adeo  
 ‘ fuerat intercepta Christianorum ab iis ec-  
 ‘ clesia, qui Monachi vocantur. Hi legiti-  
 ‘ mis nuptiis abstinent, & tam in urbibus  
 ‘ quam vicis, populosa collegia complent  
 ‘ Hominibus non maritatis, nec ad bellum.  
 nec

' nec alium reipublicæ usum necessarium  
 ' idoneis, nisi quod via quadam progressi  
 ' ab eo tempore in hunc usque diem, mag-  
 ' nam agrorum partem ad se transtulerunt:  
 ' & sub prætextu, quasi cum pauperibus  
 ' omnia communicent, omnes prope dixerim  
 ' ad inopiam redegerunt. Magno insuper  
 immo & iusto scandalo Ethnicis erat Christi-  
 ani plebis vita, conspurcata idololatria, atque  
 aliis vitiis: Hinc illud Claudiani Satyricum  
 epigramma in Jacobum magistrum Equitum,

*Percineres Pauli per cani limina Petri,*

*Ne laceres versus, dux Jacobe, meos.*

*Sic tua pro clypeo defendat pectora Thomas*

*Et comes ad bellum Bartholomæus erat*

*Sic ope Sanctorum (aliter Judithæ) non  
barbarus irruat Alpes*

*Sic tibi det vires sancta Susanna suas*

*Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Istrum*

*Mergatur; volucres seu Pharaonis equi*

*Sic Geticas ultrix feriat Romypha catervas*

*Romanosque regat prospera Thecla manus*

*Sic tibi det magnum moriens condirva trium-  
phum*

*Atque tuam vincant dolia fusa sitim.*

§. XXX. Acriter igitur ut modo dictum est, angebat Paganos Idolorum cultus, atque templa sibi erepta. Sed cum Christianos cernerent introducetes novitios Deos, nimirum Sanctos, tunc eorum ira in rabiem vertebatur. Nam rati sunt potius veteres

teres Deos conservandos, eorumque cultum & magnificentiam continuanda esse, quam novos & hesternos introducendos esse. Quare supra modum fremebant, & maledicta & scommata jaciebant in Judæorum & Christianorum Deum. Jam in horum Paganorum numero erat Rutilius, sed certe ipse vel defendit Theologiam homericam qua nihil turpius aut fœdus: Vel erat Peripateticus: sed hi asseriebant nihil sub Luna fuisse Deo curæ, vel erat Stoicus sed hi dicebant ipsum Deum subjectum fato, quod superare nequibat: & hæc fatum alligatum stellis contendebant, vel tandem Epicureus erat, verum hi erant, plane porci, dicentes Deum suum esse omnino otiosum fucum. Jam vero ut deveniamus ad locum quem Rutilius respicere videtur & in eo calumniam suam fundare; nimirum *Exod. XXXI. Com. 17. Inter me & filios Israelis signum est, perpetuum: quia sex diebus fecit Jehovah coelum & terram, die autem septimo quievit & recreavit se.* Affirmamus nihil omnino contineri, in eo quod non habetur *Psal. CIV. Com. 31. Latabitur Dominus in operibus suis.* Sed quis sanæ mentis talem lætitiâ Deo indignam affirmabit.

§. XXXI. Hæc benèvole Lector tibi jam dedi, qualia noster fert agellus; alii plura, alii meliora dabunt; nemo tamen promptiore

tiore voluntate inserviendi Ecclesiæ vere  
 Catholicæ. Eos vere Catholicos voco, qui  
 gnauiter pro mensura sua, & loco, conan-  
 tur primo eruere sensum S. Scripturæ,  
 & deinde vitam suam ad hanc cynosu-  
 ram dirigere. Ego igitur, ut mihi videor,  
 plura loca Ss. Literarum illustravi, & vin-  
 dicavi, is præcipuus erat scopus meus &  
 intentio, in tota hac opella. Nam ille est  
 beatus vir, *cujus oblectatio est in lege Jeho-  
 va: & qui de lege ejus meditatur interdium  
 noctu.* Et tanto magis huic rei debemus  
 incumbere, quod Pseudocatholici, Papistas  
 intelligo, Scripturas obscurare velis equis  
 que nitantur. Huc tendunt immensi isti cu-  
 muli Traditionum, Decretorum, Cannonum  
 & Tricarum, ab Agyrdis indies prodeuntium.  
 His, atque id genus aliis sine numero  
 veluti Ætnæ, vel Vesuvii, cineribus, bea-  
 tum Scripturarum jubar, quantum in ipsis  
 est, obfuscant, & suffocant. Interim non ces-  
 sant ignita tela persecutionis; Nam & vul-  
 pinam & leoninam pellem, simul induunt.  
 Serio igitur moneo Pastores omnes præser-  
 tim Professores Theologiæ; imo omnes qui  
 adolescentiæ præsunt, ut postquam præci-  
 bus, & studiis, verum Scripturæ sensum  
 indagaverint, & eruerint, iterum iterumque  
 inculcent in animos discipulorum. Quamfi-  
 eri hoc vellem a pastoribus in catecheticis  
 sermonibus, imo in reliquis concionibus ad  
 populum, ut omnis ætas, uterque sexus, e-  
 rudiantur

rudiantur in vero sensu Eloquiorum Dei,  
 O utinam darent operam, ut quisque suo-  
 rum auditorum, quemadmodum erat Apol-  
 los, potens esset in Scripturis. Tunc usus,  
 seu praecticæ illationes, longe suavius &  
 facilius fluere. Nam hi sunt Pastores ex  
 Dei sententia, qui ejus populum pascunt  
 scientia & intelligentia. Hæc inquam, hæc  
 est via ad suffodienda mœnia mysticæ Ba-  
 bylonis, & reædificanda mœnia spiritualis  
 Hierosolymæ. Sin aliter faciant pastores,  
 reddenda est eis ratio negligentiae suæ, co-  
 ram tremendo tribunali Dei. Insudent igitur,  
 moneo atque oro, dextere explicandis  
 atque applicandis Scripturis, quo greges cu-  
 ræ suæ commissi, sint stabiliti in præsen-  
 te veritate, nec circumferantur quovis ven-  
 to doctrinæ. Hæc faciant pastores, rum-  
 pantur ut ilia Papæ & Papiculis trepident-  
 que immisso lumine manes. Nam certissi-  
 mum est scæleratum istum absumendum  
 esse, spiritu oris Domini, & illustri adven-  
 tu ejus abolendum esse 2. *Thessal.* Cap. II.  
 Com. 8. Similem omnino locum habes *Isa.*  
 Cap. XI. Com. 4. *Percutiet vero terram*  
*virga oris sui, & spiritu labiorum suorum mor-*  
*te afficiet improbum.* Revera idem sensus &  
 scopus est utriusque loci: Nam quemad-  
 modum in loco ad *Thessal.* mox allegato  
 habetur δ Αἰῶνος, ita hic est יוֹם Uterque  
 locorum indigitat insignem quendam Eccle-  
 siæ hostem, uterque utitur singulari nume-

ro

to, non quasi omnino sit unus homo Antichristus, sed quod sit unus, uno tempore, & non plures. Nam Papicolæ cum suo trienniali Antichristo absurdi sunt. Nam impossibile est in trecentis annis, longe minus in triennio cum dimidio, ea posse perpetrari, quæ ab Antichristo perpetranda esse per Joannem, & Paulum, prædicuntur. Tandem in utroque textu impium illum clara & efficaci Evangelii prædicatione destruendum esse, haud obscure innuitur. Et proinde validis spiritualis militiæ armis, & machinis, oppugnata Babylone, decima pars eius cecidit. Et dubitamus adhuc, quod reliqua magnæ civitatis casura sit? Si nos ardentibus votis adnitamur ad eam concutendam, & cum Spiritu & Sponsa clamemus etiam veni DOMINE JESU.

**F I N I S.**

## ADDENDA &amp; EMENDANDA.

PAG. 2. Lin. 16. appellare. P. 4. l. 21 42.  
 Cap. p. 5. l. 13. *post* ληροι *adde*. Nam  
 quis credet Ægyptios tanta Superbia, et  
 Philautia inflatos, ut omnes Gentes præ se  
 contemnerent voluisse aliquem ex suis portu-  
 bus, vel Urbibus, a vagabundo peregrino  
 latrone nominare, præsertim cum Menelaus,  
 et qui cum eo erant; malefici erant et Par-  
 ricidæ. Nam ita Herodotus; Lib. II. Cap.  
 119. Α'ωικόμενθ δέ ο Μενελαός ες την  
 Α'γυνωτον, &c. "Hic (nempe Menelaus)  
 " ubi in Ægyptum pervenit, et Memphin na-  
 " ve ascendit, exposita rei gestæ veritatē,  
 " honorificentissime hospitio exceptus, He-  
 " lenam malorum immunem recepit, et in-  
 " super omnes pecunias suas. Et quum hæc  
 " assequutus esset Menelaus, tamen injurius  
 " in Ægyptios exitit. Nam quum profici-  
 " sci conaretur, nec per ventos posset,  
 " idque jamdiu, rem nefariam excogitavit.  
 " Sumptis enim duobus pueris quorundam in-  
 " digenarum filiis, exsecrisque, haruspicinam  
 " fecit. Quod ubi cum fecisse rescitum  
 " est, invisus et exagitatus fugiens navibus in  
 " Africam abiit. Hic vides vanitatem, nec  
 non maleficia Græcorum ab ipsis Græcis in-  
 " genue agnita:.. Sed quamvis Stephanus de-  
 ducit Nomen Pharos ab origine plane falsa,



et fabulosa, ut jam patet, ipsa tamen fabula probat Pharum insulam fuisse ab antiquis temporibus, ita nominatam; quod nostro proposito satis inservit.

Pag. 6. l. 18. maxime. p. 10. l. ult. 35. p. 11. l. 3. *W* ibid. 23. regio. p. 21. l. 12. erat. p. 26. l. 30. *Y* l. p. 30. l. 16. subi-geret. p. 32. l. 11. uti urbs potens quidem &c. p. 45. l. 20. mutato.

P. 57. l. 15 *post* liquet *adde*, Ægyptus, fateor, vulgo deputatur Africæ: Sed non spernendi authores aliter sentiunt. Herodotus Lib. II. Cap. 119. Satis clare Libyam, seu Africam, ab Ægypto distinguit. Et Mela Lib. I. Cap. 9. *Asia* (inquit) *prima pars Ægyptus inter Catabathmon et Arabas*. Patet quoque Solinum idem sentire ex 34. et 35. capit collatis; et Plinium Lib. V. Cap. 9. Interim si videtur Ægyptus Africæ, vel Asiæ, juxta habeo.

Pag. 65. l. 19. *lege* vel horum vel illorum. p. 77. l. 1. Comm. 11. 12. p. 78. l. 7. Et addo Niniviticis &c. p. 85. l. 5. *dele* comma *ante Tyri et interpone post*. ib. l. 18. impulerit.

Pag. 86. l. 1. *post* terrestri itinere *adde*, Nontamen nego Sennacharibum, licet Pelusium capi non potuerit; potuisset tamen intrare Ægyptum terrestri itinere, ejusque plures Provincias vastare.

Pag. 88. l. 21. docere. p. 93. l. 11. Cap. XXXIII. p. 107. *post* Berosi verba *adde*.  
Sed

Sed revera hoc est *ωάροράμα* Josephi, vel verius Berosi, nam ex ipso Josepho patebit inferius, Nabopollassarem nunquam possedisse Ægyptum.

Pag. 121. l. 1. vocare. p. 115. l. 16. et Hogum Regem &c.

Pag. 123. l. 2. *post* Stabiliat *adde*. Cum hic distinguamus Imperium Medicum a Persico, hoc agimus juxta Herodoti, et Ctesiae, Sententias. Nam juxta Scripturas, Xenophonta, et alios, Medicum Imperium nunquam valde emicuit, donec Persicum cum illo coaluerit.

Pag. 127. l. 1. narrarunt. p. 137. l. 25. Nonno p. 140. l. 1. Terrarum. ib. 4. Belluæ.

Pag. 140. l. 27. *post* Plin. Lib. VI. Cap. 29. *adde* " Ægyptiorum (inquit) bellis at-  
" trita est Æthiopia vicissim imperitando  
" serviendoque, clara et potens etiam usque  
" ad Trojana bella Memmnone regnante, &  
" Syriæ imperitasse eam, nostroque littore  
" ætate Regis Cephei patet Andromedæ  
" fabulis,

Pag. 147. l. 23. Cyrene. p. 149. l. 14. gravissima. p. 152. l. 7. et aut. p. 153. l. 23. lege in nullo Ethnicorum Scripto, vel saltem rarissime. p. 158. l. 20. a quo hæc &c. p. 159. l. 7. repetentes. p. 165. l. 24. quæ p. 166. l. 13. SOSPITATORIS. p. 167. l. 9. oculos. p. 174. l. 14. et Cæli Numen. p. 178. l. 1. a-  
pud Lucanum Lib. I. p. 184. l. 25. Sibi. p. 196. l. 24. Ægyptiorum. p. 199. l. 17.

memineris. ib. l. 26. aperta sunt. p. 201.  
 l. 14. quondam. p. 217. l. 9. 23. p. 220.  
 l. 1. superet. ib. l. 21. *lege* in suas linguas  
 traductæ et in majus &c. ib. l. 23. *lege* Si tem-  
 pora sequentia respicias nempe Theocra-  
 tiæ, et Regni, in his raro &c. p. 233. l. 9.  
 Infulis. p. 239. l. 19. Judæi p. 254. l. 2. huic ib.  
 l. 10. ipsa ibid: l. 11. Ægyptiaca. p. 255.  
 l. 17. mentita.

Pag. 258. l. 19. *post* vide Josephum de Bel-  
 lo *adde* ipse quidem has diras non evomuit,  
 sed revera posterioribus Rabbinis præiussit.  
 Nam ita ille de *Bello* Lib. VII. Cap. 12. τὸ  
 δὲ ἑωρακὲν αὐτῷς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον,  
 ἦν χρησμός ἀμφιβόλος &c. ‘Sed quod  
 ‘ maxime eos ad bellum excitaverat, re-  
 ‘ sponsum erat ambiguum itidem in Sacris  
 ‘ libris inventum, quod eo tempore quidam  
 ‘ esset ex eorum finibus Orbis terræ habitur-  
 ‘ us imperium. Id enim illi quidem quasi;  
 ‘ proprium acceperunt; multique Sapi-  
 ‘ entes interpretatione deccepti sunt. Hoc  
 ‘ autem plane responso; Vespasiani designa-  
 ‘ batur Imperium, qui apud Judæam creat-  
 ‘ us est imperator. Sed enim homines fa-  
 ‘ tum vitare non possunt, etiam si præviderint.  
 ‘ At vero hi signorum quædam pro sua libi-  
 ‘ dine interpretati sunt, alia contempsere:  
 ‘ donec patriæ excidio suæque perniciæ, eo-  
 ‘ rum iniquitas confutata est. Utinam indi-  
 ‘ casset Flavius quæ oracula, sive prophe-  
 ‘ tias in animo habuerit, cum hæc scripserit;  
 mox tamen ille haud obscure innuet: *At-*  
 que

que certum est non fuisse alias prophetias, quam illam Haggæi Cap. II. atque ei similes. Haggæus prædixit stante Templo secundo, venturum esse desiderium Gentium. Josephus suis oculis vidit Templum secundum dirutum, & solo æquatum: Igitur falsa sua & carnali opinione de Messia deceptus, opinatus est tales prophetias de Vespasiano intelligendas: quem dubio procul Suetonius, & Tacitus, secuti sunt. Sed dum ille reliquit que Judæi talia. senserint, probantur scotommate fuisse perculsi, & vertigine abrepti. Nam Haggæi prophetia aliæque ei similes, clarissime indicant Messiae adventum fore Judæis omnino lætissimum. Sed an Vespasianus, sive Titus, iis aliquod lætum atulerunt, non quidem; sed e contra extremam ruinam, quod pervicacissimi Judæorum non inficiare audebunt. En tibi lector alium hujus authoris locum, qui collatus cum priori, ejus mentem declarabit. Habetur Lib. X. *Antiq.* Cap. II. ἐδήλωσε δὲ περὶ τοῦ λιθοῦ Δαυὶηλὸς τοῦ βασιλεῖ &c. Adjecit & de saxo interpretationem Daniel. sed mihi hoc narrare non libuit, cujus propositum est præterita non etiam futura, scribere. Quod si quis veritatis avidus non desistit inquirere, futurorum quoque obscuros eventus cupiens discere, det operam, ut Danielis librum perlegat, qui habetur inter Sacras Literas. Jam pro certo pono hunc Danielis locum, nempe Cap. 2. Flavium præcipue respexisse

resposisse in priori viz. de Bello; necnon Cap: IX. ejusdem prophetiæ Com. 24, 25. Nam audi eum eodem Lib: Cap. 12: τὰ γὰρ (inquit) Βιβλία ὅσα δὴ συγγράψαμεν καταλελοίπεν &c. 'Libri enim ejus [nempe Danielis] quos conscriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certam fidem faciunt, quod Deus cum eo colloquia miscuerit. Non enim solum futura prædixit, quemadmodum alii Prophetæ, verum etiam tempus, quo eventura essent, præfinit. Jam vero si quis Prophetarum determinaverit tempus adventuri Messiae, certe is Daniel fuit. Ex his locis Josephi, sequentia nobis observanda suppeditantur. *Primo* fallaciter egisse Flavium, cum scripturas sacras ambiguitatis coarguit sine ulla ratione reddita. Nam in istoc Haggæi loco, adeo plane prædicitur Messiam venturum, stante templo secundo, ut nihil clarius excogitari possit. *Secunda* videtur puduisse eum ejus quod scripserat de Bello: Nam in duobus locis quos citavimus ex *Antiquitatibus*, nulla mentio ambiguitatis scripturæ, nulla mentio Vespasiani ut illius principis, in quo hæc illustrissimæ prophetiæ impletæ sunt. Affirmo Josephum fallaciarum suarum puduisse: Nam libri de Bello scripti erant ante ἀρχαιολογίαν ut Author in proemio hujus operis testatur. *Tertio* Josephum conscientia haud munda, sponte suppressisse genuinum sensum *Danielis* verborum Cap: II. Nam si contulisset ea cum Cap. VII: Com. 13. et sequentibus, satis facile eum eruere potuisset. Insuper notandum 470; Josephum clare innuere Danielis librum, divisum fuisse in duo segmenta, sive libros breviores, i. e. in sex prima Capita, quæ sunt historica, et totidem sequentia quæ sunt prophetica; quorum singula segmenta conficiebant unum libellum; et tamen omnia duodecim Capita pro uno libro reputabantur.

Page 270. lin. 8. Spargentemque ibid. l. 16 palmiferamque, p. 272. l. 24. num dicit, &c. p. 273. l. 11. subtraheretur. p. 274. l. 1. unum. p. 282. l. 13. ostia. p. 292. l. 2. illis p. 293. l. 2. quadringenta. ibid

lin. 28

l. 28. Cæterum de, &c. p. 297. lin. ult. Nilip. 301.  
l. 26. quod. ibid. l. penult; XII p. 306. h. r. i. Doctissi-  
mum Marshamum: p. 309: l. 24: dedit p. 311. l. 25:  
scribunt: p. 315: l. 29: si tribuum: p. 317. l. 10: adde  
vide ipsum Perizonium Cap. IX. p. 322. l. 23. veras:  
p. 323. l. 22. scivisset. p. 327. l. 4. Herodotari.

Page 330. l. 19. *post* disertius narrat. *adde* hæc viz.  
verba Plinii. ‘ Jam [ inquit ] regnaverat in Colchia Sa-  
‘ lauces et Esubopes, qui terram virginem nactus, plu-  
‘ rimum argenti aurique crevisse dicitur in Sannorum  
‘ Gente, et alioquin velleribus aureis inclyto. Sed &  
‘ illius aureæ cameræ, et argentæ trabes narrantur,  
‘ & columnæ atque parastatæ, victo Sesostris Aegypti  
‘ rege, tam superbo, ut prodatur annis quibusque sorti;  
‘ Reges singulas e subjectis jungere ad currum solitas  
‘ sicque triumphare.

Page 341. l. 23. lege Sesostris esse nullum aliam p.  
356. l. 28. 17. p. 357. l. 27: expeditiones terminarunt  
p. 363. l. 5. continentur. p. 367. l. 22. quia ibid. l. 25.  
parva. p. 379. l. 13; notari. pag. 375; l. 10: quas; p.  
381; l. 1: suos p; 382: l. 1; Domitianor: p; 382; l. 24;  
unquam in &c: p 383. l. 26. Pro Flammitchum lege  
Historiam Dodécarchiæ. p. 395. h. 19. 71 p. 397.  
l. 14. Porro quid; p. 399. lin 16. crederetis p. 400.  
l. 24. lege in qua re &c ibid. l. 28; *post* ccm: 22; *adde*  
consistat; p; 409; lin 9; XXII pag 434; lin 8. ostentare;  
pag 446; l. 29 gratiosam; pag 449 l. 7: daturus.

Page 481: lin 2. *post* a nemine sano negabitur, adde  
Cæsar Lib. VI. loquens de Druidibus. *Inprimis* [ in-  
quit ] hoc volunt persuadere, non interire animas, sed  
ab aliis *post* mortem transire ad alios; atque hoc maxime  
ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Et-  
Mela lib. III. Cap, 9. de iisdem, unum [ inquit ] ex eis  
quæ præcipiunt in vulgus effluit, viz. ut forent ad bella  
meliores, æternas esse animas, vitamque alteram ad ma-  
nes; loque cum mortuos cremant ac desodiunt, apta vi-  
ventibus olim negotiorum ratio etiam et exactio crediti  
deferrebat ad inferos, erantque qui se in regas suorum,  
velut una

velut una tuisturi libenter immitterent; Et Cicero de  
amicitia neque [inquit] assentior eis qui hæc nuper  
desseferere cæperunt, cum corporibus simul ani-  
mas interire, atque omnia morte deleri. Plus  
apud me antiquorum auctoritas valet, vel nos-  
trorum majorum, qui mortuis tam religiosa jura  
tribuerunt: Quod non fecissent profecto si  
nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum  
qui in hac terra fuerunt magnamque Græciam, quæ  
nunc quidem deleta est, tum florebat, institutis, et  
præceptis suis erudierunt: vel ejus, qui Appollinis or-  
aculo sapientissimus est Judicatus: qui non tum hoc,  
tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper  
animos hominum esse divinos: iisque cum e corpore  
excessissent reditum ad cælum patere. Porro audi Juve-  
nalem. &c.

Pag. 452. l. 1. lege nunquam fuisse et hoc. &c.

Alia Errata typographica corrigat æquus  
Lector.

N. B. Pag. 110. posita est ubi Pag. 111.  
debet esse.













